Staa
R

Jus. 95.

FRIDERICI ESAIAE PVFENDORFII
POTENT. M. BRIT. REGIS IN SVPREMO APPELLATIONVM TRIBVNALI
ELECTORATVS BRVNSVICO-LVNEBVRGICI A CONSILIIS

# OBSERVATIONES JVRIS VNIVERSI

QVIBVS PRAECIPVE

## RES JVDICATAE

SVMMI TRIBVNALIS REGII ET ELECTORALIS
CONTINENTVR.

ADJECTA EST
APPENDIX
VARIORVM STATVTORVM ET JVRIVM.
*EDITIO ALTERA REVISA.*

*Schönemann. fc. et del.*

*CELLIS LVNEBVRGICIS*
IMPENSIS GEORGII CONRADI GSELLII
BIBLIOP. REG. PRIVILEG. MDCCLVII.

# OBSERVATIONS

## RES IVDICATAE

Staatl. Bibliothek
Regensburg

# PRAEFATIO.
## LECTORI SALVTEM.

Quæ difficultates tam in jure civili, feudali, & Canonico explicando & ad uſum accommodando, quam in jure Germanico & moribus exiſtant, eos præſertim, qui in foro & exercitatione verſantur, minime fugit. Qua in re etſi inde ab aliquot ſeculis præſtantiſſimorum & doctiſſimorum virorum opera omnis collocata fuerit, tamen vix eſt, ut explanata omnia ſint, quæ poſſunt explanari. Et noſtra quidem ætate non ſolum fugata Practicorum ſchola elegantior & humanior jurisprudentia Cujacii ejusque diſcipulorum reſtituta eſt, ſed etiam in jure Germanico & moribus illuſtrandis, eorumque fontibus & rationibus ex vetuſtioris ævi legibus & hiſtoria indagandis multi clariſſimi & celeberrimi viri de*ſudarunt*, *præterea jus* quoque eccleſiaſticum ab erroribus multis repurgatum eſt. Nihilominus tamen & reſtituta humaniore jurisprudentia difficultates in legibus civilibus ſuperſunt; neque juris Germanici ſcientia eo pervenit, ut altius evehi nequeat. Præſertim vero in uſu tam civilis quam Germanici juris multæ dubitationes poſſunt occurrere, propterea quod neque utique jus civile ſemper ad noſtros mores applicari poſſit, neque de reliquiis veteris Germanici juris ſatis conſtet. Operæ igitur pretium habui, ut quantum temporis a muneris demandati laboribus ſubtrahere poſſem, in elaborandis obſervationibus iis ponerem, quæ nunc publici juris fiunt,

quæ

quæ tam ad explicandum & illuſtrandum jus civile & Germanicum, feudale quoque, Canonicum & aliquando publicum & naturale pertinent, ſed & plerumque uſum oſtendunt. Nihil autem ad confirmanda propoſita accommodatius viſum fuit, quam res judicatas ſummi Tribunalis Regii & Electoralis Brunſuico-Luneburgici, quod Cellis eſt, ſubjungere, cujus ſupremi judicii auctoritas non poteſt non animum cujusque fortius convincere. Atque ſane pleraque in hoc volumine contenta ex deciſionibus hujus ſummi Tribunalis deſumta ſunt, ex quo venit, ut ejus rei in titulo quoque mentionem injecerim. Nonnulla ex veteri jure jucunditatis cauſa inſperſa ſunt. Nam & iis, qui in foro verſantur & ceteris juris ſtudioſis operam navare volui. Appendicem adjeci jurium provincialium quorundam & ſtatutorum præſertim Ducatus Bremenſis & Verdenſis, partim antea editorum, partim nondum editorum. Qua in re illud propoſitum habui, ut & notulis ea illuſtrarem & rationem fontemque juris vel contenſum jurium vicinorum oſtenderem, & præterea quoniam illa quoque, quæ antea lucem conſpexiſſent, paulo rariora eſſent, notiora facerem. Plura forte commentatus eram, ſi otium ſuppetiiſſet, quæ in aliud tempus rejicienda ſunt. Vale. Scribebam Cellis Luneburgicis d. IX. Aprilis cIↃ IↃ cc XLIIII.

OBSER-

# OBSERVATIO I.

## *De investiturâ feudalis indole & natura.*

Ego quidem existimo, investituram feudalem nihil aliud esse, quam traditionem judicialem, quam apud Germanos in transferenda re immobili intercedere semper oportuit. Dn. *Senkenberg* in Elem. jurisprud. Germ. L. 2. C. 5. §. 6. 7. sq. Nam constat, *investituram olim coram* Paribus Curiæ, seu judicii feudalis assessoribus, semper fieri *2. F. 2.* Quamobrem & si dominus præsentibus Paribus Curiæ vasallo dixisset: *vade in possessionem feudi*, pro investitura habeatur *2. F. 33. pr. Schilter* Comm. ad jus Feud. Alem. ad C. 4. §. 3. *Voet* in Digr. de feud. §. 34. Neutiquam si idem dominus extra judicium, seu extra Parium Curiæ præsentiam dixisset,

# OBSERVATIO II.

## *Investitura symbolica an traditionis loco sit, ut jus in re constituat.*

Investitura symbolica, seu abusiva, quam vocant, nullum jus in re, sed ad rem duntaxat, sive obligationem personalem tribui, nonnulli existimarunt, in quibus *Bitschius* est ad 2. F. 2. n. 4. & *Struvius* in Syntagm. Jur. Feud. C. 8. §. 9. n. 1. Nos autem cum

multis aliis putamus, ex inveſtitura etiam ſymbolica jus in re naſci. Principio dubitationem non recipit, inveſtitura propria jus in re effici, quippe quæ per veram & realem rei in feudum conceſſæ traditionem fit. *Bitſch. ad 2. F. 2.* Deinde verum eſt, in illa inveſtitura ſymbolica pro ipſa re vaſallo ſymbolum rei tradi, quod rem ipſam referat. Quæ ſymbola item pro ipſa feudorum conditione varia & inter ſe diverſa ſemper fuerunt. Nam feuda quidem Principum, Comitum, & Nobilium Dominorum tradita per vexillum ſunt, hodie autem Principum Laicorum feuda per gladium traduntur, in aliis feudis alia ſigna uſurpantur. Vid. *Jo. Tob. Hofmann* de jurisprud. ſymbol. C. 4. §. 5. Neque vero ambigitur, traditionem rei per ſymbolum fieri. Nam & jus Romanum ſymbolicam traditionem admittit, modo ſymboli traditio in præſentia ipſius rei fiat. *L. 1. §. pen. ff. de acquir. poſſ. L. 74. ff. de contr. emt. L. 9. §. 6. ff. de acquir. rer. dom.* Atque ſane ad conſequendam poſſeſſionem omnino rem præſentem eſſe oportet, ut poſſeſſio oculis & affectu poſſit acquiri. *L. 1. §. 21. ff. de acquir. poſſ.* Quamobrem inveſtitura ſymbolica, quæ in præſentia rei non fiat, poſſeſſionem quoque in vaſallum transferri utique negamus. Itaque ſentiunt *Carpzov* in Diſp. feud. 6. §. 4. & *Voet* in Digr. de feud. §. 38. Sed hoc nihil impedit, quo minus per ſymbolum extra rem præſentem collatum vaſallus jus in re & dominium utile a domino accipiat. Nam quod ad transferendum dominium pertinet, *Cornelius van Eck* in theſibus juris controverſi §. 21. jam contendit, inductionem in vacuam poſſeſſionem in traditione non requiri. Neque huc inepte *L. 9. §. 3. ff. de acquir. rer. dom.* accomodabitur, quæ declarat, nihil tam conveniens eſſe naturali æquitati, quam voluntatem domini volentis rem ſuam in alium transferre, ratam haberi. Ex jure autem Canonico plenius hoc defendi poteſt. Nam in *C. 2. X. de conſuet.* quæ epiſtola Innocentii III. plena exſtat in *Gundlingianis* P. 7. Obſ. 4. §. 4. Pontifex de ſcotatione expreſſit, cujus formam ita deſcripſit, *quod quis modicum terræ conſueverit in manu accipere, vel in extremitate pallii, quod manu Prælati Eccleſiæ ſuſtinetur aut ſuper altare ponendum.* De quo ita ſubjecit, *quod hujusmodi ſignum, quod ſcotatio dicitur, non tam factæ donationis, quam traditæ poſſeſſionis ſit evidens argumentum.* Poſſeſſionis autem vocabulum in medio ævo ipſam rem immobilem ſignificavit, quod ex principio

pio quoque capituli hujus haud obſcure intelligitur. Quamobrem traditæ poſſeſſionis argumentum idem eſt, quam argumentum traditæ rei immobilis. Scotatio igitur ex mente Pontificis modus traditionis fuit. Sed enim ex ſymbolo ſuper altari poſito facile intelligimus, rei præſentiam ibi non requiri, præſertim quia modus hic ad omnes res ſoli pertinuit. Sequitur itaque, ut dicamus, traditionem ſymbolicam extra rem præſentem jure Canonico probari. Nec movet, quod nonnulli id capitulum ad bona eccleſiæ conferenda reſtringunt. Nam eorum opinionem abunde jam confutavit *Gundlingius* in Gundlingian. P. 7. obſ. 4. §. 15. Sed nec contrarium eſt, quod in ſcotatione gleba in altari poſita ex ipſo fundo ſublata & pars fundi fuit, ut oſtendit *Joh. Guil. Hofmann* de jurisprud. ſymbol vet. Germ. §. 14. in f. Simulac enim de fundo ſublata gleba eſt, pars eſſe fundi & rei immobilis deſinit & fit res mobilis. *L. 17. §. 6. ff. de act. emt. Voet ad tit. ff. de rer. div. n. 13.* Quamobrem utique verum eſt, rem præſentem non fuiſſe. Neque vero apud Germanos hujusmodi traditiones aliæ ſymbolicæ deficiunt, quæ extra rei præſentiam in judicio fierent. Quo pertinet effeſtucatio, quæ traditio eſt ſolenniter in judicio facta, cum venditor feſtucam ſive baculum manu tenens eamque abjiciens cedere ſe poſſeſſione alteri declarat. Quo facto res eodem ſymbolo relata & quicquid in ea juris alter habet, hoc ipſo in alterum transfertur. Vid. *Frid. a Sande* in Comm. de effeſtuc. Pr. ibique *Lamb. Goris* addit. n. 7. & Sandius c. l. C. 2. n. 6. 24. *Jo. Guil. Hofmann* de jurisprud. ſymbol. vet. Germ. §. 15. Sed & reſignatio & inveſtitura judicialis, quæ multis locis adhuc uſurpatur, meo quidem arbitratu effectum traditionis continet, etſi *Bergerus* in diſſ. de matur. prob. domin. per uſucap. §. 4. traditionem extrajudicialem præcedere requirit. Mihi enim potius probatur, ut in effeſtucatione, ita in reſignatione & traditione judiciali dominium transferri. Quod ſentiunt quoque *Carpzov* L. I. Reſp. 102. n. 7. ſq. *Heigius* P. 2. Quæſt. 18. n. 2. *Colerus* de proc. execut. P. I. C. 10. n. 199. *Beyerus* in Delin. Jur. Germ. L. 1. C. 19. §. 5. 6. Et maximopere placet, quod Dn. *Senkenberg* in Elem. Jurisprud. Germ. L. 2. C. 5. §. 6. 7. ſq. declarat, traditionem olim apud Germanos in judicio fieri oportere, extra judicium nihil effeciſſe. Inveſtituram autem feudalem nihil aliud, quam traditionem judicialem fuiſſe, in ſuperiore obſervatione ex-

 poſui,

posui, quam Longobardi quoque ex moribus Germanorum retinuerunt. Verum itaque videtur esse, investitura symbolica feudali jus in re & dominium utile utique transferri. In quo consentiunt *Schilter* in Comm. ad Jus Feud. Alem. C. 4. §. 2. 4. *Carpzov* Disp. feud. 6. §. 4. *Sande* Comm. in Geldriæ Consuet. feud. tit. 1. C. 2. §. 54. sq. *Hornius* in Jurisprud. feud. C. 4. §. 12. *Eyben* C. 5. Elect.

# OBSERVATIO III.

## *An ea investitura, qua nunc per literas fit, jus reale in vasallum transferatur.*

Investituram olim traditionem judicialem fuisse, & symbolica quoque investitura jus reale in vasallum transferri, explicavi. Sed quoniam Pares Curiæ plerumque ab usu recesserunt, & investitura fere per literas fieri suevit, dubitari poterat, an quod de investitura feudali legibus expressum est, ad literas quoque investituræ pertineat. Quod utique dicendum est. Est enim ea investitura, quæ nunc per literas fit, pro veteri illa substituta & in locum ejus subrogata. Quamobrem naturam ejus recepit, cui subrogata est. Sed & traditio symbolica jam olim per chartas quoque fieri consuevit, idemque in ea, quod in ceteris traditionibus symbolicis, obtinuit. *Gundlingian. P. 7. Obs. 4. §. 17. 1. Feud. 4. pr.* Hoc amplius & dicendum est, investituras nostras, quæ per literas fiunt, judiciales esse. Nam ex curia feudali accipiuntur, curiæ autem formam hac in re tantisper immutare domino multo magis nunc licebit, quod nec causæ cognitio in ea re multum intercedit, nec præterea in aliis judiciis assessorum præsentia abscisse requiritur. Verum igitur est, investituram, quæ per literas in curiis feudalibus fieri solet, legitimam investituram esse. Tantoque minus de ea re dubitandum est, si consuetudine probetur. Idque consuetudine introduci posse, *Hartmannus Pistor* P. 2. Qu. 30. n. 13. explicavit.

# OBSERVATIO IV.

## *An pro investitura habeatur, si dominus expectivato jus suffragii in comitiis provincialibus ferendi de certo feudo comparaverit.*

Vasallo sine filiis mortuo, hæres ejus allodialis non solum, sed & quidam generaliter expectivatus possessionem feudi apprehenderat. Et hæres quidem possessionem feudi ideo potissimum ceperat, quod concessam defuncto vasallo potestatem alienandi ad se quoque, ipsius hæredem, pertinere existimaret. Curia autem feudalis expectivatum agnovit vasallus, & dominus, vel potius Consilium ejus ad Status provinciæ rescripsit, ut in comitiis eundem suffragii participem facerent. Quæro, an id pro investitura habendum sit, ut expectivatus jure reali contra hæredem allodialem agat. Quod utique videtur. Nam *2. F. 33. pr.* expressum est, feudum acquiri investitura, vel eo, quod pro investitura habeatur. Quemadmodum vero in comitiis Imperii ad suffragium ferendum nemo admittitur sine possessione territorii, per Rec. Imp. de a. 1654. §. 179. *in f. Jer. Eberh. Link* de fundam. voti comit. §. 11. nec potest quisquam sine ea possessione Status Imperii esse, neque in ea re nuda possessio sufficit, *Coccejus* in Juris publ. prud. C. 19. §. 15. ita in comitiis provincialibus quoque, quorum præterea quædam cum comitiis Imperii universalibus similitudo intercedit, *Hugo* in Tr. *de statu reg. German. C. 4. §. 31. 32.* non absimiliter comparatum est, ut ad jus suffragii ferendi in comitiis nemo admittatur, nisi possessor prædii cujusdam nobilis. *Hugo de statu reg. German. C. 4. §. 12. Burgoldensis ad Instrum. Pac. Westph. P. 1. Disc. 23. §. 3.* Quamobrem dicendum est, per istam curiæ feudalis agnitionem & comparationem suffragii in comitiis provincialibus expectivatum jus in re obtinuisse, simile ei, quod per investituram acquiritur.

# OBSERVATIO V.

*An per literas expectativæ, quæ facultatem concedant, feudi proxime vocaturi cujuscunque pro lubitu possessionem apprehendendi, salva tamen expectivati electione, investitura eventualis & traditio ejus feudi facta sit, quod expectivatus postea elegerit.*

Hanc in rem proferebatur lex *2. F. 33. pr.* ubi continetur, si dominus in præsentia Parium Curiæ dixisset: *vade in possessionem feudi*, hoc pro investitura haberi. Ex quo conficiebatur, si dominus facultatem feudi proxime vacaturi cujuslibet pro lubitu possessionem apprehendendi expectivato in literis expectivatæ concessisset, ea re investituram & traditionem eventualem ejus feudi factam esse, quod expectivatus deinde elegisset. Quod non placuit. Principio enim in dicta consuetudine *2. F.* 33. continetur, verba domini in judicio Parium Curiæ prolata esse. Sed etsi ab hoc secundum hodiernam curiarum feudalium faciem recesseris, tamen verum est, investituram rei incertæ, ut traditionem incertæ rei, sibi repugnare. Nam neque concipi potest res singularis, quæ non omnino sit determinata, ut Dn. Wolfius plenius demonstravit, neque intelligi potest consensus in corpus, qui in *L. 36. ff. de acquir. rer. dom.* nominatim exigitur. Accedebat in casu adducto, quod secundum literas expectativæ omnino expectandum expectivato fuerat, donec duo expectivati tempore antiquiores suum obtinuissent. Quamobrem tanto minus consensus in corpus, vel in certum feudum intelligi poterat. Potius dicendum est, in hac specie idem esse, quod in testamentis obtinet, si genus, jusque optionis simul legetur. Quo casu legatarius non ut in certa specie legata dominium certæ rei acquirit, sed tantum jus optandi vel eligendi consequitur, adeo ut veteri jure id ne in hæredes quidem transiret, sed a Justiniano demum in hæredes quoque translatum sit. Vid. *Huber* Præl. ad Instit. tit. de Leg. n. 19. *Heinecc.* Elem.

Elem. jur. ſec. ord. Pand. P. 5. §. 150. *Averanius* Interpret. Jur. L. 2. C. 30. n. 36. Neque vero præterea dubitationem admittit, ſolam expectativam nullum jus in re tribuere, ſed jus duntaxat ad rem. *Coch* de expectativis C. 1. §. 11. *Schilter* Comm. ad Jus feud. Alem. C. 12. §. 1. *Maſcov.* de expectativ. in feuda Imp. §. 12. Quod in hujusmodi expectativa generali Schilterus c. l. §. 5. in f. jus ad rem non determinatum vocat, eique jus in re determinata & certa opponit. Poſtremo idem juri Feudali Saxonico conveniens eſt. *Jus Feud. Sax. C. 9. §. 3. Schilter c. l. §. 6.*

# OBSERVATIO VI.

## *Feudo aperto an poſſeſſio ejus cum dominio utili ipſo jure ad dominum recidat.*

Feudum a vaſallo naturaliter ratione dominii utilis, a domino autem eodem tempore civiliter ratione dominii ſuperioris poſſideri, ad exemplum uſufructuarii, tradunt arg. *L. 12. pr. L. 49. ff. de acquir. vel am. poſſ.* junct. *L. 10. §. f. ff. de acquir. rer. dom. Struvius* in Syntagm. Jur. feud. C. 11. § 1. n. 4. *Schilter* Inſtit. jur. feud. C. 6. §. 9. *Sandius* de feud. Tr. 2. t. 1. C. 1. n. 1. ſq. Ob eamque rem interdicta quoque poſſeſſoria domino concedunt, ſi vel in poſſeſſione ſua civili turbetur, vel ab ea dejiciatur. *Vultejus* de feud. L. 2. C. 1. n. 22. *Schilter* c. l. *Senkenberg* Prim. lin. jur. feud. P. 2. C. 12. §. 340. *Zaſius* in Epit. feud. part. 11. Ex quo conficias, dominum vaſallo vivente in poſſeſſione jam conſtitutum eodem mortuo adeoque aperto feudo ex pluribus demum cauſis incipere poſſidere, ſeu potius ſuperiorem poſſeſſionem ex nova quoque cauſa & animo domini utilis continuare, quemadmodum fructuario mortuo dominus poſſeſſionem ſemper retentam animo continuat. Sed vereor, ut hoc procedat. Principio enim poſſeſſio civilis jure Romano animum dominii continet. Ill. *Cramer* de impoſſ. poſſeſſ. in diem trad. ſymbol. C. 1. §. 8. ſq. Quo plenum dominium comprehenditur. *Feltmann* de jure in re & ad rem C. 24. § 12. 10. Minus plenum dominium, directum vel utile Jureconſultos, qui de poſſeſſione in Digeſtis tractant, ignoraſſe conſtat. Deinde vaſallus

ex

ex cauſa dominii utilis vel uſusfructus Teutonici, ſi malis, plus quam naturalem poſſeſſionem feudi habet. Detinet enim animo dominii utilis, unde & poſſeſſionem ejus civili proximam dicit *Harprecht* de uſufr. ac dom. utili Obſ. 8. aliique JCti poſſeſſionem vaſallo tam naturalem quam civilem adſignant, ut *Carpzovius* Diſp. Feud. 7. §. 4. cum *Bartolo* & *Rittershuſio*, *Bœhmerus* Reſp. 4 n. 226. 227. & alii apud *Harprecht* c. l. Et *Carpzovius* quidem ſimiliter in Diſp. feud. 10. §. 23. Vulteji, Duareni & Zaſii opinionem ut periculoſam rejecit, qui domino contra vaſallum interdicta poſſeſſoria tribuunt. Ait enim, dominum jus poſſeſſionis in vaſallum transtuliſſe, nec vaſallo in poſſeſſione conſtituto, dominum amplius poſſidere, idque manifeſtum eſſe in *2. F. 2.* & *8. C. ult.* & *2. F. 26.* Nam 2. F. 2. ita continetur: *Si domino* adhuc *in poſſeſſione conſtituto*, *an facta ſit inveſtitura*, *quæritur.* Sed etſi in contrarium dici poterat, a mente juris id non alienum eſſe, propterea quod vaſallus fructuario comparetur, & dominium utile in jure feudali uſusfructus nomine veniat, tamen, ni fallor, ipſa vocabula rem egregié illuſtrant, cum dicitur, vaſallo mortuo ſine filiis feudum domino *aperiri.* 1. F. 18. verſ. ſi aliquis 2. F. 26. verſ. moribus. Quod Germani ita exprimunt: Das Lehn wird dem Herrn eröffnet. Quæ vocabula meo quidem arbitratu nihil aliud quam poſſeſſionem vacuam & facultatem natam ingrediendi occupandique ſignificant, ex contrario autem non inepte deſignant, feudum antea domino ſecundum ingrediendi facultatem clauſum fuiſſe, adeoque nec vivente vaſallo dominum poſſediſſe. Sed ſi vel maxime concedatur, dominium ratione directi dominii civiliter eodem tempore cum vaſallo feudum poſſidere, vereor tamen, ut aliter procedat, niſi in prima conceſſione & in eo domino, qui feudum ipſe naturaliter ante poſſediſſet, quam in feudum daret. Nam in prima quidem conceſſione dominus antea feudum naturaliter poſſedit, adeo ut rem quoque in feudum oblatam dominus per annum & diem teneret, deinde vero vaſallo, domino per poſſeſſionem confirmato, redderet. Ill. *Senkenberg* in Prim. lin. jur. feud. P. 2. C. 10. §. 224. *Felz* in diſſ. de feudis oblatis §. 10. Ex eo autem non conſequitur, primi domini poſſeſſionem ad hæredes ipſo jure quoque tranſiiſſe. Nam jure quidem Romano certum eſt, poſſeſſionem in hæredem ipſo jure non transferri, *Voet* ad tit. ff. de acquir. vel am. poſſ.

poſſ. *Corn. van Eck* theſ. jur. controv. §. 326. *Hahnius* de tranſit. poſſ. in hær. adeo ut ne in hæredem quidem ſuum tranſeat. *Tuldenus* ad tit. ff. de acquir. vel am. poſſ. C. 3. *Tiraquellus* in Tr. Le mort ſaiſit le vif. P. 1. Decl. 3. n. 1 ſq. *Borcholten* in tit. ff. de acquir. vel am. poſſ. C. 8. n. 26. 27. Etſi autem ſecundum mores Germanorum poſſeſſionem in hæredem ipſo jure tranſire, defendunt *Schilter* Exerc. 15. ad ff. §. 11. 12. ſq. & Inſtit. Jur. Feud. C. 6. §. 12. & *Carpzov.* P. 3. Dec. 224. n. 21. tamen uſu certe aliter cuſtoditur. Nam & in Camera Imperiali in feudis quoque aliter ſervatur, *Græven* Pract. Concl. L. 2. Concl. 152. n. 1. 2. *Roſenthal* de feud. C. 7. Concl. 17. n. 3. & præterea in terris Brunſvicenſibus & Luneburgenſibus manifeſtum eſt, jus feudale Longobardicum & civile Romanum obtinere, niſi alia conſuetudo probetur, vel notoria ſit. Et hoc inprimis loco videndus eſt *Hahn* in diſſ. de tranſit. poſſeſſ. in hæred. §. 18.

# OBSERVATIO VII.

## *An vaſallo data facultas alienandi eodem ſine filiis mortuo ad hæredes allodiales pertineat.*

Vaſallo dominus conceſſerat, ut ſub haſta feudum venderet. Accidit autem, ut ante alienationem & ſubhaſtationem perfectam vaſallus ſine filiis decederet. Hæres igitur allodialis ſibi adhuc idem juris eſſe, & facultatem alienandi feudi in ſe tranſiiſſe contendebat. Rationes, quæ in eam rem adducebantur, hæ fere erant, quod hoc caſu duæ perſonæ, inter quas contractus feudalis intercederet, dominus nempe & vaſallus intelligerentur, qui inter ſe conveniſſent, quamobrem dicendum ſit, reſpectum Principis & ſubditi in hac ſpecie ceſſare, nec privilegium, nec conſtitutionem perſonalem, neque beneficium intelligi. Deinde id conficiebatur ex *L. 16. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolv.* & ex unitate hæredis cum perſona defuncti, & quia in dubio pactum in rem potius quam in perſonam præſumendum ſit. Tum dicebatur, unumquodque pactum de vendendo in legibus non ad perſonam emtoris ſolam, ſed ad ipſam venditionem accommodatum haberi. Præterea auctoritates JCtorum afferebantur. Sed quod ad primum argumentum

pertinet, facile conceditur, reſpectum Principis & ſubditi in eo negotio ceſſare, adeoque nec privilegium, nec conſtitutionem perſonalem vel beneficium intelligi, ſed potius duas perſonas contractu feudali inter ſe conjunctas, dominum nempe & vaſallum intercedere, qui per conſenſum in idem placitum inter ſe convenerint. Sed ex eo non conſequitur, pactum in rem conceptum eſſe, quod in hæredes etiam allodiales tranſeat. Nam ad eam rem requiritur, ut cauſa vel ratio paciſcendi in hærede quoque conveniat, certe non repugnet, quod ex jure civili in contractu mandati & ſocietatis oſtenditur. Sed in noſtra ſpecie cauſa vel ratio paciſcendi in hærede allodiali omnino deficit, neque poteſt ad eum transferri. Neque enim, ut vaſallus, hæres quoque allodialis dominium utile feudi habet, quod ſimiliter ut vaſallus in emtorem poſſit transferre. Potius dicemus, vaſallo ſine filiis mortuo, utile dominium illico cum directo conſolidari & ad dominum recidiſſe. Nec contrarium eſt, quod alias emtio venditio rei alienæ quoque permittitur. *L. 28. ff. de contr. emt. L. 11. §. 8. ff. de act. Emt. Franzk. ad tit. ff. de contr. emt. n. 100.* Neque enim id ad noſtrum caſum pertinet, in quo quærimus, an cauſa ſive ratio paciſcendi in hærede allodiali conveniat. Quod quidem tanto magis eſt negandum, quia dominus aſſenſu ſuo impedimentum duntaxat & obſtaculum in alienando removet. *Barth. Camerarius* in Repetit. L. Imperialem de prohib. feud. alien. p. 339. Ex quo conficitur, domini conſenſum cauſam venditionis in venditore ſemper ſupponere. Deinde quoque ex eo, quod vaſallus cum domino contraxit, ſequitur, ex ea conventione nullum jus in hæredem allodialem, ſed in feudalem duntaxat tranſire. Neque enim allodialis hæres in jus vaſalli ſuccedit, ſed proprium vaſalli jus in hæredem feudalem tranſit. Sed etſi verum ſit, in dicta *L. 8. §. 16. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolv.* conceſſam debitori facultatem pignoris vendendi ad hæredem quoque proferri, tamen in eo hærede univerſali, quo ſimiliter, ut defunctus, & debitor & dominus pignoris eſt, eadem cauſa & ratio paciſcendi intelligitur, quod in propoſito, videlicet in hærede allodiali, non convenit. Quin potius ex eadem L. 8. §. 17. contrarium conficitur, ubi ita expreſſum eſt: *ſi debitor forte conceſſa venditione deſierit poſſidere & novus poſſeſſor vendiderit, an duret pignus, quaſi perſonæ promiſerit creditor? Quod magis eſt. Nam ſi*

*novo*

*novo poſſeſſori, non debitori, a quo hypothecam accepit, conceſſit creditor vendere, dicendum eſt, nocere ei exceptionem.* Similiter in noſtro caſu dicemus, vaſallum, cui conceſſa facultas alienandi ſit, deſiiſſe poſſidere, novum autem poſſeſſorem, qui vaſallus non ſit, ſed ex alia cauſa poſſideat, eandem facultatem ſibi vindicare. Quod ex relata lege probandum non eſt, quia conceſſio perſonæ data fuit. Plane quod de unitate hæredis cum perſona defuncti affertur, plane huc non pertinet, quia hæres allodialis utique hæres feudalis non eſt, & præterea formula illa vulgaris, hæredem cum defuncto unam perſonam repræſentare, in iis non admittitur, quæ certam qualitatem perſonæ in hæredes non tranſeuntem ſupponunt. Quod denuo exemplo tutorum, curatorum, item procuratorum, ſociorum ex jure intelligitur. Quemadmodum nec in iis, quæ facti ſunt, ut in poſſeſſione, vel quæ alias in facto perſonæ conſiſtunt, hæres defunctum repræſentat. *Donell. enucl. Hillig. L. 7. C. 10. lit. B. & E.* Nec movet, quod Jurisconſulti exiſtimant, in dubio, quamvis perſona adjecta ſit, in rem tamen pactum eſſe præſumi, quia plerumque pacto perſona inſeri ſoleat, non ut pactum perſonale fiat, ſed duntaxat, ut demonſtretur, cum quo pactum factum ſit. *Vinnius de pact. C. 13. §. 6. Borcholten Comm. in tit. ff. de pact. C. 2. tert. pact. div. §. 22.* Nam qui hoc affirmant, id in dubio & obſcuro duntaxat contendunt, alias ipſi putant, quæſtionem facti ſubeſſe, & ex mente duntaxat paciſcentium intelligi, pactum in perſonam, an in rem conceptum ſit. *Borcholten & Vinnius c. l.* Sed quamvis hoc omnino admitteretur, tamen hujusmodi pactum ad ſucceſſorem feudalem, non allodialem, pertinebit. Quod præterea dictum fuit, pactum de vendendo jure in ipſam venditionem, non in perſonam emtoris conceptum intelligi, verum eſt in *L. 8. §. 4. ff. de pign. act.* contineri, ut ſi pactum de vendendo pignore ad creditoris perſonam pertineat, hæredes quoque creditoris vendere pignus poſſit. Nihilo minus eadem lex in ſuperioribus verbis cavet, pactionem de vendendo pignore in rem conceptam eſſe oportere, ut omnes contineantur. Præterea argumentum iſtud jam antea confutatum eſt. Doctores autem, quos de hoc argumento inſpicere potuit, de ſucceſſore feudali, non allodiali tractant. Neque vero in memorata ſpecie rationes quoque ſpeciales deficiebant, ut conſenſus domini nec in propoſito per interpretationem ad hæ-

redem allodialem proferendus eſſet. Igitur ſummum Tribunal Cellenſe pronuntiavit, conſenſum domini, vaſallo ante alienationem mortuo, ob mutatam rei conditionem ad hæredem ejus allodialem minime pertinere, in cauſa Schloß-Hauptmann, Freyherr von Görz contra Hermann Julius von Borwinkel in puncto des Guts Ricklingen, ſub d. 28. Mart. 1740. in hæc verba: Nachdemmalen Unſere Lehn-Cammer Appellanten wegen des eröfneten Lehn-Guts Ricklingen als neuen Lehn-Mann bereits erkannt, ſolchem aber zu widerſprechen, Appellat um ſo weniger begründete Befugniß zu haben vermag, als der dem weyland Rittmeiſter von Niezen nachgelaſſene Verkauf des Lehn-Guts bey deſſen Lebzeiten nicht zu Stande gediehen, die demſelben verliehene Freyheit ſolches zu verkaufen auch nach beneldten Lehn-Manns Tode bey dergeſtalt veränderten Umſtänden auf deſſen Land-Erben überall geſtalten Sachen nach nicht zu deuten ſtehet, dannenhero die Sache, ſo viel das Lehn betrift, in petitorio bereits klar iſt ꝛc.

# OBSERVATIO VIII.

## *Poſſeſſionem ignoranti non acquiri, niſi ex eo, quod apprehenſam ipſius nomine poſſeſſionem re adhuc integra ratihabuiſſet.*

Ex conſtitutione Divi Severi in *L. 1. C. de acquir. & retin. poſſ.* relata manifeſtum videtur, ignoranti quoque poſſeſſionem per alium acquiri, etſi conditio uſucapiendi ex eo demum incipiat, cum ſcientia intervenerit. Ita enim lex habet: *Per liberam perſonam ignoranti quoque acquiri poſſeſſionem.* Secundum quod Juſtinianus quoque §. 5. *I. per quas perſ. cuique acquir.* idem fere expreſſit, Divi Severi conſtitutionem ſecutus. Conf. *L. 34. §. 1. & L. 49. in f. ff. de acquir. vel am. poſſ.* Sed hoc ita intelligendum eſt, ſi vel procurator omnium bonorum, vel quidam ad id ſpecialiter delegatus poſſeſſionem meo nomine apprehendat, ut hoc caſu poſſeſſionem meo nomine apprehenſum iri, ſciam, momentum apprehenſæ poſſeſſionis ignorem. Nam alias quidem explorati juris eſt, poſſeſſionem omnem animo & corpore ſimul acquirendam eſſe *L. 3. §. 1. ff. de acquir. vel am. poſſ.* Etſi autem actus miniſtri ſecundum regulas imputationis meus habetur, idemque in

actu

actu procuratoris omnium bonorum ex consensu præcedente generali dicendum est, tamen præterea nulla sufficiens ratio intelligitur, cur ceteroquin ab alio gesta a me gesta habeantur. Sed idem convincitur ex *L. 42. §. 1. ff. de acquir. vel am. poss.* ubi Ulpianus ita expressit: *Procurator si quidem mandante domino rem emerit, protinus illi acquirit possessionem: quod si sua sponte emerit, non; nisi ratam habuerit dominus emtionem.* Neque vero dici potest, Ulpianum Divi Severi constitutionem in L. 1. C. de acquir. & retin. poss. contentam ignorasse, quippe sub Severo & Antonino Bassiano, sed & postea sub Heliogabalo & Alexandro Severo vixit. Potius non ignorasse ipse significat in *L. 34. §. 1. & 2. ff. de acquir. vel am. poss.* in hæc verba: *& cum placeat, ignoranti* acquiri. Unde Ulpiani verba ad illustrandam Divi Severi constitutionem omnino pertinent. Videri quidem poterat, Ulpianum de conditione usucapiendi tractare, quia casus legis ad acquisitionem possessionis ex præcedente emtione pertinet. Sed nihilominus tamen dicendum est, Ulpianum de possessionis apprehensione sensisse, propterea quod in relata lege de conditione usucapiendi nihil continetur, sed de possessione duntaxat tractatur, nec ob adjectam causam possessionis aliud dicendum est, quia Jureconsulti præsertim acquirendi causam semper respexerunt, ex qua videlicet intelligitur, qua affectione & quo animo rei quis insistat, an animum sibi habendi gerat, nec ne. Vid. *L. 3. §. 19. L. 19. pr. §. 1. ff. de acquir. vel am. poss.* Suntque plures aliæ leges in eodem titulo, in quibus manifestum est, de possessionis acquisitione duntaxat tractari, etsi causa præcedens possessionis adjiciatur, veluti *L. 1. §. 21. ff. eod. L. 33. eod.* Ulpiani autem verba tanto magis sequenda puto, quod Tribonianus quoque ea titulo de acquirenda vel amittenda possessione in Pandectis commodo loco collocavit. Estque præterea consentiens Ulpiano *Paulus* in *Recept. Sentent. L. 5. tit. 2. §. 2.* in hæc verba: *Per liberas personas, quæ in potestate nostra non sunt, acquiri nobis nihil potest. Sed per procuratorem acquiri nobis possessionem posse, utilitatis causa receptum est. Absente autem domino comparata non aliter ei, quam si rata sit, quæritur.* Nec possum non ad illustrandam Justiniani mentem in Institutionibus Theophili Paraphrastæ verba referre, qui secundum Ulpianum in hunc modum L. 2. tit. 9. §. 5. explicavit: *Ex his igitur, quæ dicta sunt,*

*apparet, per liberas perſonas, quæ nec in poteſtate noſtra ſunt, nec bona fide nobis ſerviunt, item per alienos ſervos, in quibus neque uſumfructum habemus neque poſſeſſionem bonæ fidei, nulla ex cauſa quidquam nobis acquiri poſſe. Et hoc ſcilicet eſt, quod vulgo dicitur, per extraneam perſonam nihil acquiri poſſe, excepto caſu, quem jam referam. Nam ſi quis mihi prædium, quod alio in loco ſitum eſt, vendat, neque ego illuc proficiſci poſſim, ſed procuratorem meum mittam, & hic poſſeſſionem prædiorum accipiat, poſſeſſio mihi per eum acquiretur. Nec vero ſolum, ſi ſcientibus nobis id contingat, ſed etiam ſi ignorantibus, poſſeſſio ejus, quod noſtro nomine his datum fuerit, nobis acquiritur, ut cavetur conſtitutione Severi Cæſaris.* Atque id ex *L. 13. ff. de acquir. rer. dom.* denuo illuſtratur, quæ in acquiſitione per procuratorem item mandatum præcedere intelligit, tum vero ignoranti proprietatem acquiri, dicit. Qua in re doctiſſimi quoque interpretes juris conſentiunt. Nihilominus tamen illud verum quoque eſt, ſi alius meo nomine poſſeſſionem apprehenderit, ego autem re adhuc integra eam ratam habuero, ex eo poſſeſſionem mihi acquiri. Nam ita expreſſum eſt in *L. 42. §. 1. ff. de acquir. vel am. poſſ.* Quod Paulus in Receptis Sententiis L. 5. tit. 2. §. 2. probavit, interpretes quoque ſequuntur. *Tuldenus* in Comm. ad Dig. tit. de acquir. vel am. poſſ. C. 12. n. 3. *Cujacius* ad Pauli Rec. Sent. L. 5. tit. 2. §. 2. *Borcholten* Comm. ad tit. ff. de acquir. vel am. poſſ. C. 4. n. 30. ſq. Atque idem in bonorum poſſeſſione obtinuit, quæ civili poſſeſſioni perquam ſimilis eſt. *L. 3. §. 7. ff. de bon. poſſ.* Accedit, quod ſecundum *L. 24. ff. de neg. geſt.* creditor ratihabitione interveniente etiam invito debitore pecuniam acquirit, quam procurator ſine mandato a debitore acceperat. Præterea notiſſimi juris eſt, ratihabitionem mandato æquiparari & ad initium actus a procuratore geſti referri. *L. 56. ff. de judic. L. 6. §. 9. 10. ff. de neg. geſt. L. 16. §. 1. L. 21. pr. ff. de pign. & hypoth. L. 12. §. 4. in f. ff. de ſolut. & liber.* Poſtremo illud quoque omnino obſervandum eſt, in materia poſſeſſionis omnia ex æquitate & jure naturali depromta in jure eſſe, quod in noſtra quoque formula a Severo Imperatore in hæc verba declaratur: *& hoc tam ratione utilitatis, quam jurisprudentia receptum eſt.* Ratione utilitatis autem nihil aliud ſignificat, quam æquum & bonum, quemadmodum Auctor ad Herennium L. 2. jus ex bono & æquo conſtans

ſtans definit, quod ad veritatem & utilitatem communem videatur pertinere. Vid. *L.* 1. *pr. & §. 1. & 2. ff. de juſt. & jure. L. 11. eod.* Nihil autem æquo & bono magis convenit, quam ut quod me abſente & ignorante nomine meo geſtum ſit, a me geſtum habeatur, ſi quidem ego commode re adhuc integra ratum habuero. Quod in acquirenda poſſeſſione ita intelligendum eſt, ſi interim nemo alius poſſeſſionem ceperit, antequam ratum habuerim. Nam ſi alius quidem interea poſſeſſionem apprehenderit, antequam ratihabuerit nihil mihi poſſeſſio meo nomine ſed me ignorante acquiſita prodeſt, nec ratihabitio tum retrotrahitur. Perinde atque in *L.* 25. §. 1. *ff. ratam rem haberi* continetur: *Procurator, qui ab eo æs alienum exegerat, qui tempore liberaretur, ratam rem dominum habiturum cavit. Deinde poſt tempus liberato jam debitore dominus ratam rem habet. Poſſe debitorem agere cum procuratore exiſtimavit, cum jam debitor liberatus ſit; argumentum rei, quod ſi nulla ſtipulatio interpoſita ſit, condictio locum adverſus procuratorem habitura ſit, in locum autem condictionis interponi ſtipulationem.* Quod defendit quoque *Poſtius* in Tr. de ſummar. poſſeſſ. Obſ. 55. n. 150. *Caſp. Ziegler* Diſcept. ſelect. 17. §. 91.

# OBSERVATIO IX.

## *Poſſeſſio an per ceſſionem inſtrumento comprehenſam ſine actu corporali transferatur.*

Explorati juris eſt, poſſeſſionem animo & corpore ſimul acquiri, *L.* 3. §. 1. *L.* 8. *ff. de acquir. vel am. poſſ.* etſi ſolo animo amittatur. Fieri igitur non poteſt, ut per ſcripturam ſolam & ceſſionem ſine contractu corporali poſſeſſio in alterum transferatur. Quod plenius oſtendit *Poſtius* de ſummar. poſſeſſor. Obſ. 55. n. 4. ſq. & Dec. 26. n. 2. & 4. Nec contrarium eſt, quod traditio hodie per ſcripturam ſine contractu rei admittatur. Nam etſi jus & dominium hoc facto transferri, non ambigitur, tamen poſſeſſio eodem modo transferri nequit, ſed rei contractus vel præſentia utique requiritur.

OBSER-

# OBSERVATIO X.

## *Ex conſtituto poſſeſſorio an detur creditori mandatum manutenentiæ.*

Conſtitutum poſſeſſorium ita comparatum eſt, ut, etſi creditor rem ſibi pignoratam nunquam corporaliter poſſederit, neque poſſeſſionem apprehenderit, tamen debitor inſtrumento promittat, ſeſe non ſuo, ſed creditoris nomine deinceps pignus poſſidere. Creditor igitur, in cujus ſyngrapha conſtitutum poſſeſſorium expreſſum erat, mandatum manutenentiæ in debitoris bonis a ſummo Tribunali expetebat. Movebat, quod poſſeſſio per procuratorem quoque nobis acquiritur, & quod debitor in ea re procuratoris nomine haberi poteſt. Sed enim ſi in debitore eoque domino rei ſuæ admitteretur, conſequens foret dicere, & precarium & locationem conductionem rei ſuæ ſubſiſtere. Quæ non ſubſiſtere, explorati juris eſt. *L.* 4. §. 3. *ff. de precar. L.* 40. §. 3. *ff. de acquir. vel am. poſſ.* Placuit itaque ſummo Tribunali Cellenſi mandatum manutenentiæ creditori ex conſtituto poſſeſſorio petenti denegare. Quod factum eſt in cauſa Bierwirth contra den Chur-Pfältziſchen Geh. Rath, Freyherrn von Stechinelly.

# OBSERVATIO XI.

## *An apud Evangelicos minor ſine Curatore in cauſis matrimonialibus perſonam habeat ſtandi in judicio.*

Utique verum eſt, Jure Canonico minores in cauſis ſpiritualibus, ſed & nominatim matrimonialibus per ſe ſine curatore in judicio agere & defendi, procuratorem quoque conſtituere, nec patris quidem aſſenſu indigere, etſi in ejus poteſtate fuerint conſtituti. Nam pleniſſime ita expreſſum eſt in *cap. 14. X. de reſtit. ſpoliat.* & *cap. 3. de judic. in VI.* Atque cur ad matrimoniales cauſas

id

id accommodetur, in promtu eſt, quia matrimonium jure Canonico in ſacramentis & cauſis ſpiritualibus habetur. Nos autem Evangelici ſacramentum eſſe negamus adeoque nec in ſpiritualibus *cauſis* habemus. Quamobrem ſi matrimoniales cauſas ſpirituales eſſe negamus, merito ut in aliis cauſis civilibus minorem ſine curatore in judicio non admittimus. Tantoque magis hoc dicendum in terris Electoralibus Brunſvicenſibus & Luneburgenſibus venit, quia in iis regionibus in matrimonio ipſo contrahendo curatorum conſenſus exigitur. Quod ſi curatores utpote a minore diſſentientes vel ob alias cauſas intervenire commode nequeunt, curator ad litem conſtituendus eſt. Et ita ſummo Tribunali Celenſi placuit in cauſa Marien Eliſabeth Ahlborn contra Claus Heinrich Kleinhans in puncto Ehe-Verlöbniß, in qua cauſa, quoniam curatores mulieris intercedere non poſſent, ſummum Tribunal, curatorem ei ad litem conſtitui, neceſſarium duxit.

# OBSERVATIO XII.

## *An maritus in cauſa uxoris extra dotem ſine mandato ejus vel ratihabitione in judicio admittatur.*

Vſu earum regionum, ubi maritus curator uxoris legitimus habetur, maritum ſine uxoris mandato vel ratihabitione ad res ipſius extra dotem in judicio vel perſequendas, vel defendendas admitti, dubitationem non recipit. De illo autem quærimus, quid juri civili conveniens ſit? Atque leges Romanæ marito permittunt; res uxoris extra dotem adminiſtrare, ſed tum quidem, ſi uxor non prohibeat. Nam ita in *L. 8. C. de pact. convent.* expreſſum eſt: *nullam uxore prohibente habeat communionem, nec aliquam ei neceſſitatem imponat.* Sed etſi in *L. 11. pr. eod.* marito permittitur, actiones de paraphernis apud competentes judices movere, nulla ratihabitione ab eo exigenda, tamen hoc ad eum caſum pertinet, ſi mulier marito nomina extra dotem dediſſet, & hoc dotali inſtrumento adſcriptum fuiſſet. Quo facto mandatum utique mulieris intelligitur, neque aliud plenius mandatum exigi oportet.

Sed & quædam ſimilitudo rei dotalis eo caſu apparet. Hoc autem tanto minus proferendum eſt, quod in dicta L. 11. §. 1. confeſtim adjicitur: mulierem alias nondum exacta per maritum pecunia facultatem habere, ſive per maritum, ſive per alias perſonas easdem movere actiones velit. Tantoque magis igitur in judiciis a marito mandatum vel ratihabitio uxoris exigitur, ne forte muliere ignorante & poſtea contradicente actum omnino nihil ſit. Et hanc ſententiam ſummum Tribunal Cellenſe ſequitur ſemperque ſequi ſuevit, ut a procuratoribus judicialibus, vel ſi maritus ſine procuratore judiciali pro re nata admittatur, a marito uxoris mandatum expreſſum exigat.

# OBSERVATIO XIII.

## *An pignus vel hypotheca ob uſuras quoque, præſertim quæ ex mora veniant, obligetur.*

Mevia a Sempronio acceptis mercibus adverſus eum venditorem ſub hypotheca bonorum ſeſe obligaverat, pretium determinatum tot vel tot Thalerorum ſe, quam primum fieri poſſet, ſoluturam. Quam in rem quoque generum ſuum, eumque bonorum ipſius adminiſtratorem eodem inſtrumento rogaverat, ut curaret, Sempronio præ aliis creditoribus ſolvi. Sed & quodam annorum ſpatio interlapſo obligatam ſe ad uſuras moræ agnoverat. Poſtea concurſu creditorum particulari in quadam ejus bonorum parte coorto, non inelegans quæſtio vertebatur, an Sempronius ob uſuras quoque moræ, nec promiſſas, jus hypothecæ haberet, ceterisque creditoribus hypothecariis ex tempore potior eſſet. Movebat, quod in *L. 11. §. 3. ff. de pignor. act.* dictum eſt: *Si in ſortem duntaxat, vel in uſuras obſtrictum eſt pignus, eo ſoluto, propter quod obligatum eſt, locum habet pignoratitia. Sive autem uſuræ in ſtipulatum ſint deductæ, ſive non, ſi tamen pignus & in eas obligatum fuit, quamdiu quid ex his debetur, pignoratitia ceſſabit.* Movebat quoque *L. 13. §. f. ff. de pign. & hypoth.* quæ ita habet: *Propter uſuras quoque, ſi obligata ſit hypotheca, uſuræ ſolvi debent.* Atque ita *Joannes Voet* ſenſiſſe videtur in Commentario ad Digeſta, tit. *qui pot. in pign. n. 7.*

*n.* 7. qui priorem creditorem ob uſuras in pignore tum demum potiorem exiſtimat, ſi in uſuras quoque pignus obligatum ſit. Neque aliter ſenſit *Simon van Leuwen* in *Cenſura forenſi P. I. L. IV. C. II. n. 21.* Quærit enim, ſi pro principali ſorte in diem ſine uſuris debita pignus conſtitutum ſit, an & illud pignus obligetur pro uſuris ex mora ſortis dicto termino non ſolutæ. Quo caſu, ait, quamvis ex caſu emti, pretio ſuo die non ſoluto uſuræ ipſo jure currere incipiant, tamen eas uſuras in concurſu creditorum pignori non eſſe, niſi in ſtipulationem nominatim ſint deductæ. Atque ita in Hollandiæ Curia judicatum eſſe refert. Quem in modum & a Sabaudiæ Senatu pronuntiari, teſtis eſt *Antonius Faber* ad Cod. L. 8. tit. 8. def. 8. n. 5. in not. & L. 6. tit. 23. def. 11. Ex contrario *Bachovius* de pignor. L. 3. C. 5. n. 6. dictam L. 11. §. 3. de pign. act. ad eam ſpeciem accommodare tentat, cum uſuræ non fuiſſent in ſtipulationem deductæ, ſed tantum pacto promiſſæ. Et generaliter, quod in relatis legibus traditur, JCti magni nominis ita explicant, ut tum demum, ſi taxative in ſortem vel uſuras pignus datum fuerit, pignus pro ſorte duntaxat, vel pro uſuris obligetur, ceterum ſi ſimpliciter pro debito pignus datum ſit, tam pro ſorte, quam pro uſuris moræ quoque teneat. Quod exiſtimant *Balduinus* de pignor. & hypoth. c. 10. *Beyma* de pignor. ad L. 13. §. propter uſuras ff. de pignor. p. 38. *Neguſantius* de pignor. P. 5. M. 1. n. 10. *Bachov* de pignor. L. 3. C. 5. n. 5. ſq. *Lauterbach* Colleg. theor. pract. Digeſt. tit. de pignor. §. 59. Quam in rem præſertim *L. 8. §. f. ff. de pign. act.* in medium adducunt, quæ ita habet: *Cum pignus ex pactione venire poteſt, non ſolum ob ſortem non ſolutam venire poterit, ſed ob cetera quoque, veluti uſuras & quæ in id impenſa ſunt.* Ex quo conficiunt, ſi permittatur creditori propter impenſas pignus vendere, tanto magis ei jus in pignus propter uſuras moræ eſſa. Et omnino ita exiſtimandum eſſe putant, ut pignus pro uſuris quoque obligetur, tantoque magis, quod in judiciis bonæ fidei uſuræ acceſſionis nomine veniant, acceſſio autem principale ſequatur. Inſuper urgent, ex *L. 18. ff. qui pot. in pign.* creditorem etiam propter uſuras poſtea commiſſas in pignore potiorem eſſe alio creditore, cui poſtea idem pignus conſtitutum ſit, & hypothecam, quæ pro frumento, vel oleo, vel hujusmodi obligata ſit, pro incremento etiam æſtimationis obligari.

Plane *Conſtantinus Harmenopulus* in Procheiro legum L. 3. tit. 4. ita quoque ſenſit, ut id, quod ſorti obligatum ſit, videatur etiam tacite ob uſuras pignori eſſe. Etſi autem Balduini & ceterorum JCtorum rationes ita comparatæ univerſæ non ſint, ut rem conficiant, cum aliud ſit, contra debitorem pignori incumbere, aliud, jure in rem pignus contra alios creditores vel poſſeſſores perſequi, nihilominus tamen verum eſt, in contractibus bonæ fidei intentionem contrahentium & paciſcentium potiſſimum eſſe inſpiciendam. Ecquid autem intentioni contrahentium magis congruit, quam hypothecam ſimpliciter pro debito conſtitutam ad uſuras quoque moræ accommodari, cum uſurarum mentio ante commiſſam moram fieri commode vix poſſit? Adeoque niſi appareat, aliter actum eſſe, nec pro uſuris, ſed pro ſorte duntaxat pignus conſtitui, merito ſequendum eſt, ut pro uſuris quoque obligetur, præſertim cum ſortis acceſſio ſint uſuræ, & ex obligatione principali petantur & adjudicentur. Tanto autem magis in ſpecie propoſita dicendum erat, uſuras moræ cum ſorte eodem loco collocari, quod Mevia ſub hypotheca bonorum caverat, quam primum fieri poſſet, ſe debitum exſoluturam, generumque ſuum rogaverat, ut Sempronio præ creditoribus aliis ſatisfaceret. Quo facto ſub hypotheca bonorum cavit, moram ſeſe non commiſſuram, adeoque hypotheca in moram atque omne id, quod ex mora veniat, conſtituta fuit. Atque hæc ſententia placuit ſummo Tribunali Cellenſi in cauſa Gräflich-Lewenhauptiſcher Creditorum.

# OBSERVATIO XIV.

## *De uſuris ultra alterum tantum annuisque reditibus.*

### §. I.

Jure Romano uſuræ alterum tantum non excedunt

Jure civili Romano conſtitutum eſt, uſuras ultra alterum tantum non currere, ſed duplo ſortis accepto debitorem omnino liberari. Nec refert, particulatim uſuræ ſolutæ ſint, nec ne, modo duplum ſortis creditor acceperit. *L. penult. §. 1. C. de uſur. Nov. CXXI. & CXXXVIII.* Conf. *Balduinus* in Juſtiniano p. m. 70. ſq.

### §. II.

## §. II.

Sed jam Juſtiniani temporibus controverſia de annuis reditibus oriebatur. Quare commotus Imperator *Novellam* CLX. tulit, quam ſecundum mentem ejus explicare, ante omnia tentandum eſt. Alii enim, in quibus *Rittershuſius* & *Brunnemannus*, gratia duntaxat reip. ab Imperatore conſtitutum eſſe putant, debitos ei reditus annuos duplo ſortis percepto non extingui. Quod qui admittunt, denuo quærunt, an idem privilegium ad pias cauſas pertineat, hoc amplius, an reſpp. & pia corpora uſuras quoque ultra alterum tantum petant. Quo conceſſo de uſuris ſolutis & nondum ſolutis nova quæſtio incidit. De quo tractavitIll. *Auguſtinus Leyſerus* in Medit. ad Pandectas Vol. IV. Spec. CCXLVIII. n. 2. 3. Contra *Cujacius* Novellam ambitioſam quidem vocat, ſed putat, reditus omnino annuos ea ab uſuris diſtingui. Sed & quam recte Juſtinianus reditus annuos ab uſuris diſtinxerit, explicavit *Balduinus* in Juſtiniano p. m. 71. Quæ quidem ſententia nobis veriſſima videtur. Nam etſi conſtitutioni novellæ anſam dedit reip. Aphrodiſienſis pecunia, quam operibus publicis deſtinatam reip. perire Imperator neutiquam voluit, tamen ipſe rationem ſuæ deciſionis vel declarationis in eo collocat, quod conſtitutio de creditoribus ad eum caſum non pertineat, ſiquidem hoc, ut ait, magis annuo reditui, quam uſurarum præſtationi ſimile videatur. Quod ſi verum eſt, omnino hoc ad alios quoque reditus annuos, qui privatis debentur, merito eſt accommodandum. Neque id ſine ratione. Nam in mutuo quidem creditori licet, denuntiatione facta ſortem quocunque tempore repetere. In annuis autem reditibus a creditore ſub lege retrovenditionis emtis idem permiſſum non eſt. Vid. Ill. *Bœhmerus* in Jure Eccleſiaſtico Proteſtantium T. V. L. 5. tit. 19. §. 69. Appoſite itaque Balduinus ait, ubi creditor poſſit repetere ſortem, eſſe, quod illi merito imputari poſſit, qui malit uſuris debitorem opprimere. Quamobrem etſi is ſortem non exigat, legem aliquando uſuras ſiſtere, illumque ſibi imputare, qui pecuniam ſterilem apud debitorem reſidere patiatur. Sed ubi ſors ita alienata ſit, ut repeti non poſſit, & ejus veluti pretio emta ſit aliqua penſio, ea tamen conditione, ut debitor ſortem, cum voluerit, reddendo ſe poſſit liberare, iniquum fore, ſi is, ubi creditori tantum per an-

Id an ad annuos reditus pertineat Novella CLX. explicatur.

nos aliquot jam fortaſſe pependerit, quanti ſors fuerit, penſionem deinde ſolvere nollet ejus pecuniæ, quam tamen adhuc retineret. Inſtatque Balduinus hoc loco commode ipſi occurrere, quod Paulus L. 4. §. ult. de pact. ſignificet, moris quoque olim fuiſſe, ut aliquando uſuræ ita ſtipulandi promitterentur, ut quamdiu eæ ſolverentur, ſors peti non poſſet. Quo caſu uſuras ſupra duplum currere poſſe contendit.

§. III

An jus Rom. ſit receptum

Deinceps videamus, an jus Romanum in altero tanto uſurarum moribus ſit receptum. Quod affirmant quidem *Carpzovius*, *Richterus* & alii, quos retulit *Lauterbach* in Collegio theor. pract. ad tit. de uſur. §. 26. Alii de uſuris particulariter ſolutis potiſſimum inter ſe diſceptant. Vid. Ill. *Auguſt. Leyſerus* in Medit. ad Pand. Spec. CCXLVIII. n. 1. Camera autem Imperialis in opinione ad Imperatorem emiſſa d. 7. Dec. 1652. quæ extat in Actis Comitialibus Ratisbonenſibus Ill. *de Meiern* L. III. §. 12. n. 1. præſertim in annuis reditibus eoque quod ex mora intereſt, alterum tantum abſorbens legibus Imperii & uſui repugnare, neque antea obſervatum eſſe, plenius declaravit, in hæc verba: Vielweniger das neulich von etlichen hervorgeſuchte, den bekannten Reichs-Conſtitutionibus und deren üblicher Obſervanz zuwider laufende, ſowol Capital als Penſiones höchſtſchädlicher Weiſe abſorbirende alterum tantum, vornehmlich ſo viel die im Reich erlaubte Gültkauf betrifft, als welche keinesweges in genuino ſenſu pro uſuris, ſondern für ein erkauftes Capital, daraus a tempore moræ das Intereſſe von Rechts wegen gebühret, zu halten, einiger maſſen gut heiſſen können, angeſehen daſſelbe den Creditoribus unverſehener dingen viel Millionen nicht allein benehmen, ſondern auch eine verderbliche condictionem indebiti über den Hals ziehen würde. Ob eamque rem Camera Imperialis nec ob calamitatem belli tricennalis uſuras ad alterum tantum reſtringendas cenſuit. An Status Imperii tunc temporis in Comitiis jus Romanum in altero uſurarum tanto probaverint, dici commode vix poteſt. Cum enim ſuper Inſtrumenti pacis §. de indagando diſputabatur, principio quidem in concepta formula deputatorum extrema adjectum fuit, debitori alia quoque beneficia juris communis, quatenus hac conſtitutione non eſſent circumſcripta, integra ſervari. Verba hæc ſunt: und ſchließlichen dem debitori andere beneficia juris communis, ſo weit ſie in dieſer

ſer Conſtitution nicht gehindert, vorbehalten ſeyn. Diſputationibus autem de ea re inſtitutis legati Magdeburgici alterum tantum quadam deciſione ita reſtringendum putarunt, ut in caſu moræ effectus ejus ceſſaret. Verba eorum hæc fuerunt: Weil auch wegen des alterius tanti der Effectus von etlichen Juris-Conſultis gar zu weit will extendiret werden, ſo wäre deswegen eine gewiſſe Deciſion zu machen, daß nemlich die mora des debitoris dem creditori, welcher das Seinige judicialiter, vel quovis alio modo exigiret und gemahnet, nicht nachtheilig, noch der effectus alterius tanti gegen denſelben ſtatt haben ſollte. Quibus legati Cellenſes conſenſerunt. Altenburgici beneficium ex Nov. 121. ratione alterius tanti ſtabiliendum exiſtimarunt, ut ſervaretur, quatenus jure communi comprehenſum eſſet. Conſtantienſes & Gothani non exprimenda ea eſſe cenſuerunt, quæ jam cauta jure communi eſſent. Etſi autem concluſo Principali confecto ſervata hac in re concepta formula eſſet, Directorium tamen Moguntienſe Electorale ex concluſo Electorali adjectionem eam tollendam cenſuit. Neque ea in opinione Statuum univerſorum ad Imperatorem miſſa, neque in Receſſu Imperii de a. 1654. continetur. Præterea autem iidem, qui jus Romanum in altero tanto ſervandum eſſe, ducunt, tot fere caſus excipiunt, ut revera omnia, quæ affirment, hoc ipſo corruant. Atque omnino alterum tantum *uſu non cuſtodiri*, dici non poteſt. Nam & in ſupremo Tribunali Cellenſi aliquando judicatum eſt, uſuras petitas ad alterum tantum reſtringi. Quod factum eſt in cauſa Malortie contra Schenk von Winterſtätt, & in cauſa Gräflich-Lewenhauptiſcher Creditorum.

## §. IV.

In quo alterum tantum ceſſet.

De eo autem videamus, in quo alterum tantum ceſſare, plurimi exiſtimant. Ac primo quidem inſpiciamus ea, quæ ſatis certa expeditaque jure Romano ſunt. Quo loco inprimis tractandum venit de uſuris particulariter ſolutis, an iis quoque duplæ ſortis ratio ineunda moribus ſit. Vir Illuſtris, *Auguſtinus Leyſerus* in Meditat. ad Pand. Spec. CCXLVIII. in ea re praxin & opinionem communem contra praxin & opinionem communem deprehendi oſtendit. Mihi autem verius videtur, jus Romanum in uſuris particulariter ſolutis in Germania plane non obtinere, ſed contrarium potius legibus Imperii conſentaneum eſſe. Ponamus enim debitorem

uſuris

usuris particulariter solutis plus duplo sortis solvisse. Igitur quod ultra duplum solvit, indebite solvit & per condictionem indebiti repetet. Quod item in *L. 26. §. 1. ff. de cond. indeb.* expressum est. Debitor enim vel plane non obligatus vel certe perpetua exceptione tutus fuisset, quam constat quoque gratia debitoris dari. Nihilominus Recessu Imperii novissimo, quo debitoribus calamitate diuturni belli oppressis subventum est, ne plus quam quartam partem residuarum usurarum solvant, cavetur, sortem vel usuras, vel earum partem jam solutam minime repeti, nec deduci. Verba §. 174. n. 3. ita habent: Was an Capital oder Zinsen allschon bezahlet ist, derowegen keine Zurückforderung oder Abkürzung statt haben solle. Quod si ne in isto quidem casu plane extraordinario, cum de sublevandis debitoribus tricennalis belli injuria pressis quærebatur, repetitio vel deductio usurarum solutarum admittitur, tanto minus puto extra eum casum publicæ necessitatis in Germania hoc admitti. Nam ex eo, quod leges ne in publicis quidem iisque plane extraordinariis necessitatibus probant, recte conficimus, id tanto minus in aliis causis probari. Et quæso, quæ calamitas inde multorum creditorum oriretur, qui bona fide nihilque inde periculi suspicati, forte & publicam fidem secuti, suum non exegissent?

## §. V.

Quid si pecunia in rem impensa, qua debitor fruitur.

Sequitur, ut alias quæstiones ...m ex moribus, quam ex ipso quoque jure Romano excutiamus. Ubi quidem primo loco illud mihi tractandum videtur, an quæ de altero tanto legibus Romanorum in particulari usurarum solutione cauta sunt, ad eam quoque speciem pertineant, cum pecunia creditoris in rem impensa est, qua debitor fruitur, fructusque percipere continuat. Nempe ad comparandum fundum vel domum exstruendam reficiendamve pecuniam credidi. Debitor itaque fundo utitur & ex pecunia mea solus fructum percipit. An dicemus, eo casu duplo sortis petitionem creditoris excludi? Quod vereor, ut dicendum sit. Nam ex jure quidem Romano mihi in mentem venit, quod Imperator ipse in *Novella CLX.* queritur, *plerosque leges suas ita accipere atque intelligere, ut unde minime conveniat, inde injustarum ipsis actionum ansas præbeant.* Quid autem excogitari iniquius potest, quam illud, debitorem re ex pecunia mea comparata frui semperque commoda

inde

inde percepiſſe, me autem poſt vicennium ex pecunia mea nullum amplius commodum percipere, penes debitorem commodum reſidere, penes me aliquando, duplo ſortis ſcilicet ſoluto, damnum? Legibus autem Imperii noſtri omnino hoc conſentaneum non videtur. Nam etſi Receſſu Imperii noviſſimo gratia eorum, qui injurias tricennalis belli fuerant perpeſſi, varie cautum eſt, tamen §. 174. n. 5. nominatim exceptus caſus eſt, ſi quis ad comparanda vel inſtauranda prædia antea devaſtata, nunc autem reſtituta pecuniam credidiſſet, debitorque interim fructum ex prædio percepiſſet. Quo caſu remiſſio uſurarum non obtinuit. Cujus rei ratio alia adduci nulla poteſt, quam quod iniquum habeatur, debitorem & pecuniam retinere & prædio ex pecunia comparato frui. Videtur igitur ad hanc ſpeciem alterum tantum accommodandum non eſſe, niſi forte accumulari uſuras ultra alterum tantum paſſus ſit inque exigendis iis nimium negligens fuerit.

## §. VI.

De debitore moroſo.

Alia ex jure Romano & moribus quæſtio incidit frequens agitata, an ſcilicet, quod de altero tanto uſurarum cautum eſt, ad debitorem moroſum quoque pertineat. Moram autem ſolvendæ ſortis intelligo. Nam in debitore, qui in ſolvendis uſuris moroſus ſit, conſtat, creditorem ſibi imputare, quod pecuniam ſuam penes debitorem per tot annos & tam diu reliquiſſet, cum ſciret, debitorem facultatibus labi & leges uſurarum modum conſtituiſſe. Quod ſi igitur in ſolvenda ſorte adeo moroſus debitor ſit, ut creditor fruſtra quovis modo ſuum citius recipere tentaverit, adeo ut nec judicati effectum conſequi potuerit nihilque adeo adſit, quod in ea re creditori imputetur, exiſtimo legibus quoque Romanis conveniens eſſe, ut uſuræ ultra alterum tantum præſtentur. Omnino enim huc accommodanda ſunt, quæ §. II. ex Balduino adduxi, cur ad annuos reditus alterum tantum non pertineret, quod videlicet in creditoris poteſtate non fuerit, ante legitimum tempus elapſum pecuniam ſuam recipere, nihilque adſit, quod ei imputetur. Idque in Germania, præſertim in ſupremo judicio Cameræ Imperialis obſervatum ſemper eſſe, Camera ipſa in opinione ad Cæſarem §. II. relata haud obſcure declaravit, in hæc verba: Daraus a tempore moræ das Intereſſe von Rechtswegen ge-

bühret ꝛc. Similiter in Tribunali Wiſmarienſi pronuntiatum *Mevius* refert P. V. Dec. 4. eamque ſententiam commode circumſcriptam ex ratione æquitatis & communi fere ICtorum conſenſu confirmat. Vid. Idem ad Conſtitutionem Bremenſem von wucherlichen Contracten P. 2. C. 18. §. 3. Et ita ſummo Tribunali quoque Cellenſi placuit in cauſa Gräflich Lewenhauptiſcher Creditorum, cum in quibusdam appareret, nihil iis imputari poſſe, quo citius ſuum receperint, potius rem eos in judicium deduxiſſe, & condemnationem obtinuiſſe, executionem autem fruſtra tentaſſe & petiiſſe.

§. VII.

Oportet, ut creditori nihil imputetur.

Neutiquam igitur dicemus, ex ſola mora debitoris uſuras ultra alterum tantum currere, ſi adſit, quod creditori ipſi imputetur, quo prius ſuum recuperet, adeoque *L. 19. C. mand.* opinioni relatæ non refragatur.

§. VIII.

De uſuris promiſſis & non promiſſis.

Neque vero in ea re intereſſe puto, uſuræ promiſſæ an citra promiſſionem ex mora veniant, modo, ut antea dixi, non ſit, quod creditori imputetur, ſed omnino culpa penes debitorem reſideat, debitum quoque a principio liquidum fuerit, & creditor ad recuperandam ſortem omnia in caſſum tentaverit.

§. IX.

De debito illiquido.

Quodſi creditum a principio liquidum non fuerit, & dubitatio aliqua ſive in facto, ſive in quanto, ſive in perſonis exſtiterit, vel deinde acceſſerit, exiſtimo, in uſuris forte reſiduis alterum tantum omnino obſervari. Idque æquo & bono conveniens eſt.

# OBSERVATIO XV.

## *An parentes teſtes filio recte ſint. Explicatio L. 9. ff. de teſtib.*

L. 9. *ff. de teſt.* ita habet: *Teſtis idoneus pater filio, aut filius patri non eſt.* Hoc vero de filio in poteſtate conſtituto intelligendum demum eſſe, certiſſima argumenta convincunt. Principio enim in Lege proxime inferiori *10. ff. eod.* exprimitur, neminem

nem in ſua re idoneum teſtem intelligendum eſſe. Quæ lex proxime inferior veriſimiliter rationem ſuperioris continet. Neque, cur parentes in cauſis liberorum a teſtimonio dicendo repellantur, alia ratio a Farinacio & Vranio adducitur, quam hæc, teſtimonium illud in propria cauſa fieri. Quod quidem niſi in filium ſub patria poteſtate conſtitutum non convenit. Nam filiusfamilias demum & paterfamilias pro una perſona habentur. *Heinecc. Elem. Jur. ſec. ord. Inſt.* §. 139. Conf. *L. ult. C. de impuber. & al. ſubſt.* ubi Imperator hac regula in caſu ſubſtitutionis pupillaris utitur, quæ, ut notiſſimi juris eſt, patriæ poteſtatis fuit effectus. Et ſane filiifam. res vel pecunia patris fuit, quemadmodum & filiusfam. vivente patre condominus quodammodo rerum paternarum habetur, ut *L. 11. ff. de liber. & poſthum. exhær.* declarat. Conf. *Heinecc. Antiquit. Rom. L. III. tit. I. §. 2.* Quamobrem nec patrifam. filiusfam. nec filiofam. paterfam. idoneus teſtis eſſe poteſt, quod in ſua re teſtimonium dicerent. Notabis autem præterea, Legem cit. 9. ex Pauli Libro 1. ad Sabinum ſumtam eſſe, in quo libro Paulum locum de teſtibus tractaſſe, nullum veſtigium ſupereſt, patriæ autem poteſtatis & ſuitatis locum ample perſecutum eſſe, ceteræ leges ex eodem Pauli libro ſuperſtites convincunt. Et veri perquam ſimile eſt, reſeta verba Legis cit. 9. de teſt. forte incidiſſe. Nam in *L. 3. ff. de ritu nupt. L. 7. ff. de liber. & poſth. exhær. L. 9. ff. eod. L. 11. ff. de vulg. & pup. ſubſtitut. L. 7. ff. de acquir. vel om. hæred.* quæ leges omnes ex Pauli libro 1. ad Sabinum decerptæ ſunt, patriæ poteſtatis & ſuitatis effectus proponuntur. Ceteræ ex eodem libro Pauli depromtæ leges, ut *L. 10. ff. de hær. inſtit. L. 3. ff. de condit. inſtit. L. 5. ff. de Leg. 1.* quasdam ex jure hæreditario quæſtiones continent, quibus anſam forte Lex XII. Tabb. dedit: *Paterfam. uti ſuper familia pecuniave ſua legaſſit, ita jus eſto.* Deinde illud accedit, quod ſecundum *L. 201. ff. de Verb. ſignif.* filii nomen proprie ad filiumfam. & filiamfam. accommodatum videtur. *Juſta* enim *interpretatione*, ait lex, *recipiendum eſt, ut appellatione filii, ſicut filiumfam. contineri ſæpe reſpondebimus, ita & nepos videatur comprehendi.* Atque ita filii nomen accipi, oſtendunt *L. ult. C. de impub. & al. ſubſt. L. 5. ff. de his qui ſui vel al. jur. L. 4. L. 6. L. 11. ff. de adopt. L. 4. L. 7. ff. quod cum eo qui in al. pot. L. 1. §. 7. 8. 9. L. 7. §. 3. L. 37. pr. L. 45. L. 57. ff. de pecul. L. 1.*

§. 2. *ff. de ſuis & legit. hær.* Illud quoque ex *L. 1. pr. ff. ſi a par. quis manum.* obſervandum eſt, in filiis emancipatis patrem patroni potius, quam patris vicem tenere, neque ut patrem, ſed ut patronum filio ſuccedere. Ceterum ſi qua ſucceſſio ei dabatur, illa ex miſeratione venit, *L. 7. §. 1. ff. ſi tab. teſt. ext. null.* & Prætor patrem ex Edicto, *unde decem perſonæ* admiſit §. 2. *Inſt. de bon. poſſ.* Igitur emancipatione facta nihil ex priſtina conditione remanſit, niſi pietatis reſpectus & cognationis. Emancipati neque ſui hæredes habebantur, nec jure civili ſuccedebant, & Prætor demum extra ordinem iis ut conſanguineis ſubvenit. *L. 1. §. 4. ff. de ſuis & legit. hær. Heinecc. Antiquit. Rom. L. 3. tit. 1. § 6.* Iſtud vero efficere nequit, ut filius emancipatus & pater eadem perſona habeantur. Quamobrem neque ad repellendum eorum teſtimonium id ſufficiet, etſi plena quidem fides dictis eorum non concilietur. Amplius illud quoque certum eſt, omnia Jureconſultorum dicta interpretationes tantum vel naturalium legum, vel civilium fuiſſe, neque præterea eos vel dixiſſe quidquam, vel dicere auſos eſſe. Ex jure enim reſpondebant, neque præter jus ex ſuo ingenio vel legislatoria poteſtate facultatem reſpondendi habebant. Atqui in ſua cauſa teſtem neminem eſſe, ratio ipſa naturalis ſuppeditat. Actoris enim vel rei teſtimonium in ſua cauſa admittere, perinde foret, ac ſi eorum intentio probatione nulla indigeret, ſed per ſe fidem faceret. Ceterum propter affectum pietatis naturali ratione dicemus, teſtem omni exceptione majorem non eſſe. Nihil autem omnino fidei teſtimonio ejus tribuendum eſſe, certe ratio non ſuppeditat. Ex jure autem civili in materia teſtium nulla alia lex occurrit, quam *Lex Julia*, cujus quoque verba in *L. 3. §. 5. & L. 4. ff. de teſt.* relata ſunt. Lege autem Julia de vi ſecundum L. cit. 3. §. 5. illud duntaxat cautum eſt, ne *in reum* teſtimonium dicere liceret, qui ſe ab eo parenteve ejus liberaverit. *In reum* nihil aliud eſt, quam contra reum. Unde hac lege in patrem naturalem nec filius emancipatus teſtis eſſe potuit. Quod conveniens ſane eſt, quia ratio pietatis reſpectusque naturalis id non permittit. Atque idem ex Lege Julia judiciorum publicorum dicendum erat, cujus extant verba in L. 4. ff. de teſt. in hunc modum: *Ne invito denuntietur, ut teſtimonium litis dicat adverſus ſocerum, generum, vitricum, privignum . . . eosve qui priore gradu ſunt. Item: ne liberto*

*berto ipſius, liberorum ejus, parentum, viri, uxoris. Item patroni, patronæ, & ut ne patroni patronæ adverſus libertos, neque liberti adverſus patronum cogantur teſtimonium dicere.* Unde ſane adverſus ſe teſtes eſſe pater & filius emancipatus quoque non potuerunt. Hoc autem nihil impedit, quo minus teſtes eſſe pro ſe poſſint. Idque in *L. 6. C. de teſt.* eatenus prolatum eſt, ut adverſus ſe invicem teſtes eſſe ne volentes quidem poſſint. Quæ novior lex denuo ad interpretandam *L. 9. ff. de teſt.* pertinet. Denique patris nomine mater omnino non venit, utpote quæ poteſtatem in liberos non habet.

# OBSERVATIO XVI.

## *Pater in cauſa filii matrimoniali teſtis an & quatenus recipiendus.*

In ſuperiore tractatione oſtendi, jure civili patrem in cauſa filiifam. teſtem recipiendum non eſſe. Quod ſi filium ſub poteſtate non habeat, admitti eum pro filio, juri conveniens eſſe exiſtimavi, adeoque matrem quoque non repellendam duxi. Videamus autem, quid jure Canonico de teſtimonio parentum in cauſis liberorum matrimonialibus cautum ſit. Et certiſſimum eſt, jure Canonico parentes in cauſa liberorum, cum de conjungendo vel diſſolvendo matrimonio agitur, teſtes admitti. Nam ita in *C. 3. X. qui matrim. accuſ.* diſerte cautum eſt. Ait enim Pontifex, hoc tam antiqua conſuetudine, quam legibus approbari. Movet quidem dubitationem, quod adjectum eſt, ideo maxime parentes, & ſi defuerint parentes, proximiores admitti, quoniam unusquisque ſuam genealogiam cum teſtibus & chartis, tum etiam ex recitatione majorum ſcire laboret. Ex quo nonnulli conficiunt, tum demum parentes in matrimonialibus cauſis admitti, ſi impedimentum publicum, nempe cognationis vertatur. Enimvero etſi hanc rationem primariam Pontifex adduxit, tamen ex aliis quoque rationibus admiſit, videlicet quod parentes omnia optime ſcirent, eorumque conſenſus in matrimonio exigeretur. *Qui enim*, inquit, *melius recipi debent, quam illi, qui melius ſciunt & quorum eſt intereſſe, ita ut, ſi non interfuerint, & conſenſum non adhibuerint, ſecundum leges nullum fiat matrimonium.* Sed & Pontifex in ſubjectis ver-

verbis generalem formulam de patris teſtimonio admittendo vel rejiciendo propoſuit in hunc modum: *Quod vero legitur, pater non recipiatur in cauſa filii, nec filius in cauſa patris, in criminalibus cauſis & contractibus verum eſt. In matrimonio vero conjungendo & disjungendo ex ipſius conjugii prærogativa & quia favorabilis res eſt, congrue admittuntur.* Neque vero contrarium eſt *cap.* 22. *X. de teſt.* utpote quo teſtimonium matris pro filia tum demum ſuſpectum habetur, ſi filia de matrimonio ageret contra quendam opibus & dignitate multo ſuperiorem. Quo caſu mater intelligitur incrementum & honorem filiæ diligere. Conſentiunt *Lauterbach* in Colleg. theor. pract. tit. de teſt. §. 29. *Sam. Stryk* in not. ad Brunnem. Jus Eccleſ. L. 3. C. 4. ad §. 15. *Carpzov.* P. I. C. 16. def. 49. Ideo ſummum quoque Tribunal Cellenſe matrem pro filia in cauſa matrimoniali teſtem admiſit in Sachen Marien Eliſabeth Ahlborns Appellantin contra Claus Heinrich Kleinhans, Appellaten, in puncto ſponſalium.

# OBSERVATIO XVII.

## *Quingenti ſolidi in donationibus ad noſtram monetam ut ſint referendi.*

Juſtiniani temporibus ſolidi nomine aureum veniſſe, inter omnes conſtat. Quanti autem computandus ille ſit, de eo non conveniunt. *Gailius* L. 2. Obſ. 39. n. 12. & ſecundum eum *Perez* in Comment. ad tit. C. de donat. n. 29. putant, ex L. 5. C. de ſuſcept. præpoſ. & arcar. libram auri conſtare ſolidis LXXII. Et ita Gailius quingentos ſolidos in donationibus ſecundum noſtram monetam computandos eſſe exiſtimat. Quod *Jacobus* quoque *Alemannus* in Palæſtra Conſultationum illuſtrium Conſult. 8. Qu. pr. 1. part. 11. ita ſequitur, ut ſecundum Cameræ imperialis uſum pro ſolidis aurei Rhenani accipiendi ſint, quorum item LXXII. libram auri æſtimari notat. *Hahnius* quoque ad Weſenbecium tit. ff. de don. p. 863. aureos Rhenanos vult accipiendos eſſe. Alii putant, quingentos ſolidos Juſtiniani ætate confeciſſe unciales MCCL. vel Ducatos DCXXV. *Schilter* ad Inſt. jur. civ. tit. de don. §. 2. *Hoppius* in Comm. ad Inſtit. tit. de donat. p. 390. Plerique aureos Hungaricos

ricos & Ducatos noſtros accipiunt. *Carpzov.* P. 2. C. 12. def. 12. *Brunnemann* ad L. 34. C. de don. n. 3. *Engelbrecht* Exerc. 5. ad Inſt. §. 50. *Sam. Stryk* in Annot. ad Lauterb. Comp. Dig. tit. de don. p. 797. *Sande* Dec. Friſ. L. 5. tit. 1. def. 3. in f. *Voet.* Comm. ad Dig. tit. de don. n. 18. Et Strykius quidem ita receptum eſſe dicit, eam tamen ſummam non ſecundum monetam vulgarem, ſed imperialem computandam eſſe. Et ſane ſolidos Juſtinianeos pretio noſtros aureos Hungaricos quarta parte adhuc ſuperare, certum eſt. Quod ex iis ſolidis, qui ad noſtram ætatem pervenerunt, convincitur. Igitur tanto magis ſequendum eſt, ut aurei accipiantur Hungarici, quorum ſinguli IV. florenos, ſeu duos Imperiales conficiunt. Erunt igitur quingenti ſolidi ad mille Imperiales (Species-Thaler) redigendi. Quemadmodum pronuntiavit ſummum Tribunal Cellenſe in cauſa des Hof- und Canzley-Raths, Chriſtoph Georg von Seebiſch contra des Hauptmann von Hedemann Ehefrau.

# OBSERVATIO XVIII.

## *Donatio remuneratoria ultra quingentos ſolidos actis an ſit inſinuanda.*

Donationem remuneratoriam, etiamſi D ſolidos excedat, actorum inſinuatione non indigere, defendunt *Zoeſius* ad tit. ff. de don. n. 43. *Carpzov.* P. 2. C. 12. def. 15. *Hoppius* in Comm. ad Inſt. tit. de don. p. 391. not. 1. *Ludovici* Doctr. Dig. tit. de don. §. 8. & Ill. *Bœhmerus* Introd. in Jus Dig. tit. de don. §. 15. Quod quam verum ſit, videamus. Atque legem de donationibus inſinuandis a Conſtantino M. primum latam eſſe, filii ejus Conſtantius & Conſtans Imperatores in *L. 6. C. Theodoſ. de donat.* ſignificant. Ex quo quidem confeſtim illud ſequitur, Digeſtorum jure hanc inſinuationem ignorari, ſed potius Conſtantini & ceterorum Imperatorum mentem atque intentionem indagandam eſſe. Earum autem legum ratio, cur actis inſinuandæ donationes eſſent, in eo collocata fuit, ut omnis fraus & colluſio tollatur, inſuper plena negotii fides adſit. Nam ideo in *L. 25. C. de donat.* expreſſum eſt, in conſcribendis donationibus nomen donatoris jus ac rem notari oportere, neque id occulte aut privatim, ſed tabula, actis etiam anne-

annectendis, quæ apud judicem vel magiſtratus conficienda eſſent. Quod in *L. 1. C. Theodoſ. de donat.* plenius ita continetur, ut omnino palam fiat. Verba hæc ſunt: *Neque id occulte, aut per imperitos aut privatim, ſed ut tabulæ - - ſcientibus plurimis perſcribatur.* Ex quo ſimul conficitur, quia imperiti quoque a conficiendo inſtrumento removentur, Imperatorem litibus etiam anſam precidere voluiſſe. Similiter fere in *L. 27. C. de don.* expreſſum eſt, quæ donationem quoque inter perſonas proxime conjunctas actis inſinuari cavet, in hunc modum: *ſiquidem clandeſtinis ac domeſticis fraudibus facile quidvis pro negotii opportunitate confingi poteſt, vel id, quod vere geſtum eſt, aboleri.* Quod ſi ratio inſinuationis in eo ſita fuit, ut omnes fraudes tollerentur & pleniſſima rei geſtæ fides exſtaret, quemadmodum oſtendi, nullo negotio apparet, in remuneratoriis quoque donationibus actorum fidem intercedere oportere. Quæ enim poteſt major fraudum & machinationum ſeges exiſtere, quam ſi obtentu remunerationis donationes valide exiſtimentur? Et quæſo quomodo pleniſſima etiam fides meritorum alias exſtabit? Ut ratio legis, ita cetera legibus comprehenſa id convincunt. Plane relata *L. 25. C. de don.* inſinuationem omnino quoque exigit, etſi conditione faciendi aut non faciendi donatio ſuſpenſa eſſet, vel & mortis cauſa inſtituta. Nihil autem ſecundum remunerationem intereſt, ſive ad futurum eventum, ſive ad præteritum factum ſeſe referat. Utroque enim caſu remuneratio poteſt exiſtere. Sed nec Juſtinianus in *L. 36. C. de donat.* in exceptionibus ibidem relatis remunerationes retulit, potius in *Nov. 172. C.* 2. in pactis quoque dotalibus ex parte mariti in lucro ultra D ſolidos actorum inſinuationem neceſſariam eſſe ſtatuit, etſi mulieribus remiſerit. Idem præterea ſentiunt *Fachinæus* L. 3. Controv. 82. *Caſpar Ziegler* Diſcept. ſel. th. 36. n. 30. Sed etſi cum *Hahnio* & *Lauterbachio* hujusmodi donationes remuneratorias intelligas, cum donatarius jus agendi perfectum ad remunerationem habuiſſet, nihilominus inſinuatio neceſſaria videtur, quoad ex donationis cauſa res petitur. Fraudes enim omnino tollendæ ſunt & pleniſſimam fidem oportet adeſſe. Quod ſi donatarius merita ſua probet, certe actio ei non denegabitur, quin poterit mercedem eximii laboris arbitrio judicis petere. Judex quoque, ſi bonum & æquum patiatur, id quod inter partes ſtatutum eſt, non immerito ſervabit. Sed ex donationis inſtrumento,

mento, quod actis insinuatum non sit, neutiquam commode petetur. Postremo, quod ajunt, remunerationem ea causa ex mera liberalitate non fieri, nihil attinet. Nec movet *L. 27. ff. de donat.* in qua Ulpianus id ostendere voluit, in remuneratione Reguli causam naturaliter, vel jure gentium probatam subesse, ut merito obligatio existeret secundum *L. 7. ff. de pact.* & causam in hæredem ejus transire, ut cessent civiliter obligati. Nam certe naturaliter donationes universas tenere, dici vix potest, ut ostendi in libro meo *de culpa P. IV. C. 13. §. 2.* In summo Tribunali Cellensi aliquando hujusmodi species incidit, ut noverca privigno suo ob multa obsequia & quod gratia novercæ a matrimonio quodam suis rationibus perquam accommodato abstinuisset, ingentem pecuniæ summam post mortem suam donasset. Sed summum Tribunal eam summam deficiente actorum fide ad mille Imperiales redegit. Quod factum est in causa des Hof- und Canzley-Raths von Seebisch contra des Hauptmann von Hedemann Ehefrau.

# OBSERVATIO XIX.

## *De hypotheca procuratorum judicialium in dicasteriis Electoralibus Brunsvic. & Luneb.*

In summo Tribunali Cellensi ceterisque dicasteriis superioribus Electoralibus Brunsvicensibus & Luneburgensibus litigatoribus incumbit, in mandato procuratorio, quo procuratores suos instruunt, eam formam & concepta verba servare, quæ in ordinationibus eorum dicasteriorum expressa sunt. In quam rem exempla hujusmodi mandatorum publice impressa habentur. Continetur autem in ea formula mandati extrema, litigatorem procuratori suo omnino de indemnitate quoque cavere, sub hypotheca quidem rerum suarum & bonorum. Atquin ea verba manifestant, procuratorem ratione indemnitatis suæ jus hypothecæ in bonis mandantis litigatoris habere. Illud autem quæri poterat, utrum pignus ad sumtus duntaxat & impensas, an ad salarium quoque, quod procuratori debetur, annuum pertineret. Movebat, quod indemnitas sumtus & impensas demum contineret. Sed quoniam procuratores judiciales tempus litigatorum negotiis impendunt, quod ceteroquin

quin victui aliter comparando impendere poterant, ob eamque rem ſalarium ii accipiunt, merito viſum potius eſt, eam hypothecam ſalarium quoque procuratorum comprehendere. Quæ ſententia in ſummo Tribunali Cellenſi recepta eſt. Quam in rem ex multis præjudiciis ſufficiat adducere ſententiam in cauſa der Gräflich-Lewenhauptiſchen Creditorum, ubi procurator debitorum tam ratione ſumtuum impenſorum & reſidui ſalarii, quam ratione futuri inter creditores hypothecarios collocatus eſt.

# OBSERVATIO XX.

*Quo loco procuratores judiciales ratione ſumtuum & ſalarii in concurſu creditorum collocandi ſint.*

In ſuperiore obſervatione oſtendi, hypothecam procuratoribus noſtris judicialibus in bonis litigatoris mandantis tam ratione ſumtuum, quam ſalarii ex mandati formula competere. Cujusmodi hypotheca quo loco in creditorum concurſu collocanda ſit, videbimus. Principio quidem videri poterat, eam hypothecam publicam eſſe, propterea quod mandatum a litigatore ſubſcriptum in judicio exhibeatur & geſtis inſeratur. Idque aliquando ex parte Procuratoris cujusdam in ſummo tribunali Cellenſi in contentionem deducebatur. Quod factum eſt in cauſa des Ober-Appellations-Gerichts-Procuratoris Gottfried Hartmann Schuders contra die Winterſche Creditores. Sed hoc non placuit. Neque enim judicialis & publica hypotheca poteſt eſſe, niſi in judicio vel ſubſcripta vel recognita cautio ſit. Igitur in tertia claſſe creditorum hypothecariorum privatorum collocandi procuratores ſunt, ſecundum temporis prioritatem, non ex quo mandatum ſubſcriptum eſt, ſed ex quo cauſa ipſis demandata fuit, propterea quod litigatores cauſa procuratori demandata, ad mandati formulam perficiendam per judiciorum ordinationes ipſo jure adſtringuntur. Atque in hunc modum ſummum Tribunal Cellenſe procuratorem Papettium in tertia claſſe collocavit in cauſa der Lewenhauptiſchen Creditorum.

OBSER-

# OBSERVATIO XXI.

## *Procurator mandato per negligentiam litigatoris tardius inſtructus, quo loco in concurſu creditorum collocandus ſit.*

In eadem cauſa der Lewenhauptiſchen Creditorum procurator debitorum mandatum ad hanc cauſam nondum exhibuerat, ſed negligentiam debitorum regionibus valde disjunctorum allegabat & literas ſubſidiales hanc in rem expoſcebat. Tribunal itaque nihilominus in ſententia prioritatis procuratori proſpiciebat, ut, etſi mandatum nondum exhibuiſſet, tamen inter pignoratitios collocaretur, propterea quod litigatores a formula mandati in ordinationibus expreſſa recedere non poſſunt, ſed ſimulac procuratorem quendam delegerunt, eidem in mandato de indemnitate quoque ſub hypotheca bonorum cavere debent.

# OBSERVATIO XXII.

## *De dotalitio Bremenſi.*

### §. I.

Iure equeſtri Bremenſi tit. VII. cavetur, ut maritus uxori vel principic in pactis dotalibus, vel deinde dotalitium, Leibzucht, Leibgeding, conſtituat commoda habitatione, ædificio & curia, agris, pratis & paſcuis, unde ſeſe exhibere vidua pro dignitate & qualitate bonorum poſſit, mit einer bequemlichen Wohnung, Haus und Hof, Acker, Wiſche, Weyde und Lande, davon ſie ſich nach Nothdurft und Gelegenheit der Güter in ihrem Stande erhalten könne. Quod ſi maritus, dum viveret, dotalitium uxori non conſtituiſſet, hæredes ejus nihilo ſecius ſecundum æquitatem, ratione habita illatæ dotis & ſubſtantiæ bonorum defuncti, dotalitium viduæ dare oportet. De quo ita expreſſum eſt: ſo ſollen nicht weniger gleichwol des Mannes Erben eine ſolche Leibzucht nach aller billigen Gebühr und Gelegenheit des eingebrachten oder verbürgten Brautſchatzes und nach Geſtalt der Güter der Wittwen zu verordnen ſchuldig und verpflichtet ſeyn. Dotalitium Bremenſe duplex.

## §. II.

Dotem non absorbet.

Atque hoc dotalitium juris equestris Bremensis aliud omnino esse, quam vulgare illud, quod in Germania nunc usurpatur, ex eo intelligitur, quod in vulgari illo dotalitio dos absorbetur, neutiquam in dotalitio Bremensi secundum quod in jure equestri Bremensi tit. 5. §. 1. nominatim expressum est: Ob wol besage der Rechten nach der Brautschatz durch oder gegen Vermachung des Leibgedings verlöschet, so ist doch nach Landläufigem Gebrauch und Gewohnheit dieses Erz-Stifts anders und also eingeführet, und hergebracht, daß der Frauen neben und mit dem Leibgedinge auch ihre Mitgift und Brautschatz samt des dritten Theils Verbesserung wiederum abgefolget und erstattet werden, dabey es ferner auch also verbleiben soll, und solche Verbesserung hat statt, es sey gleich der Brautschatz ihrem seel. Manne bezahlet oder verbürget, oder auch sonst mit seinem guten Willen unbezahlt geblieben.

## §. III.

Est dos mariti.

Est igitur dotalitium juris equestris Bremensis verum dotalitium Germanicum, quod in allodiis inde ab antiquissimis temporibus servatum est, dos scilicet mariti, quam is uxori daret, ut vidua inde exhibere sese honorifice possit. Vid. *Gundling* de emt. uxor. dote ac Morgeng. C. 2. §. 10. 21. *Heineccius* Elem. Jur. Germ. L. 1. §. 249. sq. *Berger* Sel. Dotal. cap. §. 3. sq. & 40. Dn. *Senkenberg* Medit. fasc. 1. §. 23.

## §. IV.

Datur mulieri etiam indotatæ.

Ex eo autem, quod dotalitium Bremense dotem non absorbet, neque in ejus compensationem datur, illud quoque conficitur, nihil interesse, dotata uxor fuerit, nec ne, sed indotatæ quoque dotalitium post mariti mortem dandum utique esse. Plane in dote illa vera Germanica illatio dotis ex parte uxoris in allodio similiter non exigitur. Vid. *Heineccius* Elem. Jur. Germ. L. 1. §. 253. *Gundling* c. l. §. 11. 13. 14. Dn. *de Ludwig* de dote mariti p. 18. sq. & p. 24. Et ita in notis juris equestris Bremensis publica auctoritate promulgatis *ad tit.* 5. §. *1. not. a.* expressum est: Hätte die Frau auch gleich nichts eingebracht, noch sich etwas verschreiben lassen, so muß ihr dennoch ein Leibgeding nach Nothdurft und Gelegenheit der Güter gegeben, und dazu das Mustheil mit der Gerade gefolget werden. Secundum

dum quod ſummum Tribunal quoque Cellenſe in caſu quodam pronuntiavit, qui inciderat, antequam notæ juris equeſtris promulgatæ eſſent, in cauſa der Wittwen von Iſſendorf contra den Regierungs-Rath von Bardenfleht, modo deſſen Erben.

## §. V.

Continet jus pignoris.

Omnino mulier ad dotalitium conſequendum in bonis mariti pignus habet a die nuptiarum, vel ex tempore confectorum pactorum dotalium. Atque hæc ſententia ex jure Romano defendi poterat, quoniam ſecundum *L. un.* §. *1. C. de rei uxor. act.* mulieri ad conſequendam dotem promiſſam tacita hypotheca in bonis ejus competit, qui promiſit, dotibusque omnino tacita hypotheca ineſt. Eſt autem hoc dotalitium dos Germanica, quam vir uxori debet. Nec intereſt, vir promiſerit, an ex lege debeat. Quod tanto quidem magis accommodandum huc videtur, quod etſi dos hæc ad ſuſtinenda matrimonii onera non pertinet, tamen favor & jura dotis etiam Romanæ ob ipſas nuptias & ſecuritatem mulieris obtinent. Plane *Beyerus* quoque in Specimine Juris Germanici L. 2. C. 10. §. 18. ſi æs alienum per dotalitium conſtitutum, non vero ſi antea, jus uxori prælationis in concurſu creditorum tribui, propterea quod dotalitium hoc dos Germanica ſit. Jure autem equeſtri *Bremenſi manifeſtum* illud eſt. Nam *tit. 4.* §. *3.* continetur, mulierem dotalitium & cetera conſecutam de bonis hoc modo dimitti, von den Gütern abgefunden. Atquin hujusmodi dimiſſio, quæ Abfindung dicitur, non poteſt concipi, niſi quis jus in bonis reale habeat. Deinde eodem loco expreſſum eſt, agnatos quoque, die Stamm-Vettern, ad dimittendam ita mulierem obſtringi. Agnati autem hæredes proprie defuncti non ſunt, ſed ex providentia majorum ſuccedunt. Quamobrem ſi contra eos, qui hæredes non ſunt, intuitu bonorum actio conceditur, ea perſonalis eſſe non poteſt, ſed realis eſt, conſequenter jus pignoris continet. Hypothecam autem in dotalitio legali ex die nuptiarum naſci, ex eo intelligitur, quod maritus ex eo tempore dotem hanc uxori debet, meritoque acceſſoria pignoris obligatio ex lege eodem tempore naſcitur, quo ipſa principalis. Quo pertinet, quod eodem jure equeſtri Bremenſi tit. 7. §. 1. cavetur, maritum oportere uxori ſuæ ſtatim in pactis dotalibus, vel mox deinde dotalitium conſtituere.

Plane noviſſime in notis juris equeſtris Bremenſis publica auctoritate promulgatis *tit. 4. §. 3. not. b.* expreſſum quoque eſt, mulierem tam ratione lucri dotis & partis comeſtibilium, quam ratione Morgengabæ & dotalitii prælationem contra alios creditores mariti habere ex die nuptiarum vel confectorum pactorum dotalium. Quæ prælatio ſine jure pignoris non intelligitur, quod chirographarii creditores omnes pro rata concurrunt, temporis ratione nulla habita. Et ita ſummum Tribunal Cellenſe in controverſia quadam ante promulgationem earum annotationum orta pronuntiavit in cauſa der Wittwen von Iſſendorf contra den Regierungs-Rath von Bardenfleht, modo deſſen Erben.

## §. VI.

Non intereſt, hæredes mariti exiſtant, nec ne.

Illud igitur dubitationem nullam recipit, non intereſſe, hæredes exiſtant, nec ne, quod vidua jure pignoris contra quemcunque bonorum poſſeſſorem, qui potius jus in bonis non habeat, agere poteſt. Quamobrem quod in jure equeſtri Bremenſi tit. 7. §. 2. dicitur, dotalitio a marito non conſtituto hæredes oportere dotalitium dare, id ex mente juris equeſtris non ad hæredes tantum, ſed ad omnes bonorum poſſeſſores pertinet. De quo in notis quoque noviſſimis ad tit. 7. §. 1. not. c. declaratur, eo nomine agnatos quoque in bonis ſtemmaticis comprehendi. Similiter ſummum Tribunal Cellenſe decidit in dicta cauſa der Wittwen von Iſſendorf contra den Regierungs-Rath von Bardenfleht, modo deſſen Erben.

## §. VII.

De reparationibus.

De illo quoque non multum ambigitur, ædes mulieri commodas ad habitandum dari oportere, & modicas deinde reparationes mulieri ipſi incumbere, majores autem ex ceteris bonis mariti præſtandas eſſe. De quo jam dixi in obſervationibus de tutela fructuaria §. 20. Quamobrem ut ratione dotalitii, ita ſimiliter ob refectiones majores vidua eodem jure pignoris contra creditores alios vel poſſeſſores bonorum mariti recte agit. Atque ita ſummum Tribunal Cellenſe pronuntiavit in eadem cauſa der Wittwen von Iſſendorf contra den Regierungs-Rath von Bardenfleht, modo deſſen Erben.

OBSER-

# OBSERVATIO XXIII.

## *De pœna ſecundarum nuptiarum.*

### §. I.

Pœna ſecundarum nuptiarum jure civili Romano conſtituta moribus omnino obtinet. Conf. *Bergerus* in Oeconom. Jur. L. 2. tit. 4. §. 45. n. 10. *Lambertus Goris* Adverſ. Tr. 4. §. 27. n. 1. *Jo. Voet* ad tit. ff. de ritu nupt. §. 109. *Huber* Præl. ad tit. ff. eod. §. 6. in f. etſi in Saxonia hoc non admittitur. Plane jam in *Lege Burgund. tit. 34. c. 1. & tit. 74. c. 2.* ea pœna nominatim continetur. Neque eam pœnam gratia liberorum prioris matrimonii conſtitutam Jure Canonico ſublatam eſſe, in eo interpretes fere omnes conſentiunt. Vid. Dni *Auguſt. Leyſeri* Medit. ad Pandect. Vol. V. Spec. CCC. n. 4. Secundum quod in Tribunali quoque ſupremo Cellenſi nunquam non pronuntiatur. Pœnæ hujus uſus.

### §. II.

Sed de eo potiſſimum dubitatio incidit, an pœna ſecundarum nuptiarum ad portionem ſtatutariam pertineat. Quod vulgo ajunt, ſtatuta ſecundum jus commune explicanda eſſe, dubitationem recipit, *propterea* quod ſtatuta urbium noſtrarum non ex jure civili, ſed ex moribus vetuſtis & antiquo jure Saxonico manarunt, adeoque ex fonte ſuo potius, quam ex jure alieno explicanda forent. Illud potius inſpiciendum videtur, qualis portio ſtatutaria ſit, & an ratio juris Romani ad eam ſit omnino accommodata. De quo videbimus. An ad portionem ſtatutariam pertineat.

### §. III.

Videamus igitur, ſi portio ſtatutaria ita comparata ſit, ut ex ſola defuncti hæreditate ejusque bonis propriis conjux ſuperſtes portionem quandam accipiat, quemadmodum in Jure Statutario Cellenſi cavetur. Et hoc caſu omnino dicendum eſt, pœnam ſecundarum nuptiarum obtinere, quia portionem ex bonis defuncti accepit. Ea autem legum civilium mens eſt, ut, quodcunque ſuperſtes conjux quocunque titulo ex bonis defuncti acceperit, id poſt ſecundas nuptias jure uſufructuario duntaxat retineat, *L. 3. C. de ſec. nupt.* adeo ut hæreditates Explicatur.

tes quoque liberorum prioris matrimonii ab inteſtato delatæ comprehenderentur. *L. cit. 3. & Auth. Ex teſtamento C. eod.* Ex quo intelligitur, nihil intereſſe, ex lege, an ex liberalitate & judicio defuncti quid percipiatur, ex lege, an ex teſtamento deferatur. Omnino igitur jus civile ad hujusmodi portionem ſtatutariam accommodatur. Nec movet, quod in hoc ſtatuto quædam forte reliquiæ morum veterum contineantur. Neque enim de explicando ſtatuto quærimus. Nihil enim in ſtatuto de ſecundis nuptiis cautum eſt, quod explicatione indigeat. Quamobrem illud potius quærimus, an ea pœna ſtatuto conveniens ſit. Igitur ſecundum ſtatutum quoque civitatis Cellenſis pœna ſecundarum nuptiarum obtinebit. Et præjudicia hanc in rem extant recenſita in Juris Statutarii Cellenſis editione nova tit. 16. not. nn. p. 46. Quibus addi poteſt aliud in cauſa viduæ Gakenholz contra Driſchhauſen.

## §. IV.

Extat præterea hanc in rem præjudicium ſummi Tribunalis Cellenſis in cauſa Frerich Johann Harrß, Klägers und Appellanten contra weyl. Cornet Wöhlers nachgelaſſener Kinder Vormündere, Ludwig Chriſtoph Lamros, Egge Eibſen und Tante Sibbern, Bekl. und Appellate in puncto hæreditatis, d. 4. Junii 1740. in hunc modum: Die Haupt-Sache hiernächſt betreffend: Alldieweilen die in gegenwärtiger Sache in allen Inſtanzien ergangene, an Seiten der Appellaten in volle Rechts-Kraft getretene Urtheile des Appellanten Ehefrauen den dritten Theil von weyl. Cornet Wöhlers nachgelaſſenen Gütern zugebilliget, daneben aber auf die Collation ihrer eignen Güter nicht mit erkannt, vielmehr der Appellaten darauf gerichtetes 2tes Gravamen von dem Hof-Gerichte übergangen, und die vorherige Urtheile ſchlechterdings beſtätiget worden; mithin dieſer Handel nach denen, bey einer unter Eheleuten eingeführten Gemeinſchaft der Güter und deren nachmaligen Vertheilung unter den überbleibenden Ehegatten und Kindern, ſonſt gemeiniglich angenommenen Reguln nicht mehr zu entſcheiden ſtehet, ſondern die noch allein ſtreitige Frage: Ob nemlich des Appellanten Ehefrauen an der ihr einmal rechtskräftig zugeſprochenen tertia von ihres erſten Mannes Gütern ein unwiederrufliches Eigenthums-Recht, oder der bloſſe Nießbrauch auf Lebens-Zeit zuſtehe, billig nach den gemeinen Rechten zu beurtheilen iſt: Daß

dannen-

dannenhero vom Richter letzt voriger Instanz wohl gesprochen, übel appelliret, mithin Sententia a qua zu bestätigen, und Appellanten Ehefrau sich an dem blossen Nießbrauch besagter tertiæ auf Lebens-Zeit zu begnügen, desfalls auch die vorgeschriebene Cautionem usufructuariam ihren Kindern erster Ehe zu bestellen, schuldig sey; es wäre denn, daß Appellant zu erweisen vermöchte, daß es im Lande Wursten, und sonderlich an dem Orte, wo die quæstionirte Erbschaft gefallen, durch eine rechtsbeständige Gewohnheit hergebracht sey, daß eine Ehefrau alles dasjenige, was sie von ihrem ersten Ehemanne gebessert worden, ohngeachtet Kinder erster Ehe vorhanden, auch wenn sie gleich ihre eigene Güter zur gemeinen Theilung nicht conferiret, erbeigenthümlich mit in die andre Ehe nehme. Gestalten dann derselbe sothanen Beweis, falls er sich damit fortzukommen getrauet, bey dem Judicio a quo, wohin die Acta dero Behuf nächstens remittiret werden sollen, einzubringen, und darauf dem Befinden nach fernere rechtliche Erkenntniß zu gewärtigen hat. Wobey es sich jedoch von selbst verstehet, daß dem in diesem Stücke rechtskräftigen Land-Gerichts-Urthel vom 5. Sept. 1732. zu folge, den Kindern erster Ehe wegen der mütterlichen Güter, nach Absterben der Mutter, competentia vorbehalten bleiben ꝛc. Similiter curia provincialis Stadensis pronuntiavit d. 30. Jan. 1730. in causa Wilhelm Menken contra Tante Sibbern, & d. 29. Jan. 1731. in causa des Salkischen Vormundes, J. F. Kels contra Claus Blohm.

# OBSERVATIO XXIV.

## *Consensu liberorum in secundis nuptiis intercedente an pœna sec. nupt. cesset.*

Consensu liberorum prioris matrimonii in nuptias secundas parentis interveniente pœnam secundarum nuptiarum cessare, multi existimant, ut *Svarez* in thes. recept sent. voc. nuptias secundas p. 190. n. 80. *Fachinæus* Controv. L. 3. c. 6. *Brunnemannus* ad L. 3. C. de sec. nupt. *Sichardus* ad L. 3. eod. *Forsterus* de succession. L. 7. C. 13. n. 1. 2. *Petr. Gregorius Tholos.* in Synt. Jur. univ. L. 9. C. 26. n. 54. Quod quidem *Brunnemannus*, *Sichardus*, *Forsterus* & alii ad tacitum quoque consensum & ratihabitionem filiorum proferunt, ut si convivant vitrico, si non expresse dissentiant vel reclament. Vid. Ddres allegati a *Tuldeno* ad tit. C. de sec. nupt. Quidam

dam tamen ad nuptias ſecundas matris duntaxat id accommodant, non item ad patris, propterea quod pater imperium & poteſtatem in liberos majorem quam mater habet. Et ita ſenſit *Svarez* c. l. n. 80. Sed verius eſt, ob conſenſum liberorum in ſecundas nuptias ſive expreſſum ſive tacitum pœnam ſecundarum nuptiarum gratia liberorum introductam non ceſſare. Aliud enim eſt, in nuptias conſentire, aliud juri ex ſecundis nuptiis nato renuntiare. Potius dicendum eſt, liberos ſalvo jure ſuo conſentire vel tacere, tantoque magis, quod diſſenſu ſuo nuptias parentum prohibere nequeunt. Vid. *Tuldenus* ad tit. C. de ſec. nupt. n. 8. *Perez* eod. n 20. *Voet* ad tit. ff. de ritu nupt. §. 138. in f. *Aug. Leyſerus* Med. ad Pand. Vol. V. Spec. CCC. n. 12. Et ita in ſummo Tribunali quoque Cellenſi replica conſenſus liberorum rejecta eſt in cauſa des Vice-Botenmeiſter Schneiders Ehefrauen, modo deren Erben contra den Canzley-Procuratorem Tiedemann, und den Adv. Seren, als beſtellten Curatorem der Wenzingſchen Kinder.

# OBSERVATIO XXV.

## *De ſervitiis criminalibus.*

In libro meo de jurisdictione Germanica P. II. S. II. C. II. §. 148. ſq. & 156. plenius explicavi, functiones publicas in cauſis criminalibus, ſed & ſervitia in judicio criminali ſolenni omnes judici alto in cauſis jurisdictionis altæ ſubjectos præſtare oportere, niſi exemtio in ea re probetur. Extat hanc in rem ſententia quoque ſupremi Tribunalis Cellenſis in cauſa des Landſchaft-Directoris und Oberaufſeher des Cloſters S. Michaelis, Ehrn Ernſt Joachim Groten, Nahmens des Cloſters S. Michaelis in Lüneburg Klägers und Appellanten contra den Anwald des Amts Winſen an der Luhe, Beklagten und Appellaten, in puncto injungirter Erſcheinung und Beſtrafung derer Cloſter-Leute zu Seedorf ſub publ. d. 5. Apr. 1742. in hunc modum: Nachdem Unſerm Amt Winſen das Ober- oder Hals-Gericht in dem Dorfe Seedorf ohnſtreitig zuſtehet, und die unter deſſen Gerichts-Zwang geſeſſene Unterthanen in denen zum Blut-Bann oder Hals-Gericht gehörigen Fällen demſelben die Gerichts-Folge zu leiſten, mithin auch bey Hegung eines peinlichen Hals-Gerichts oder Criminal-Executionen ohne Ausnahme zu erſcheinen, verbunden ſind, und wenn Kläger und Appellant

lant die Guts-Leute des Closters S. Michaelis zu Seedorf, es habe bemeldtes Closter die Nieder-Gerichte an solchem Orte hergebracht, oder nicht, von der dem Criminal-Richter schuldigen Gerichts-Hülfe und Folge zu eximiren vermeynet, demselben den Grund solcher Ausnahme zu erweisen oblieget; Als ist vom Richter voriger Instanz wohl gesprochen, übel appelliret, und die den 6. Dec. 1732. bey Unserm Hof-Gericht hieselbst abgesprochene Urthel wegen Unerheblichkeit des dagegen eingebrachten Gravaminis lediglich zu confirmiren.

# OBSERVATIO XXVI.

## *De necessaria actuum similitudine in consuetudine vel observantia probanda.*

Cœnobium quoddam contra Præfectos Principis demonstrabat, sibi ex contractu quodam olim cum Principe celebrato jus esse, certum numerum suum quotannis, cum glandium copia esset, wenn Mastung vorhanden, saginandi causa in sylvam immittere. Contra autem Præfecti Principis contendebant, ex usu & observantia pactionem eam ita explicandam esse, ut definitus numerus tantum in pleniſſima glandium copia, quæ Vollmast dicitur, obtineret, alias, prout cujusque anni copia ferret, numerum merito determinandum esse, ut dimidiata copia dimidium duntaxat numerum suum reciperet, & sic deinde ratio iniretur. Curia Provincialis Cellensis pronuntiaverat, oportere Præfectos eum usum, daß ein solches zwischen ihnen und dem klagenden Closter hergebracht, probare. Quo facto Præfecti probationem instituerunt. Sed tantum abfuit, ut similitudinem actuum & usus ostenderent, ut potius manifesto intelligeretur, nulla omnino regula & proportione habita secundum solam voluntatem & arbitrium Præfectorum, prout his placuerit, cœnobium admissum esse. Et poterat quidem videri, Præfectos hoc modo plus quam consuetudinem probasse. Sed quoniam determinatio ista ex solo Præfectorum arbitrio profecta usum & consuetudinem nullam induxit, & potius omnino pactioni contraria intelligenda erat, in summo Tribunali Cellensi contra Præfectos judicatum est in hunc modum: Demnach nunmehro in Sachen Anwalds des Klosters Walsrode, Klägers und Appellanten an einem, entgegen und wider den Anwald des dasigen Amts, Beklagten

und Appellaten am andern Theile, die von ersterem über das bey dem hiesigen Hofgerichte am 31. Aug. 1737. eröfnete Erkenntniß allhie eingebrachte Gravamina mit denen daher eingelangten Actis zusammen gehalten und erwogen, auch solchergestalt beschaffen gefunden worden, daß es keiner weitern Ausführung bedürfe; als wird sothane Sache hiemit von Amts wegen für beschlossen angenommen, den Appellaten der Libellus Gravaminum, jedoch bloß zur Nachricht, abschriftlich mitgetheilet, und von uns Georg dem andern V. G. G. König ꝛc. darauf zu Recht erkannt: Alldieweilen der Appellate das übernommene probandum, gestalten die Mast vorhin nach derselben Beschaffenheit, und wie die Proportion der 32. Stück zur vollen Mast-Zeit es erfordert, dem Kloster zugetheilet worden, wie sich zu Rechte gebühret, nicht erwiesen, vielmehr aus dessen eignen zum Beweisthum übergebenen Anlagen das Gegentheil, und daß das Amt darunter nach eignem Gefallen und Gutdünken disponiret, klärlich erscheinet, ein solches aber so wenig mit demjenigen, was demselben zu erweisen, Rechtskräftig auferleget worden, als dem eventualiter agnoscirten Recesse von 1629. übereinstimmet, daß dannenhero übel gesprochen, wohl appelliret, mithin Sententia a qua zu reformiren, und dagegen das Erkenntniß vom 2. Junii 1736. zu bestätigen sey. Als Wir dann solchergestalt erkennen, das leztvorige Urthel reformiren, hingegen dem confirmirten Deciso zu folge den Appellanten zur Production des Original-Recessus von 1629. in proxima anweisen, anbey die Zeithero hinc inde verwandte Kosten gegen einander aufheben und vergleichen. V. R. W. Publ. in Ober-Appellations-Gerichte Zelle den 18. Martii 1741.

# OBSERVATIO XXVII.

## *Exemto utrum eo jure succedatur, quo exemtus usus sit, an ex statutis domicilii.*

### §. I.

De propositio nostra sententia.

Fingamus, in urbe quadam academiam constitutam esse, urbis peculiaria statuta esse, cives autem academicos jure communi civili regi. Ponamus amplius, civem cum academicum juri civili subjectum decedere, urbis autem vel oppidi statutum existere, ut alterutro conjugum intestato moriente conjux superstes in omnia ejus

ejus bona ſuccedat. Quid dicemus? an in civis academici hæreditatem vidua ſuccedet? Quid amplius dicemus, ſi ne juri quidem provinciali, ſed communi ſubjectus fuerit? Atque utique omnino dicemus, hujusmodi perſonis exemtis ſecundum jus commune, cui ſubjectæ fuerint, ſuccedi, non item ſecundum ſtatuta loci, vel provinciæ, ubi habitaverint.

## §. II.

Movet quidem, quod corpus Academicum peculiaria ſucceſſionum jura nominatim forte non acceperit, & quod præterea cives academici plerumque ut membra univerſitatis ædes poſſident & de aliis rebus communitatis, vel civitatis, participant, adeoque ex communitate oppidi commodum ferunt. Quamobrem in dubio ſtatuendum etiam dicunt, eos ſecundum illius civitatis leges regi. Idque ex adductis rationibus in jure ſucceſſionum quoque defendit *Reyger* in Theſauro juris voc. Statutum, Addit. n. 21. Accedit, quod Jureconſulti quidam contendunt, Laicorum ſtatuta hujusmodi, quæ libertati eccleſiæ non repugnent, etiam Clericos comprehendere. Vid. *Reyger* c. l. & *Modeſtinus Piſtor* Qu. 41. n. 1. qui citat Bartolum in L. Cunctos populos n. 28. §. 29. verſ. Aut ſtatuta ſunt facta ſimpliciter &c. C. de ſumma trinit. Quod tanto *magis admittunt*, ſi, ut in noſtro caſu, ſtatutum generale adſit, quod in cauſis, quibus de commodo & favore Clericorum agatur, etiam in perſonas Clericorum extendendum ſit, ut dicit *Gailius* L. 2. Obſ. 32. n. 2. *Modeſtinus Piſtor* & *Reyger* c. l. Atquin quia vidua Clerici vel civis academici mariti privilegia poſt mortem ejus retinet, hujusmodi ſtatutum vel jus provinciale, quo hæres vidua habetur, favorem perſonæ exemtæ continebit. Præterea in mobilibus Clerico ſecundum ſtatuta localia ſuccedi, *Carpzovius* defendit in Jurisprud. Conſiſtor. L. 3. def. 8. n. 10. ſq. In eamque rem adjiciendum eſt, quod *Colerus* in proceſſu executivo P. I. C. 3. n. 231. ſq. ſcribit, ſtatutum ſiquidem de ſuccedendo in bonis alicujus defuncti ab inteſtato ratione bonorum, intelligi non tantum de defunctis, qui fuerint ſubditi & cives loci, verum etiam de iis, qui non fuerint cives, ſed tantum incolæ, vel etiam forenſes, ſive Clerici, ſive ſcholares, vel alii penitus extranei, dummodo habuerint eo in loco bona. Putatque Colerus ſtatutum civitatis Jenæ,

Argumenta in contrarium.

quod in casu deficientium liberorum lucrum omnium mobilium indistincte cum rebus soli, quicquid durante matrimonio conjuges comparaverint, superstiti tribuat, ad bona etiam Doctorum, Magistrorum & scholarium extendi, licet defunctus secundum personam non fuerit subditus civitatis, sed Rectoris in academia. Et pro hac sententia movere, quod Doctores, Magistri & alia membra academiæ licet non sint subditi & cives hujus oppidi, tamen sint incolæ & larem ibi suum aliasque possessiones teneant.

## §. III.

Sententia nostra defenditur.

Sed hoc non placuit, quin potius in nostro casu dicendum est, civis academici hæreditatem eo jure deferri, quo defunctus usus est, videlicet in nostro casu jure communi civili. Nam etsi corpus Academicum proprias leges successionum non acceperit, tamen hoc ipso, quod jure communi utitur, nec statutario vel provinciali juri subjectum est, jus commune in successionibus quoque civium academicorum servandum est. Nam certe in successionibus ab intestato non qualitas hæredum, sed ipsius defuncti spectanda est, propterea quod a defuncto jus succedendi in hæredes defertur. Vid. Ill. *Bœhmerus* in Jure Eccles. Protest. T. 2. L. 3. tit. 27. §. 17. p. 1040. Igitur ex persona defuncti dijudicandum est, quo jure successio devolvi debeat, utrum ille jure communi, vel speciali jus succedendi in hæredes suos transferat. *Bœhmer* c. l. In eamque rem commode definiunt Doctores, hæreditatem exemti nondum aditam repræsentare personam defuncti. *Chokier* de jurisd. ordin. in exemtos P. 2. Qu. 20. n. 3. Ex quo manifesto consequitur, in successione personæ hujusmodi exemtæ, vel civis academici ea jura etiam post mortem ejus servari, quibus defunctus subjectus fuerit.

## §. IV.

Quod plenius demonstratur.

Sunt præterea ad demonstrandam nostram sententiam aliæ certissimæ rationes in promtu. Principio enim non ambigitur, eos, qui defuncto post mortem ejus ab intestato successuri sint, eo vivente spem succedendi ex lege jam habuisse, quod jus non aliter eis, nisi per novam legem, videlicet per testamenti factionem, vel si qui alii modi recepti sunt, adimi potuit. Fieri autem non potest,

ut

ut hoc jus eventuale ſucceſſionis vivente eo, de cujus hæreditate quæritur in iis, quæ perſonæ adhærent, cuidam deſtinetur, vel ut quis ad ſolennitatem teſtamenti faciendi adigatur, niſi ab ea lege, cui defuncti perſona ſubjecta fuit, utpote quæ defunctum adegit, ut vel teſtamentum ſolenne faciat, vel certis perſonis bona ſua relinquat. Deinde, quod jam dixi, familia certe, hæreditate nondum adita, perſonam defuncti repræſentat adeoque iisdem legibus, quibus defunctus, ſubjecta eſt. Quæ autem poteſt lex familiæ novum dominum, qui hæres dicitur, dare, & in defuncti perſonam aliam ſubſtituere, niſi ea lex, quibus defunctus & familia ſubjicitur. Videamus deinde, quæ ſit ratio ſucceſſionum ab inteſtato. Atquin alii eam in condominio vel priſtino, vel ſervato collocant. Quod facit *Senckenbergius* in Diſſ. de renuntiat. filiar. illuſtr. alii autem in voluntate præſumta defuncti quærunt, ut *Sam. Pufendorf* de jure nat. & gent. L. 4. C. 11. n. 1. ſq. Quod ſi in condominio vel in communione bonorum antiqua vel adhuc ſervata ratio ſucceſſionis ſita eſt, quemadmodum in ſucceſſione conjugum in Germania certe ſita eſt, neque bonorum inter conjuges communio neque effectus ejus, ut ſucceſſio, ab alia lege determinari poteſt, niſi ab ea, cui maritus cum uxore ſubjectus fuit. Sed ſi voluntatem præſumtam defuncti inſpicias, ea profecto lex voluntatem eam declarabit, *ſecundum quam defunctus* vixit & actiones ſuas compoſuit.

## §. V.

Inde Romano-Catholici quoque plerique contendunt, in ſucceſſione Clericorum non ſtatuta particularia, ſed ordinem juris communis ſpectari debere, cum quo teſtator ſtatuto non ſubjectus ſe potius confirmare voluiſſe videatur. *Bœhmer.* c. l. §. 15. p. 1039. Et Clerico ſine hæredibus decedenti non Magiſtratum loci, ſed eccleſiam ſuccedere, idem *Bœhmerus* obſervat. c. l. §. 16. Modeſtinus autem Piſtor, quem antea contrarium adduxi, refert ipſe, collegam ſuum D. Badhornum ipſi objeciſſe, tum demum ſententiam ejus veram fore, ſi Clerici jurisdictioni Laicorum ſint ſubjecti. Atque in mobilibus & nominibus Clerici non ſecundum ſtatuta loci, ſed ſecundum jus provinciale ſuccedi, cui Clericus ſubjectus fuerit, *Sam. Strykius* quoque in Tr. de ſucc. ab inteſt. Diſſ. 1. C. 4. §. 4. de Clericis Evangelicorum defendit. *Johannes* autem *Schilterus* in

Idem ulterius convincitur.

Inſtit.

Inſtit. Jur. Canon. L. 1. art. 18. §. 17. potiori jure defendit, non in mobilibus tantum, ſed etiam in immobilibus Clerico ita ſuccedi. Quam Schilteri ſententiam elegantiſſime & doctiſſime propugnavit Ill. *Bœhmerus* in Jure eccleſiaſt. Proteſt. T. 2. L. 3. tit. 27. §. 16. qui nobiscum defendit, ex perſona defuncti æſtimandum jus hæreditarium eſſe. Profeſſorum autem & civium academicorum exemtio ratione jurisdictionis ordinariæ eadem, quæ Clericorum eſt. Meritoque in omnes perſonas privilegiatas, v. g. Conſiliarios Principum hoc transfertur. Vid. *Hert.* Diſſ. *de colliſ. leg. S. 4. §. 34.* Quod *Carpzovius* quoque P. 3. Conſt. 12. def. 16. ad incolas hujusmodi accommodavit, qui in civitate quidem commorentur, non tamen Magiſtratus oppidani, ſed alterius Magiſtratus jurisdictioni ſubjecti ſint, veluti ſint Clerici & Profeſſores in univerſitatibus. Similiter fere habet *Coccejus* in Diſſ. de fund. in territ. & plur. loc. conc. pot. tit. 7. §. 10. *Bergerus* in Oeconomia Juris L. 2. tit. 4. §. 46. not. 6. *Lauterbach* Colleg. Pand. theor. pract. tit. de ſucceſſ. jur. nov. §. 53.

# OBSERVATIO XXVIII.

## *Succeſſio in immobilia utrum ex legibus domicilii defuncti ſeu potius iis, quibus ſubjectus ibi fuerit, an rei ſitæ procedat.*

### §. I.

Variorum opiniones.

Quæſtio propoſita multum inter Doctores jactata & agitata eſt, extantque relatæ variæ opiniones apud *Tiraquellum de jure primogenituræ Qu. 46.* Alii enim exiſtimant, conſuetudines & ſtatuta locorum, ubi bona ſita ſint, inſpici oportere. Alii diſtinguendum putant, ſtatutum vel conſuetudo in rem an in perſonam ſit concepta, verbi cauſa, utrum expreſſum ita ſit: bona decedentium veniant ad primogenitum; an ita contineatur: primogenitus ſuccedat. Alii in omnibus bonis locum aditæ hæreditatis ſpectandum eſſe putant, alii locum mortis ejus, de cujus ſucceſſione quæratur. Alii exiſtimant, ſtatutum originis & domicilii defuncti obtinere.

tinere. Alii contra ſtatutum originis duntaxat inſpiciunt, etiamſi domicilium defunctus alio transtulerit. Alii, ut Salycetus, tres caſus diſtinguunt, utrum videlicet quis origine civis alterius patriæ in altera civitate moriatur, in qua domicilium non conſtituerit, ſed extraneus prorſus & advena ſit, an in civitate moriatur, in qua domicilium conſtituerit, an in patria ſua decedat. Quod ſi in civitate defungeretur, in qua domicilium non conſtituiſſet, ſed prorſus extraneus fuiſſet & advena, putat Salycetus, ubique attendi debere ſtatutum & conſuetudinem originis, a qua non receſſerit, ſed ſecundum illam voluerit vivere & mori. Sin domicilium alibi conſtituiſſet, ex defuncti tacita voluntate definiendum eſſe, ut in bonis originis conſuetudo originis, domicilium autem in bonis domicilii obſervetur. Sin denique in loco originis quis decedat, nec alibi domicilium habeat, tunc ſervandum eſſe, dixit, ſtatutum originis in bonis ubique ſitis, idque ob quinque a Tiraquello relata argumenta. Quorum primum hoc eſt, quia cum in domicilio originis perſtiterit, videatur voluiſſe mori & bona ipſius ab inteſtato pervenire ſecundum ſtatuta & conſuetudines illius tantum, & non loci, in quo bona ſita ſint, ut ſic, quod operetur expreſſa voluntas teſtati ſecundum ſtatutum & privilegium patriæ ſuæ, idem quoque operetur tacita voluntas morientis ab inteſtato. Deinde *quia ſtatutum poſſit afficere* perſonam ſibi ſubditam etiam reſpectu bonorum in alieno territorio exiſtentium, ut pateat in collecta. Tum quia ſimplex datio tutoris a judice unius territorii vim ſuam extendat ad bona alterius, ergo multo magis deſtinatio ſtatuti & legis. Tum quia hæredis non ſpectet locum, ſed ſit ſucceſſio in univerſum jus defuncti, quod incorporale ſit, ideoque fruſtra locus bonorum reſpiciatur. Poſtremo quia ſtatutum originis valeat tam auctoritate juris civilis, quam Canonici. Atque Tiraquellus ipſe quæſtionem decidere non audet, refert tamen, uſu Gallico conſuetudinem & ſtatutum cujuslibet loci, ſive in rem ſit, ſive in perſonam, reſpici.

§. II.

*Cujacius* Conſult. 25. putat, leges & jura patriæ defuncti ſive originis, ſive domicilii omnia bona, ſive mobilia ſive immobilia, ad ſe trahere. Aliter enim dicendum eſſe, ex parte ſecundum jus civile Romanum, ex parte autem ſecundum jus provinciale vel ſta- Cujacii & Hertii opinio.

tutarium Gajo ſuccedi. Quod perinde foret, atque ſi dixeris, quendam ex parte Gaji hæredem, ex parte bonorum poſſeſſorem eſſe. Ea autem inter ſe repugnare. Nam qui ad ſucceſſionem vel ex aſſe, vel ex parte vocetur, in eam partem vel in eum aſſem uno jure ſemper eum vocari. Nec, quod perinde foret, paganum partim jure teſtati, partim inteſtati decedere poſſe. Idem ſenſit *Jacobus Curtius* Tom. 5. Conject. C. 4. In eaque opinione olim Scabini Lipſienſes fuerunt ante Carpzovium. Vid. *Carpzov.* L. 6. Reſp. 39. *Richter* in procem. tract. de ſucceſſ. ab inteſt. *Strauchius* ad univ. jus Juſtin. diſſ. 11. §. 31. Præterea Cujacio in hæreditatibus Clericorum *Schilterus* aſſenſit *Libr.* 1. *Inſtit. Jur. Can. art. 18. §. 17.* Idemque ſtatuit Ill. *Bœhmerus* in *Jur. Eccleſ. Proteſt. T. II. L. 3. tit. 27. §. 16.* *Hertius* quoque in eadem ſententia fuit in Diſſ. *de colliſione legum Sect.* 4. §. *9. & 40.* præſertim in eo caſu, quo lex hujus regionis mutuam inter conjuges ſucceſſionem ſtatuat. Nam tum demum contrariam ſententiam veram eſſe dicit, ſi lex alia vetet contrarium paciſci, ut lex Voconia, qua cavebatur, ne quis mulierem, etſi filia eſſet, ſupra quadrantem faceret hæredem. Et plenius hoc defenderunt *Nettelbladt* in Diſſ. *de portione conjugum ſtatutaria Lubecenſi C.* 5. §. 10. *p.* 123. & *Godofr. Ludov. Menken* in Diſſ. *de ſtatutis civitatum provincialium in ſucceſſione ab inteſtato ad bona etiam alibi ſita ſecundum jus civile extendendis.*

## §. III.

Quæ ſit vulgaris opinio.

Contrarium autem hucusque plerique Doctores Galli, Belgæ & Germani defenderunt, ſcilicet in bonis immobilibus ſecundum ſtatuta & conſuetudines ejus loci ſuccedi, ubi bona ſita ſint, adeoque plura patrimonia & plures hæreditates naſci. Quorum Doctorum primaria ratio hæc eſt, quod ſucceſſio in bona immobilia ex ſtatuto reali veniat, cujusmodi ſtatutum rem afficiat, & in territorio quidem valeat, neutiquam extra territorium ſtatuentis vim exſerat. Pleniſſime de eo tractavit *Nicolaus Burgundus ad Conſuetud. Flandriæ Tr.* 1. *n. 36.* qui quidem non ex jure Romano, ſed ex moribus ita ſtatuit. Præterea ita tenent *Voet* ad tit. ff. de conſtit. Princ. P. 2. de ſtatut. §. 35. ab eoque allegati, *Abr. a Weſel* ad novellas Conſtit. Ultraject. art. 10. n. 138. *Sande* Deciſ. Friſ. L. 4. tit. 8. def. 7. ab eoque allegati Argentræus, Chriſtinæus, Charondas

rondas, Bouvot & alii, *Huberus* Præl. ad tit. ff. de leg. SCt. de Conflictu Legum §. ult. in f. *Rauchbar* Quæſt. 17. *Colerus* de proc. execut. P. 1. C. 3. n. 249. ſq. n. 239. 240. *Carpzov* P. 3. Conſt. 12. def. 12. & Reſp. L. 6. tit. 4. reſp. 39. *Strykius* de ſucceſſ. ab inteſt. diff. I. C. 4. §. 2. *Richter* de ſucc. ab int. proœm. n. 35. *Mevius* ad Jus Lubecenſe, Qu. præl. 6. n. 10. ſq. *Berger* Oecon. Jur. L. 2. tit. 4. §. 46. not. 6. *Gailius* L. 2. Obſ. 124. qui ſecundum hoc in Camera Imperiali judicatum dicit, *Coccejus* de fund. in territ. & plur. loc. concurr. poteſt. tit. 8. qui hanc doctrinam prope receptam & unanimem omnium eſſe contendit, *Lauterbach* in Collegio theor. pract. Pand. tit. de ſucceſſ. jur. noviſſ. §. 54. qui hanc de jure veriſſimam, communi Doctorum calculo approbatam & in praxi receptam ſententiam eſſe dixit.

## §. IV.

Noſtra ſententia explicatur.

Nos quidem Hertio accedimus, ut, niſi in eo loco, ubi ſita bona ſunt, ſtatutum prohibitorium adſit, quod de bonis aliter diſponi, vel teſtamenti faciendi facultatem neget, in mobilia & immobilia ſine diſtinctione ſecundum ea jura ſuccedatur, quibus ſubjecta defuncti perſona fuerit, ſeu ſecundum jura domicilii, ſi legibus domicilii uſus fuerit, idque omnino ad res ſoli alibi ſitas proferendum eſſe.

## §. V.

De ſtatuto reali explicatur, deinde an & quatenus jura ſucceſſionum eo referenda ſint, tractatur.

Quicquid enim in contrarium adducitur, in eo potiſſimum conſiſtit, quod exiſtimant jura ſucceſſionum ab inteſtato ſtatutis realibus comprehendi. Nam perſonalia ſtatuta vel mixta extra territorium ſtatuentis ſervanda eſſe concedunt. De qua re videas auctoritates Belgarum, Germanorum, Hiſpanorum, Gallorum apud Voet ad tit. ff. de Conſtit. Princ. P. 2. de ſtatut. §. 13. Videamus autem potius, quid ſtatutum reale ſit. Atque mihi reale ſtatutum non videtur, niſi res ipſa quadam limitatione morali circumſcribatur, & quodam ſtatu ad ſimilitudinem perſonæ prædita fiat, quem præter legem nemini mutare, fas ſit, veluti ſi res dominium transire nequeat ad fœminas, ut in feudis, vel non tranſeat in mares, vel non extra familiam, vel non in extraneum, ut res hoc modo ſtatum quendam & relationes morales ſemper conſervet adeoque ipſa res afficiatur. Nam quemadmodum in ſtatu perſonarum

morali & civili obligatio erga alios & relatio præter legem tolli & mutari ab eo nequit, qui obligatus eſt, ita oportet quoque rei ſtatum moralem comparatum eſſe, ut, niſi a lege, mutari nequeat. Quamobrem niſi hujusmodi ſtatutum adſit, quod poſſeſſori rei immobilis de ea re teſtari vel diſponere interdicat, dici non poteſt, ſucceſſionem in bona ſtatutis realibus comprehendi. Potius ea jure ſucceſſionum in ſtatutis mixtis habenda forent, niſi quidem cum Nicolao Burgundo vulgarem diſtinctionem realium ſtatutorum & mixtorum omnino rejeceris, adeoque jura ſucceſſionum in ſtatutis perſonalibus habeas. Atque haud quidem inconcinne *Nic. Burgundus* in Conſuet. Flandr. Tr. 1. §. 4. de ea re definit. Ait enim, ſtatuto reali propoſitum eſſe, *dirigere res ipſas certisque qualitatibus dominia officere*, & bona intra territorium ſita quaſi ſtatuti vinculo jam adſtricta eſſe, adeoque forenſes etiam teneri. Quoties, pergit ille, de jure vel ſervitute aut libertate perſonæ quæratur, item de facultate ad res perſonales conſtituta, reſpondendum eſſe ſecundum conditionem perſonæ, quam induerit in loco domicilii. Contra ergo, *ſi de jure ac facultate, quæ a re ipſa proficiſcatur, item de ejus ſervitute ac libertate*, plane ad leges ſitus ſpectare oportere. Sed cum idem Burgundus ſubjecit, adeptionem ſucceſſionis autem eſſe realem, qui ſortiatur eſſentiam ſecundum leges territorii, ubi immobilia conſiſtant, quia partes & ibi hæreditatem adire intelligantur, ſibi quidem videtur Burgundus ipſe repugnare. Ecquis enim dicat, jus ſuccedendi in bona immobilia a re ipſa proficiſci, niſi feudalia quidem vel ſtemmatica bona ſint? Potius hoc ſuccedendi jus in teſtamentis ex diſpoſitione teſtatoris, ſed ab inteſtato a nexu quodam civili perſonarum, hæredis ſcilicet & defuncti, adeoque a qualitate mere perſonali proficiſcitur. Sed & *Burgundus* ipſe c. l. n. 35. ſq. & *Feltmannus* de jure in re & ad rem C. 19. §. 7. communionen bonorum inter conjuges in ſtatutis perſonalibus retulerunt. Neque vero amplius ex definitione Burgundi dici poteſt, immobilia, ſeu res ipſas ſoli ſecundum ſucceſſionem certis legibus dirigi certisque affici qualitatibus. Quæſo enim, ſi a bonis feudalibus, fideicommiſſariis & hujusmodi forte diſceſſeris, quænam qualitas ipſi rei per ſucceſſionem imprimatur. Mihi quidem nec res, nec dominia rerum hoc ſolo affici videntur. Sed quod adjecit Burgundus, bona intra territorium

ſita

ſita ſtatuti vinculo jam adſtricta eſſe, adeoque forenſes quoque ſtatuto teneri, tum demum recte quidem dicetur, ſi ſtatutum prohibitorium ſit, & forma ſuccedendi ſtatuto cauta reique ſtatus & relatio diſpoſitione teſtatoris mutari nequeat. *Feltmannus* de jure in re & ad rem C. 19. §. 11. ſtatutum reale ſic definit, ut *de conditione & qualitate rerum diſponat*, perſonale autem appellat, quod de conditione & qualitate perſonarum diſponat, & ſic comparatum ſit, ut qualitas hujusmodi perſonam ſemper comitetur. Ecquis autem ſucceſſionem in conditione & qualitate rerum ponat, nec potius in qualitate perſonarum ſitam eſſe, contendat? Alii quidem definiunt, ſtatutum reale eſſe, *quo ipſa res afficiatur*. Quæro autem, an legibus ſucceſſionis ipſa res afficiatur, & quid proprie ſit, quod dicunt, rem affici. *Johannes Voet* ad tit. ff. de conſtit. Princ. P. 2. de ſtat. §. 3. ſtatuta realia in hunc modum definit, ut ſint, *quæ rem principaliter afficiant & circa rem aliquid diſponant, ſive perſonæ mentio facta ſit, ſive non, ſi modo primaria ſtatuentis mens ſit, non de perſonis, ſed rebus diſponere.* Atque ſecundum hanc definitionem Joh. Voet tam jura ſucceſſionum ab inteſtato, quam & contra Burgundum & Feltmannum communionem bonorum inter conjuges ex nuptiis introducendam in ſtatutis realibus refert. Quæro autem contra Joh. Voet principio, quomodo ſtatutum diſponens de ſucceſſione ab inteſtato aliter, quam nos diximus, rem principaliter afficere poſſit. Statuta, quibus de ſucceſſionibus cavetur, plerumque ita fere cavent, ut ordinem ſuccedendi ab inteſtato introducant, videlicet, ut ſi quis inteſtatus moriatur, hæres ejus deſignetur. Quo facto de rebus principaliter non diſponitur, multo minus res afficiuntur, ſed potius circa perſonas & cognatos ſtatutum cavet, uter alterutrum in ſuccedendo præcedat. Plane niſi ſtatutum formam immutabilem præſcripſerit, res ipſa affici nequit, ut ſupra jam oſtendi. Idem vero inde denuo convincitur, quod res non poſſit affici, niſi poſſeſſor quoque rei afficiatur, ut limitationem & ſtatum quendam moralem reſpectu ejus rei accipiat. Quod quidem ratione futuræ ſucceſſionis non intelligitur, niſi obligatus poſſeſſor ſit, ut rem poſt mortem ſuam perſonis ſtatuto deſignatis relinquat. Nam omnis ſtatus hominis moralis in juribus & obligationibus conſiſtit. Igitur nec ſecundum definitionem Voetianam dici poteſt, ſucceſſiones ab in-

teſtato omnino ſtatutis realibus comprehendi. Sed nec ſecundum Voetium dici poteſt, in legibus ſucceſſionum ab inteſtato omnino primariam ſtatuentis mentem eſſe, non de perſonis, ſed rebus diſponere. Nam utique dicendum potius eſt, leges civiles de jure ſuccedendi in bona univerſa generaliter diſponentes non res, ſed perſonas inprimis reſpicere & controverſias futuras inter perſonas concurrentes dirimere, vel potius ex pluribus perſonis hæredem certum deſignare. Plane & jus civile Romanum hac in re perſonalis lex, non realis eſt. Hoc enim jure proximi *vocantur ad ſucceſſionem.* Lex itaque perſonas vocat, an velint ſuccedere. Quæ certe perſonalis lex eſt.

## §. VI.

Succeſſio inter conjuges Germaniæ an ſit ſtatutum reale & extra domicilii locum proferatur.

Aſſumamus ex jure Germanico ſucceſſionem inter conjuges, quæ adhuc multis locis viget, videlicet, ut niſi teſtamento vel pactis dotalibus aliter cautum ſit, conjuges ſibi invicem in bona univerſa ſuccedant. Quemadmodum in Ducatu Guelpherbytano, ſed & in Civitate Cellenſi obtinet. Atque hæc conſuetudo legibus & ſtatutis ibidem confirmata procul dubio ex antiqua communione bonorum inter conjuges venit. Nam egregie Ill. *Senkenbergius* in Elem. Jurispr. German. L. 4. C. 1. §. 7. ſq. defendit, omnes cognationes quondam quaſi in communione quadam vixiſſe, adeoque & Werigeldum omnium lucro ceſſiſſe, & præterea multa communi nomine tractata fuiſſe. Sed &, quod idem oſtendit, univerſum genus, vel cognationem Germani cum corpore quodam comparaverunt, cujus caput maritus & uxor referrent. Deinde Senkenbergius docuit, in hæreditatibus olim communionem ſpectari vel præſentem vel proxime ſuperiorem, & ex communione illa inter conjuges priſtina bonorum ſucceſſionem profectam eſſe adhuc nonnullis locis uſitatam. Hæc autem communio bonorum, etſi alterutri conjugi etiam vivente alterutro jus in re & bonis ejus tribuat, ex quo ſucceſſio proficiſcitur, tamen a compluribus celeberrimis JCtis, qui ceteroquin jura ſucceſſionum in ſtatutis realibus habent, ſtatutum mere perſonale habetur, ut contra Argentræum pleniſſime perſecutus eſt *Nic. Burgundus in Conſuet. Flandr. Tr. 1. n. 15. ſq.* qui ita expreſſit: *Nos quidem jus communionis credimus eſſe meram ſocietatem inter conjuges contractam, quæ ſuper-*

*ſuperſtite utroque ſit in habitu & alterutrius morte in actum exeat, & conſequenter jus eſſe perſonale, non reale. Quod ex eo ſat arguitur, quia totum jus perſonæ ponitur, neutiquam ipſi rei.* Idem ſtatuit *Feltmannus* de jure in re & ad rem C. 19. §. 11. Atque Burgundus ipſe ex hoc principio effectum communionis bonorum extra locum domicilii ad territorium alienum quoque extendit. Cujus verba ita comparata ſunt, ut plane ſententiæ noſtræ accedant. Ita enim ſcribit §. 18. *Igitur conſuetudines noſtræ, quoties omnium quæſtuum communionem inducunt, intelligendæ erunt, niſi res immobiles ex ſtatuto ſitus ad alium, quam cui mancipatæ fuerint, venire prohibeantur, alioquin enim cum & feuda excipiant atque ei duntaxat addicant, cui traduntur, videri ſane poteſt, legislatores noluiſſe legem ponere rebus alieni territorii.* Idemque ſentiunt *Choppinus* de morib. Pariſ. L. 2. tit. 1. n. 3. 4. *Chaſſanæus* ad conſuet. Burgund. rubr. 4. §. 2. *Molinæus* Conſil. 53. *Rodenburgh* de jure conjug. tr. præl. de ſtat. diverſ. tit. 2. cap. 5. n. 14. 15. *Lamb. Goris* adverſar. tr. 1. c. 6. n. 4. ſq. *Abr. a Weſel* de connub. bon. ſoc. tr. 1. n. 110. ſq. *Mevius* ad Jus Lubecenſe P. 2. tit. 2. art. 2. n. 83. & præterea alii, quos allegat *Jo. Voet* ad tit. ff. de ritu nupt. §. 85. Eandem ſententiam in ſucceſſione conjugum cum *Hartmanno Piſtore* defendit *Georg de Witzendorf* in diſſertatione ſub præſidio Lynkeriano habita de Statutis Civitatum provincialium §. 21. qui etſi in ſucceſſione immobilium ſtatuta rei ſitæ putat inſpici oportere, tamen hanc ſucceſſionem lucrum conjugale habet, in quo mariti domicilium ſpectetur. Quod ſi dicas, communionem bonorum ſtatutum perſonale eſſe, facile hæc ſententia defenditur. Sed Johannes Voet hujusmodi ſtatutum reale putat, & nihilominus cum allegatis Doctoribus communionem bonorum ex ſtatuto domicilii mariti extra locum domicilii in alienum territorium profert, niſi quidem lex rei ſitæ mancipationem vel ſolennem traditionem requirat. Qua in re ne ſibi contradicat, tacitam pactionem antenuptialem conjugum fingit, quæ extra territorium porrigatur, & ex qua communicandi neceſſitas ſequatur, uti ipſa deſcenderet communio, ſi prædia ſita eſſent in tali loco, in quo ſine ſolenni mancipatione dominii translationem privata dominorum voluntate peragi moris ſit. Vid. *Joh. Voet* ad tit ff. de ritu nupt. §. 85. Neſcio igitur, an Voetius ipſe a nobis diſſenſerit in hujusmodi ſpecie, ubi ad traditionem

vel

vel mancipationem rei immobilis ſecundum leges ſitus ſolennitas nulla nec forma quædam requiratur. Conf. Id. ad tit. ff. de ſtat. §. 19.

## §. VII.

Quæ ſit forte origo vulgaris opinionis.

Forte igitur communis Doctorum opinio, quæ mihi utique generaliter, ut dixi, vera non videtur, inde orta eſt, quod olim bona immobilia in Germania, Gallia & Batavia tantum non omnia vel feuda eſſent, vel bona fideicommiſſaria, Stamm- und Erb-Güter, vel alio clientelari nexu adſtricta, in quibus beneficia urbana & bona colonaria comprehenduntur. Atquin in feudis ſucceſſio procul dubio a pacto cum domino dependet, *Gundlingian.* P. 3. *Obſ.* 1. nec præterea eorum capaces mulieres jure communi ſunt. Bona quoque hæreditaria avita quondam, vel non acquiſita, ſine hæredum legitimorum conſenſu alienari non poterant, ſed nec teſtari deſuper fas erat, ſed potius legitimi hæredes etiam vivente poſſeſſore in condominio eorum conſtituti erant. Cujusmodi condominium quoque, quod ex communione quadam antiquitus ſervata venit, mutari per domicilium defuncti alibi conſtitutum non poterat, ſed potius res ipſa nexu eo condominii afficiebatur. Moris quoque olim fuit, prædia & beneficia urbana coram Magiſtratu loci tradi eorumque dominium judicialiter reſignari, emtorem autem a Magiſtratu inveſtiri. Quanquam ea inveſtitura nihil aliud, quam ipſa traditio eſt, quam olim omnino in judicio fieri oportuit, ut in obſervatione I. oſtendi, quæ quidem jura ſucceſſionum non mutat. Illud vero inprimis annotandum eſt, quod *Senkenbergius* in Diſſertatione de teſtamento publico defendit, non ſolum traditiones, ſed etiam teſtamenta olim coram judice competente fieri condique oportere. Quod quanquam in bonis omnino liberis vix proceſſit, tamen quatenus ita ſervatum eſt, videri poteſt, traditionem quaſi eorum bonorum etiam hæredi a Magiſtratu loci fieri. Sed cum noſtra ætate teſtamentorum liberrimus uſus invaluit, præterea traditio quoque judicialis, quæ quidem nec mutare ſola jura ſucceſſionum poteſt, plurimis locis ab uſu receſſit, ex ſtatu priſtino ad noſtra bona immobilia minime argumentabimur, niſi quidem feuda ſint, vel bona ſtemmatica, Stamm-Güter, vel bona colonaria & clientelaria, vel hujusmodi, de quibus quis teſtari nequeat.

§. VIII.

## §. VIII.

Sententia noſtra plenius demonſtratur.

Atque hactenus oſtendi, ſtatuta de ſucceſſionibus utique generaliter in ſtatutis realibus habenda non eſſe, ſed potius, niſi in caſibus jam exceptis, in mixtorum vel perſonalium numero contineri. Quod ideo quidem tam ample perſecutus ſum, quod mixtis & perſonalibus ſtatutis efficientia extra territorium tantum non ab omnibus conceditur. Sed contra hanc communem opinionem *Joh. Voet* exiſtimat, ſummo jure nec ſtatuta perſonalia mixtave extra territorium proferri, propterea quod jus extra territorium dicenti impune non pareatur. Quæ quidem ratio multos permovit, ut in ſucceſſionibus bonorum immobilium leges rei ſitæ inſpiciendas eſſe, putent. Quod quam verum ſit, videamus. Principio quidem non negandum eſt, magiſtratus, qui communi domino ſubjecti non ſunt, cogi ab ſe invicem non poſſe, ut alter alterius leges ſequatur, niſi quidem vis adhiberi poſſit modo extraordinario. Deinde verum quoque eſt, alieni territorii cives legibus alieni non obligari. Meo autem judicio caput quæſtionis hoc eſt, annon quæque civitas naturaliter obligetur, ut hujusmodi cauſas, quæ dividi & divelli commode nequeunt, ex jure ejus loci, ubi cauſa eſt perfecta, legitimas perinde habeat, atque ſi in altera civitate ſimul perfecta cauſa eſſet. Quod quidem ſi negamus, rerum convenientiam & *cuſtodiam ſocietatis* evertimus, & vinculum generis humani *diſſolvimus*. Nam certe cauſa individua uno tantum loco poteſt explicari, adeoque oportet, ut una civitas formam ſtatuat, potior autem illa habenda ſit, cujus civis quis ſit, & cui perſona ejus ſubjecta ſit. Et quoniam civitas unaquæque habet poteſtatem, leges civiles pleniſſime ferendi, actus certe omnino, nec pro parte demum, conſiſtere debet, adeoque extra territorium lex valebit. Quod quidem civitates ex rerum convenientia ſibi invicem concedant, oportet. In ſucceſſionibus quidem ab inteſtato id ex convenientia, certiſſimo juris naturalis principio, manifeſtum fit. Hæres enim in univerſum jus defuncti ſuccedit, adeoque defuncti perſonam in patrimonio refert, & defunctum, qua patremfamilias, repræſentat. Itaque nihil naturæ ipſius rei convenientius eſt, quam ut hæres, qui perſonam defuncti referat, ab ea civitate deſignetur, ubi vixit defunctus ut paterfamilias, videlicet ubi domicilium habuit. Nam huic civitati ut paterfamilias ſubjectus fuit.

Contra aliæ civitates, in quibus bona fortaſſe defunctus habuit, ſucceſſorem quidem ſingularem, ut in feudis, ſubſtituere poſſunt, patremfam. autem defuncto ſubrogare & familiæ novum dominum conſtituere nequeunt, quia in familiam poteſtas iis non eſt. Neque vero præterea rei naturæ conveniens eſt, ut res ſingulares jure hæreditatis deferantur, quia hæreditatis aliæ partes, quam quæ numeris conſtant & quantitatibus, intelligi non poſſunt. Et quæſo quæ in ære alieno ſolvendo confuſio inde & difficultas vix ſuperabilis exiſteret. Sed quod deinde ajunt, civitatem a civitate cogi non poſſe, id vero nihil impedit, quo minus civitas naturaliter obligata dicatur. Neque enim naturalis obligatio in coactione conſiſtit, ſed natura potius per naturales conſequentias & eventus obligamur. Erit igitur civitas omnino naturaliter obligata, propterea quod aliter maxima confuſio rerum & negotiorum cum incommodo generis humani naſceretur. Non dicam, belli juſtam cauſam eam eſſe. Nam quia hac in re viciſſitudo obligationum & jurium intercedit, ipſa civitas, cujus leges ab alia civitate negliguntur, damnum vix patitur, propterea quod contra hujus civitatis jura idem ſtatuere licet adeoque damnum cum damno utrimque compenſabitur. Ex eo autem juris naturalis non eſſe, minime convincitur. Præterea quod in jure Romano dicitur, extra territorium jus dicenti impune non pareri, id ad noſtrum caſum minus recte accommodatur. Jus enim dicere ad ſententias judiciales pertinet. Nihilominus moribus certe noſtris ſententiæ quoque judiciales, lite in foro competente inſtituta, per conſequentiam extra territorium executioni mandantur, judice alieni territorii in ſubſidium juris requiſito. Neque ambigitur, petitionem hæreditatis, vel judicium familiæ herciſcundæ in foro domicilii hæredis decidi, etiamſi quædam bona extra territorium ſita eſſent. Quæ ſententia deinde executioni quoque in alieno territorio per literas ſubſidiales mandabitur. Quod ſi igitur ipſa civitas aliena hac in re naturaliter obligatur, ut leges domicilii defuncti ſequatur, (civilis enim obligatio inter civitates non intelligitur) multo magis cives ejusdem civitatis obligati erunt, ut ſecundum easdem leges petitione rerum hæreditariarum abſtineant.

§. IX.

§. IX.

Nunc ad refellendam contrariam ſententiam alia argumenta adjiciam. Quæro igitur, quonam pacto fieri poſſit, ut ſecundum vulgarem opinionem in ſucceſſionibus immobilium ab inteſtato ſtatutum rei ſitæ inſpiciatur, nihilominus teſtamentum in alieno territorio ſecundum ſolennitates ibi requiſitas legitime confectum extra territorium quoque valeat. Atquin teſtamentum nihil aliud eſt, quam lex teſtatoris, civili lege confirmata, qua jura publica ſucceſſionum ab inteſtato tolluntur. Quæ profecto teſtatoris lex, etſi ſecundum ſolennitatis alterius loci confecta, in alieno territorio jus in ſucceſſione univerſa tribuit. Multo magis igitur lex publica ejusdem territorii admittenda eſt, quæ legi teſtatoris robur omne conciliat. Sed plane dicendum quoque eſt, per teſtamentum ipſam legem publicam extra territorium vim ſuam exſerere. Cur igitur eandem per ſe operari non patiamur. Aliud argumentum.

§. X.

Ceterum quod dicunt, immobilia partem territorii eſſe, ex eo nihil conficitur. Nam utique pars territorii manent, nec jura territorii hoc modo violantur, non magis quam in rebus mobilibus, quæ finguntur perſonam defuncti ſequi extra territorium. Diſſentientes denuo refutantur.

# OBSERVATIO XXIX.

*Concurſus creditorum in foro debitoris privilegiato motus an vel quatenus ſubhaſtationem bonorum judici inferiori obnoxiorum ad ſe trahat.*

§. I.

In judicio quodam ſuperiori tanquam foro debitoris privilegiato concurſus de ejus bonis excitatus erat. Debitor autem domum habebat, magiſtratui urbis obnoxiam. Quæ cum ſubhaſtanda eſſet, quæſtio incidit, utrum ſubhaſtatio in judicio concurſus eoque ſuperiori procederet, an magiſtratui urbis demandanda eſſet. Magiſtratus quidem urbis in ea re & uſum allegabat, & præterea reſignationes judiciales eo loco adhuc obtinere, judicem quoque ſeſe

primæ inſtantiæ eſſe, adeoque ſibi demandandam ſubhaſtationem eſſe, contendebat. Quo facit, quod ſubhaſtatio neceſſaria ſpecies executionis eſt, executiones autem, ne ordines jurisdictionum confundantur, inferiori judici demandandas eſſe, *Mevius* P. V. Dec. 87. & P. II. D. 306. ample convicit. Summo igitur Tribunali Cellenſi placuit, ſecundum preces Magiſtratus reſcribere, ut uſus in ea re cuſtodiretur, tota autem ſubhaſtatio ſub directione judicis ſuperioris a Magiſtratu fieret.

## §. II.

Deinde autem nova controverſia oriebatur. Magiſtratus enim adjudicationem quoque & pretii redactionem ſibi vindicabat, velle autem ſe ſolutum pretium illibatum ad forum ſuperius concurſus remittere. Plane ex uſu nihil certi in ea re definiri potuit. Nam in eo caſu, qui ex utraque parte inprimis allegabatur, judicium ſuperius principio Magiſtratui adjudicationem quoque & redactionem pecuniæ demandaverat, ſed deinde nihilominus ipſum judicium ſuperius & adjudicaverat & pretium redegerat. Summo autem Tribunali Cellenſi placuit in ea re diſtinguere in hunc modum, ut finita licitatione Magiſtratus de ea re ad judicium ſuperius concurſus referret & ſententiam ejus expectaret, utrum pro oblato pretio res addicenda licitatori eſſet, nec ne; quod ſi judicio ſuperiori concurſus cauſa cognita placuiſſet, tum deinde addictionem & traditionem ipſam, ſed & redactionem pretii magiſtratui urbis demandari oportere. Nam certe illa quæſtio, an plus licitanti addicenda res ſit, in ſubhaſtatione neceſſaria cauſæ cognitionem requirit, eſtque in Ordinationibus judiciorum noſtrorum expreſſum, ut judex proſpiciat, an iniquum pretium foret, quo caſu ad remedium adjudicationis & æſtimationis procedendum eſſet. Cognitio autem omnino ad judicem concurſus pertinet, ex cujus jubentis decreto & auctoritate tota ſubhaſtatio fit, & Magiſtratui actus duntaxat miniſteriales in ea re competunt. Quæ vero deinde ex decreto judicis concurſus addictio ſequitur, ea tanto magis a Magiſtratu urbis facienda eſt, quod addictio hæc traditio ipſa publica eſt, qua dominium transfertur. Traditionem autem publicam conveniens eſt, ab eo potiſſimum judice fieri, coram quo reſignationes & traditiones judiciales ceteræ fiunt, præſertim quoniam

niam id utilitati publicæ quoque congruit, ne deinde de translato dominio lites oriantur. De quo inter Doctores Saxonicos multum olim disceptatum est. Vid. *Berger* Elect. Discept. for. tit. 39. p. 1109. sq. Sed est quoque hæc addictio, quæ a cognitione præcedente separatur, subhastationis pars, quæ actum ministerialem recipit. Pretii autem redactio ideo ad magistratum urbis similiter pertinet, quod pretium in eodem termino solvitur, quo addictio fit, & utrumque eodem tempore fieri oportet. Quamobrem summo Tribunali ita rescribere, visum est.

# OBSERVATIO XXX.

## *De summa appellabili.*

### §. I.

Ut in Camera Imperiali, teste Dno *de Ludolf* in *Jure Camerali S. 1. §. 13.* ita in summo Tribunali Cellensi non petitionis, sed gravaminis summa ad æstimandam summam appellabilem inspicitur. Nisi igitur appareat, vel ab appellante demonstretur, per sententiam judicis inferioris jacturam se D thalerorum facere, processus *ob deficientem summam appellabilem* denegantur. Secundum quod *in summo Tribunali* nunquam non pronuntiatur.

Gravaminis summa inspicitur.

### §. II.

Plane quod ad jura, vel servitutes pertinet, in Ordinatione summi Tribunalis Cellensis P. II. tit. II. §. 1. cautum est, summam appellabilem non inspici, si de jure quodam insigni vel hujusmodi causis litigetur, quæ æstimationem non recipiant, wann es um ein ansehnliches und von Unsern Ober-Appellations-Gericht dafür erkanntes Jus, Jurisdiction, Servitutem, und dergleichen, so keine Aestimation leidet, zu thun ist. Quod causarum patronos sæpius in eam opinionem adduxit, quasi unumquodque jus, vel quævis servitus sufficeret. Sed etsi jurium æstimatio tam facile iniri nequit, tamen quia Ordinatio de jure quodam insigni, ansehnlichem Recht, cavit, & præterea cognitionem Tribunalis de ea re requirit, manifestum est, constare oportere, jus illud, de quo agitur, insigne esse, ut summæ D thalerorum possit comparari. Cur enim in ce-

Quid in juribus obtineat.

teris cauſis ſumma appellabilis conſtituta eſſet, non autem in juribus, quatenus pretium eorum inveſtigari poſſit. Appellans igitur oſtendere debet, tale jus inſigne eſſe. Quod ſi demonſtratio iſta difficilis ſit, ad juramentum ſeſe offeret, malle ſe D thalerorum jacturam facere, quam lite cadere. Atque ita in ſummo Tribunali Cellenſi obſervatur, ut niſi jus inſigne appareat, D thaleris æſtimandum, demonſtratio vel juramentum exigatur.

§. III.

Quid in pluribus conſortibus.

In cauſa quidem plurium appellantium conſortium ad ſummam appellabilem æſtimandam non inſpicitur ſingulorum, ſed omnium gravamen. Sufficit enim cauſam, de qua pronuntiandum ſit, D thaleros attingere. Quemadmodum in ſummo Tribunali Cellenſi ſervatur.

# OBSERVATIO XXXI.

## *Contumax litem præſertim non conteſtatus an appellet.*

§. I.

Contumaci appellare non licere, expreſſum eſt in *L. 73. §. ult. L. 75. ff. de judic. L. 13. §. 3 & 4. C. eod. L. 23. §. f. ff. de appell. L. 1. C. quor. appell. non recip.* Sed & in Ordinatione ſupremi Tribunalis Cellenſis P. 2. tit. 10. §. 2. cautum eſt, ne contumacibus remedia juris contra ſententias latas paterent. Ex facto autem incidit, ut vidua quædam tribus antea litibus in Cancellaria Juſtitiæ Stadenſi pulſata & ab inſtantia in foro & judicio ſummario abſoluta, poſtea iisdem actionibus coram Dicaſterio Aulico Stadenſi in ordinario, quod vocant, conventa, ſumtibus & litibus forſitan fatigata coram Dicaſterio aulico non reſponderet. Cauſa igitur in contumaciam concluſa habita, Judex ſecundum actoris intentionem in univerſa cauſa pronuntiaverat. Illa autem rea ad ſummum Tribunal appellando confugit, ſed actor eodem tempore contendit, contumacis mulieris appellationem recipiendam non eſſe. Sed placuit, audiendam mulierem eſſe, & beneficium appellationis ei non præcludi. Principio enim contumacia in eo conſiſtit, ſi quis evocatus præſentiam ſui facere contemnat. *L. 53. §. 1. ff. de judic.* Unde contumacia proprie in contemtu judicis ſita eſt. Quod vocabulum

quo-

quoque a *contemno* vel a *tumore* derivatur. Eſtque vera contumacia delictum, quamobrem nec concipi ſine dolo poteſt, nec puniri. Sed nec pœna contumaciæ aliter quam in vera illa contumacia poteſt obtinere. *Donell. enucl.* L. 23. c. 10. lit. A. & Hilliger ibid. not. *b.* Contra a contumacia quævis probabilis ratio liberat, *Mev. P. 6. Dec. 165. n. 2.* ſed & levis cauſa & fatua, modo ſit probabilis, *Mev. P. 2.* D. 327. n. 6. & P. 3. D. 160. n. 1. *Carpzov* Proc. Jur. tit. 7. Art. 2. n. 64. Omnino igitur ad excludendam vel purgandam reæ contumaciam pertinebat, quod diceret, ſe tot litibus fatigatam & pauperem non potuiſſe in ordinario nova lite defungi, præſertim quod ab initio novæ litis contra eundem actorem ad alia acta jam dixiſſet, ſe novis litibus ob facultates ſuas parem amplius non eſſe. Accedebat, quod non tantum in ſummario judicio coram Cancellaria juſtitiæ de iisdem ſatis jam reſponderat, ſed & poſt inſtitutam in ordinario actionem coram Cancellaria incidenter cauſam ſuam dixerat, ea autem acta poſtea ex Cancellaria ad Dicaſterium Aulicum remiſſa eſſent. Quamobrem novus judex pronuntiare ſecundum antea geſta potuit. Deinde illud quoque inprimis conſiderandum erat, quod lite nondum conteſtata rea omnino condemnata & de cauſa principali judicatum eſſet. Quod neque Romano juri neque Canonico conveniens eſt. Nam ſecundum *jus civile hoc caſu miſſio* in bona obtinuit. Quamobrem quod *in jure civili* expreſſum eſt, contumacem non appellare, id vel ad contumaciam poſt litem conteſtatam pertinet, vel ita intelligendum eſt, ut contra miſſionem in bona ante litis conteſtationem decretam appellationis auxilium non admittatur. Vid. *Gudelinus* de jure noviſſ. L. 4. C. 6. p. 172. *Lauterbach* Coll. theor. pract. Dig. tit. de appell. §. 20. Plane ſecundum Ordinationem quoque Curiæ provincialis Stadenſis P. 2. tit. 21. §. 3. oportuit, ut lis duntaxat in contumaciam conteſtata haberetur, actorque deinde ad deducenda jura ſua amplius admitteretur. Ceterum quod dixi, pœnam eam contumaciæ ad contumaciam poſt litem conteſtatam demum pertinere, id Ordinationi quoque ſupremi Tribunalis Cellenſis P. 2. tit. 10. conveniens videtur eſſe, propterea quod ſecundum ea cauſa non aliter in contumaciam concluſa accipienda eſt, quam ſi ſatis inſtructa ſit, quod ſine litis conteſtatione rei non concipitur. Et ſecundum ea Tribunal ſupremum

mum Cellenſe appellationem reæ admiſit, poſtea quoque ſecundum ream pronuntiavit in cauſa der Wittwen von Iſſendorf contra den Regierungs-Rath von Bardenfleht, poſtea deſſen Erben.

# OBSERVATIO XXXII.

## *De ſervitutum præſcriptione tam continuarum, quam diſcontinuarum.*

§. I.

Diſtinctio actionum civilium a Prætoriis & utilibus.

Etſi hodie directarum actionum ab utilibus, civilis juris a Prætorio diſtinctio, præſertim in materia ſervitutum uſum in foro vix pollicetur, tamen ad intelligendas leges, præcipue ICtorum verba, multum intereſt, noſſe, civile jus a Prætorio ſemper diſtinctum fuiſſe, civiles quoque actiones a prætoriis, quæ utilium nomine ſæpius veniunt. Nam & Prætorias actiones utilium nomine contineri, conſtat ex *L. 3. §. 3. ff. de Op. nov. nunt.* verb. *Sed Prætor mihi utilem in rem actionem dat*; item ex *L. 1. §. 9. ff. de ſuperf.* ubi expreſſum ita eſt: *Servitutes quoque Prætorio jure conſtituentur & ipſæ ad exemplum earum, quæ ipſo jure conſtitutæ ſunt, utilibus actionibus petentur.*

§. II.

Modi acquirendi civiles.

Modi acquirendi civiles ſecundum *Ulpianum Fragm. tit. 19. §. 2.* hi fuerunt, mancipatio, traditio, uſucapio, in jure ceſſio, adjudicatio, lex. Mancipatio ad res mancipi ſolas, in jure ceſſio, adjudicatio & lex, quo legatum inprimis pertinet, tam ad mancipi res, quam ad nec mancipi pertinuit.

§. III.

Modi civiles acquirendi ſervitutes P. R.

Quoniam igitur ſervitutes fundorum ruſticorum ſecundum *Ulp. Fragm. tit. 19. §. 1.* in rebus mancipi habebantur, eæ civili jure, quod hic a Prætorio diſtinguitur, vel mancipatione, vel in jure ceſſione, vel adjudicatione, vel lege, ſeu ex legato acquirendæ erant.

§. IV.

Et Præd. Urb.

Contra ſervitutes prædiorum urbanorum ad res nec mancipi pertinuerunt. Quoniam autem nec mancipi res ſecundum *Ulpian.*

*Ulpian. fragm. tit. 19.* vel traditione, vel in jure ceſſione, vel adjudicatione, vel lege, ſeu ex legato acquirebantur, conſtat, ſervitutes quoque prædiorum urbanorum his modis civili jure acquiſitas eſſe.

§. V.

Plane de traditione ideo dubitari poterat, quod in *L. 43. §. 1. ff. de acquir. rer. dom.* Gajus omnino negat, incorporales res traditionem & uſucapionem recipere. Et de ruſticis ſervitutibus Labeo & Pomponius adhuc putant, tradi eas omnino non poſſe, quia nulla hujusmodi juris vacua traditio eſſet. *L. ult. ff. de ſervit. L. 3 §. 2. ff. de Act. Emt. Vend.* Sed Javolenus jam in L. ult. ff. de ſervit. exiſtimavit, uſum ejus juris pro traditione poſſeſſionis accipiendum eſſe, ideoque & interdicta veluti poſſeſſoria eſſe conſtituta. In urbanis certe, ſi opus manu factum continent, vacuam poſſeſſionem tradi poſſe, vix dubitandum eſt. Unde & Ulpianus in *L. 11. §. 1. ff. de Publ. in rem act.* in urbanis ſervitutibus ſolam traditionem vel patientiam efficere Publicianam, ait, in ruſticis autem utrumque, traditionem puta & patientiam requirit. De traditione ſervitutum.

§. VI.

Servitutes igitur prædiorum vel in jure ceſſione, vel adjudiciatione, vel ex legato conſtitutæ, ſpeciatim prædiorum ruſticorum ſervitutes mancipatione, urbanorum autem traditione acquiſitæ modis civilibus acquiſitæ fuerunt, adeoque *jure impoſitæ* dicebantur, vel *ipſo jure conſtitutæ*, iisque oponebantur, quæ ex Prætorio jure veniebant, de quibus poſtea dicemus. Servitutes vel jure impoſitæ vel Prætoriæ.

§. VII.

Non poſſum equidem hac in re accedere Vinnii ſententiæ, qui in *Selectis Quæſtionibus L. I.* C. 31. verba Ulpiani in *L. 10. pr. ff. ſi ſerv. vind.* ubi is de jure dicit, quo aqua conſtituta ſit, de titulo, non de modo acquirendi explicavit. Principio enim Ulpianus ſtatim exempli cauſa ſubjungit; *velut ex legato*, additque *vel alio modo.* Legatum vero acquirendi modum fuiſſe & dominium transtuliſſe, non tantum *Ulpianus fragm. tit. 19. §. 17.* diſerte ait, ſed in *L. 1. §. 2. ff. de Publ. in rem act.* manifeſtum quoque eſt, ut argumenta alia taceam. Tametſi vero, quod Vinnius objecit, rei Animadverſio.

legatæ dominium, quod teſtator non habuit, tranſire ad legatarium non poteſt, ideo tamen modus acquirendi non magis deſinit eſſe, quam traditio ipſa, quam acquirendi modum eſſe, nemo forte negaverit, quæ tamen perinde ſupponit, auctorem rei dominum fuiſſe. Tum, quod Ulpianus in relata L. 10. ſubjecit; *vel alio modo*, non ad titulos, ſed modos pertinet. Neque etiam profecto titulus ſervitutem conſtituit, ſed modus. Titulus anſam acquirendi dat, ut venditio, donatio, rem autem noſtram non facit, ſed traditionem, vel alium modum accedere, oportet. Præterea aliæ leges palam faciunt, jure impoſitas, vel ipſo jure conſtitutas ſervitutes eas eſſe, quæ modis civilibus conſtitutæ fuerint, Prætoriis oppoſitæ. Nam ita in *L. 1. §. f. ff. de aqv. & aqv. pluv. arc.* Ulpianus ipſe expreſſit: *ut, ubi ſervitus non invenitur impoſita, qui diu uſus eſt ſervitute neque vi, neque precario, neque clam, habuiſſe longa conſuetudine*, vel ex jure impoſitam *ſervitutem videatur . . . eritque iſta quaſi ſervitus.* In *L. 1. §. 9. ff. de ſuperfic.* Ulpianus idem ſcripſit: *Servitutes quoque Prætorio jure conſtituentur & ipſæ ad exemplum earum, quæ* ipſo jure conſtitutæ *ſunt, utilibus actionibus petentur.*

## §. VIII.

Diſcrimen in acquirendis ſervitutibus P. R. & Urb.

Illud igitur interfuit inter prædiorum ruſticorum & ceteras reales ſervitutes, ut illæ prædiorum ruſticorum, non autem ceteræ mancipatione alienarentur, contra ceteræ prædiorum urbanorum ſervitutes, non item ruſticæ traditione acquirentur, in prædiis urbanis quoque traditio ſola ſufficeret, in ruſticis autem traditio & patientia ſimul requireretur, præterea hæc traditio & patientia in prædiis ruſticis non jure civili, ſed demum Prætorio effectum exſereret. Nam ita Ulpianus in relata *L. 11. §. 1. ff. de Publ. in rem act. Itemque ſervitutibus urbanorum prædiorum per traditionem conſtitutis, vel per patientiam, . . . item ruſticorum: nam & hic traditionem & patientiam tuendam eſſe conſtat.* Eodem modo in *L. 1. §. 2. ff. de Serv. Præd. Ruſt.* idem Ulpianus de ruſticis ſervitutibus ſcripſit: *Traditio plane & patientia ſervitutum inducet officium Prætoris.* Ex quibus legibus conſtat, Prætoris officium vel actiones a Prætore datas utiles in traditione vel patientia ſervitutum ruſticarum interceſſiſſe. Sed ſervitutes prædiorum urbanorum ex traditione

per

per ſe actionem dabant. *L. 16. ff. ſi ſerv. vindic. Quæro, an ex hac cauſa actione quadam vel exceptione tuendus ſum. Reſpondi, utroque auxilio me uſurum.*

## §. IX.

Atque hi fuerunt modi, quibus jure imponi, vel conſtitui ſervitus potuit. Nam etſi in modis acquirendi civilibus uſucapio quoque referenda eſt, eaque primis temporibus a JCtis ad ſervitutes item porrecta fuit, tamen poſt Legem Scribonianam, quæ uſucapionem ſervitutum ſuſtulit, eæ uſucapi amplius non potuerunt. Concluſio.

## §. X.

Sed quemadmodum Prætor ad hæredis exemplum bonorum poſſeſſorem effecit, & ad uſucapionis ſimilitudinem longi temporis præſcriptionem prætereaque fictam quandam uſucapionem in Publiciana in rem actione introduxit, ita & ſervitutes Prætorio jure conſtitutæ & de iis utiles actiones datæ ſunt. Quod manifeſtum quidem eſt in L. 1. §. 9. ff. de ſuperf. ubi Ulpianus ait: *Servitutes quoque* Prætorio jure *conſtituentur & ipſæ ad exemplum earum, quæ ipſo jure conſtitutæ ſunt*, utilibus actionibus *petentur*. Servitutes Prætoriæ.

## §. XI.

Scilicet quemadmodum rerum corporalium bonæ fidei poſſeſſoribus longi temporis præſcriptione, Principum conſtitutionibus introducta vel firmata, *L. 76. §. 1. ff. de contr. emt.* Prætor ſubvenit, ita & in rebus incorporalibus, ſeu ſervitutibus, longi temporis auxilium adfuit, adeo ut ſi quis neque vi, neque clam, neque precario diu ſervitute uſus ſit, habere longa conſuetudine vel ex jure impoſitam ſervitutem videretur, utilesque in eam rem actiones haberet. Nam ita in *L. 10. pr. ff. ſi ſerv. vind.* continetur: *Si quis diuturno uſu* & longa quaſi poſſeſſione *jus aquæ ducendæ nactus ſit, non eſt ei neceſſe, docere de jure, quo aqua conſtituta, veluti ex legato, vel alio modo, ſed utilem habet actionem, ut oſtendat, per annos forte tot uſum ſe non vi, non clam, non precario poſſediſſe.* Quæ lex etſi tantum de jure aquæ ducendæ nominatim cavet, tamen quia ſpeciem ſervitutum continet, ad genus ſervitutum omne merito accommodatur, niſi ratio exiſtat, cur ceteræ ſervitutes idem non De longi temporis præſcriptione.

recipiant. Neque enim JCti jus conſtituerunt, ſed conſtitutum jus interpretatione ſua ad ſpecies accommodaverunt. Plane & generaliter Ulpianus in *L. 1. §. f. ff. de aqv. & aqv. pluv. arc.* hunc in modum ait: *Sane in ſervitutibus hoc idem ſequimur, ut, ubi ſervitus non invenitur impoſita, qui* diu uſus eſt ſervitute neque vi, neque precario, neque clam, *habuiſſe longa conſuetudine vel ex jure impoſitam ſervitutem videatur.* Extat quoque Antonini Commodi Imperatoris reſcriptum in *L. 1. C. de ſerv. & aqua* in hæc verba: *Is, qui judex erit, longi temporis conſuetudinem vicem ſervitutis obtinere ſciet*, item in *L. 2. C. eod.* in hunc modum: *Si aquam per poſſeſſionem Martialis eo ſciente duxiſti, ſervitutem exemplo rerum immobilium tempore quæſiiſti.*

## §. XII.

Scholion. Longæ poſſeſſionis tempus quod fuerit, manifeſtum eſt in *Pauli Recept. Sent. L. V. tit. 2. §. 3.* puta decennii inter præſentes, inter abſentes vicennii, verb. *Longi temporis præſcriptio inter præſentes continuo decennii ſpatio, inter abſentes vicennii ſpatio comprehenditur.* Quod quidem temporis ſpatium ab Hadriano definitum eſſe, conjecit Vir Celeb. *Conradi* in *hiſtoria uſucapionum* §. 14.

## §. XIII.

An bonam fidem & præterea titulum requirat. An hæc longa poſſeſſio, ut in rebus corporalibus, ita in incorporalibus & ſervitutibus bonam fidem quoque & titulum requirat, merito tractabitur. In rebus corporalibus manifeſtum eſt, ad longam præſcriptionem titulum intercedere oportere. Nam ita in *L. 4. C. de præſcr. long. temp.* Diocletianus & Maximianus Impp. reſcripſerunt: *Diutina poſſeſſio tantum jure ſucceſſionis ſine juſto titulo obtenta prodeſſe ad præſcriptionem hac ſola ratione non poteſt.* Neque hic bona fides ab initio excludi poteſt. Certe bonam fidem neque a ſervitutum præſcriptione abeſſe potuiſſe, vel inde conſtat, quod precariam & violentam poſſeſſionem ſimul cum clandeſtina Prætor excluſit, & quod Ariſto apud Ulpianum in *L. 1. §. 19. ff. de aqv. quotid. & æſtiv.* putat, *eum demum hoc interdictum habere, qui ſe putet, ſuo jure uti, non eum, qui ſciat, nullum jus habere & utitur.* Quamobrem ſi hujusmodi opinio requiritur, ut quis putet, ſuo jure uti, bona fides neceſſaria eſt, & hoc ipſo precaria, violenta & clandeſtina poſſeſſio removetur. Quomodo enim ſuo jure

uti

uti putet, qui vel vi, vel clam, vel precario utatur. Quo faciunt Pauli verba, quæ in *L. 25. ff. quem. ſervit. amitt.* extant: *Servitute uſus non videtur, niſi is, qui ſuo jure uti ſe credidit.* Præter bonam fidem autem ſcientia quoque domini an requiratur, dubitari poteſt. Certe in *L. 2. C. de ſerv. & aqua* nominatim ſcientia domini ponitur, verb. *ſi aquam per poſſeſſionem Martialis* eo ſciente *duxiſti.* Quamobrem Doctorum quoque pars ſcientiam domini in longi temporis poſſeſſione requirit. Vid. *Dinod. Tuldenus ad Dig. tit. de ſervitut.* C. 5. n. 4. Sed *Cujacius* ad L. 4. ff. de uſurp. & uſucap. rectiſſime annotavit, ea verba ad excludendam clandeſtinitatem pertinere. Et quid ſi dicamus, eam ſpeciem, de qua Imperator reſcripſit, propoſitam ei in hunc modum fuiſſe, ut Martialis ſcientiam aquæductus habuerit? Nam certe Imperatorum reſcripta ad caſus propoſitos accommodata fuerunt. Verius itaque videtur, ſcientiam domini probandam non eſſe, ſed ſufficere, ita geſtum, ut animus celandi abſit. Sed an præterea titulum quoque requiramus? Cujacius in hujusmodi præſcriptione ſervitutum non putat. Et ſane uſus & patientia in ſervitutibus pro traditione eſt. (§. V.) Traditio autem ex cauſa erronea titulum pro ſuo præſtat. *L. 3. ff. pro ſuo.* Quamobrem dici poteſt, titulum pro ſuo intercedere, tantoque magis, quia ſervitus tanquam jus prædii exercetur. Neque obſtat, quod in *L. 2. C. de ſerv. & aqua* expreſſum eſt, ſervitutem tempore exemplo rerum immobilium quæri. Nam ea verba ad tempus præſcriptionis ſpectant, & in *L. 1. C. eod.* idem Imperator longi temporis duntaxat conſuetudinem poſtulat, ut quis nec vi, nec clam, nec precario uſus ſit. Quanquam in ipſo uſu & patientia titulum pro ſuo contineri, jam explicavi. Generaliter itaque dicendum eſt, ſi quis bona fide per longum tempus X. vel XX. annorum uſus ſervitute fuerit, eum ſervitutem jure Prætorio quæſiviſſe.

## §. XIV.

An idem ad ſervitutes negativas pertineat, quæri poteſt. Nam has quidem tradi negat *Heineccius Elem. Jur. ſec. ord. Inſtit.* §. 396. Mihi autem verius videtur, ad ſervitutes quoque negativas idem pertinere, quia uſus in ſervitutibus pro traditione eſt. *L. fin. ff. de ſerv.* Vid. §. V. Uſum autem ſervitutes negativas recipere, Quid in ſervitutibus negativis.

cipere, vel ex eo intelligitur, quod non uſu amittuntur, ſi alter libertatem uſuceperit. *L. 6. ff. de Serv. Præd. Urb.* Unde ex contrario uſus quoque in ſervitutes negativas cadit. Præterea in L. cit. 6. is, qui ſervitutem habet, ne luminibus officiatur, neve altius tollatur, quamdiu vicinus altius non ædificat, *retinere* eam dicitur. Retinere autem & tenere poſſeſſionis propria vocabula ſunt *L. 1. pr. ff. de acqv. vel am. poſſ.* Ex quo & retinendæ poſſeſſionis interdicta appellationem acceperunt. Et generaliter utendi vocabulum in ſervitutibus idem quod poſſidendi ſignificat *L. 3. §. 2. ff. de itin. actuque priv. L. 10. pr. ff. ſi ſerv. vind.* Quamobrem ſervitutes quoque negativæ quaſi poſſidentur. Nihil igitur contrarium eſt, cur ſervitutes negativæ longi temporis præſcriptionem non admittant. Dicendum igitur eſt, ſi quis bona fide prohibuerit & deinde longo tempore vicinus acquieverit, ſervitutem jure Prætorio conſtitutam eſſe.

## §. XV.

Scholion. Servitus autem per longi temporis præſcriptionem quæſita jure impoſita non erat, propterea quod non civili quidem jure, ſed ex Prætorum edictis valebat. Quamobrem in *L. 5. §. 3. ff. de itin. actuque priv.* & *L. 1. §. f. ff. de aqv. & aqv. pluv.* hujusmodi ſervitus ab ea diſtinguitur, quæ jure impoſita eſſet.

## §. XVI.

Explicantur leges quædam Digeſtorum. Quæro, an veteri jure Digeſtorum ad præſcribendas ſervitutes inprimis ruſticas tempus requiratur, quod memoriam hominum excedat. Plane ſi de jure ante Hadriani tempora quæratur, facile conceditur, longi temporis præſcriptione nondum recepta veruſtatem, quæ memoriam hominum excedat, requiſitam eſſe. Sed de hoc non quærimus. Videamus potius, an poſt Hadrianum, Pauli, Pomponii & Ulpiani ætate hujusmodi veruſtas memoriam excedens in ſervitutibus requiratur. Plane veruſtas, de qua Ulpianus ſcribit in *L. 1. §. f. ff. de aqv. & aqv. pluv. arc.* huc non pertinet. Nam ipſe de diuturno tempore & longa conſuetudine, X. ſcilicet vel XX. annorum ibidem explicavit. Movet autem *L. 2. §. 3. ff. eod.* quæ Pauli eſt, in hunc modum: *Caſſius autem ſcribit, ſi qua opera, aquæ imittendæ cauſa, publica auctoritate facta ſint, in aquæ pluviæ arcendæ actionem non venire; in eademque cauſa*

*cauſa eſſe ea, quorum memoriam vetuſtas excedit.* Et prima contemplatione videri poterat, ea verba ad jus ante Hadriani tempora pertinere, præſertim quia relata verba Caſſii ſunt. Sed hoc non placet. Quare enim Paulus in libris ſuis locum hunc retuliſſet, ſi jus antiquatum contineret. Neque ſane Tribonianus quoque Digeſtis inſeruiſſet, ſi uſum nullum præſtaret. Nihil autem de præſcriptione ſervitutum in ea lege continetur, ſed illud tantum declaratur, actionem de aqua & aquæ pluviæ arcendæ, quæ ex Legibus XII. Tabb. venit & ad opera manu facta pertinuit, ad opera publica auctoritate facta non pertinere, in eademque cauſa eſſe, quorum memoriam vetuſtas excedat, ſcilicet ut operibus publica auctoritate factis comparentur. Quam in rem præterea annotandum eſt, actionem aquæ pluviæ arcendæ ad damnum duntaxat futurum, quod timeatur, accommodatam eſſe *L. 1. §. 1. ff. de aqv. & aqv. pluv. arc.* Quamobrem non apparet, de ſervitute quadam hoc loco agi, tantoque minus, quod hujusmodi opera vicino non ſemper nocent, ſed forte poſt magnum temporis ſpatium ſæpiſſime timorem damni produnt. Neque ideo dici poteſt, opere hujusmodi exſtructo vel manu facto ſervitutem in alieno agro exiſtere, niſi forte exſtructum opus in agro alieno ſit. Quo pertinet *L. 19. & 20. ff. eod. Labeo ait, ſi patiente vicino opus faciam, ex quo ei aqua pluvia noceat, non teneri me actione aquæ pluviæ arcendæ. Sed hoc ita, ſi non per errorem aut imperitiam deceptus fuerit: nulla enim voluntas errantis eſt.* Movit quidem præterea *L. 3. §. 4. ff. de aqv. quot & æſtiv.* ubi Ulpianus dicit, *ductum aquæ, cujus origo memoriam exceſſerit, jure conſtituti loco haberi.* Sed hæc lex ad caſum pertinet, cum ex flumine publico vel caſtello aqua ducitur, unde ducendi jus non niſi a Principe dabatur. *L. 1. §. 42. ff. eod.* Præterea ex *L. 2. ff. commun. præd.* intelligitur, aquam per rotam tollere ex flumine publico, vel haurire, vel ſervitutem caſtello imponere, ne hæ ſervitutes non eſſent, quosdam dubitaſſe, ubi quidem ex reſcripto Antonini Imperatoris ad Tullianum adjicitur, *licet ſervitus jure non valuit*, ſi tamen hac lege comparaverit, ſeu alio quocunque legitimo modo ſibi hoc jus acquiſiverit, tuendum eſſe eum, qui hoc jus poſſederit.

§. XVII.

## §. XVII.

An ex L. fin. C. de long. temp. præſcr. titulus requiratur.

Plane ex *L. fin. C. de long. temp. præſcr.* non efficitur, titulum in præſcriptione longi temporis ſervitutum requiri. Nam certe hæc lex nihil de longi temporis præſcriptione cavet, niſi ratione ſitus & domicilii rerum & perſonarum. Eſtque profecto mirandum, ex hac lege, quæ nihil de titulo definit, argumentum a diſſentientibus ſumi.

## §. XVIII.

Propoſitio ex conceſſis nata.

Quod ſi aſſumas, olim jure Pandectarum, quod nos quidem negamus, tempus immemoriale requiri, tamen hodie, cum omnes in rem ſpeciales actiones certe XXX. annis finiuntur, ſervitus quoque omnis uſu XXX. annorum acquirenda erit.

## §. XIX.

De diſtinctione ſervitutum continuarum & diſcontinuarum.

Atque diſcrimen continuarum & diſcontinuarum ſervitutum nullam juris rationem habet. Quæ enim hanc in rem adduci poſſunt, ab aquæductu ſumuntur, de quo dixi §. XVI. Et conſtat, aquæductum in continuis ſervitutibus, non in diſcontinuis referendum eſſe.

## §. XX.

Ex ſententia ſummi Tribunalis Cellenſis.

Igitur hæc diſtinctio a ſummo Tribunali Cellenſi merito explosa ſemper eſt. Atque in cauſa Suſannen Catharinen Sophien Köhlers und deren Ehemanns, des Harburgiſchen Poſtmeiſter, Köhlers, als derſelben angeblichen Curatoris contra Burgermeiſter und Rath zu Harburg in puncto eines ſtreitigen Fuhrweges d. 24. Sept. 1717. pronuntiatum hunc in modum eſt: Nachdemmalen die Diſtinction einiger JCtorum inter ſervitutes continuas & diſcontinuas quoad illum effectum, daß letztere absque titulo zu erweiſen, eine præſcriptio immemorialis erfordert werde, in denen Legibus nicht gegründet, ſondern vielmehr denenſelben entgegen läufet, in Unſerer O. A. G. Ordnung aber und zwar §. 12. tit. 12. Part. 2. vor einen ſchädlichen Mißbrauch declariret worden, denen auctoritatibus Doctorum, wenn ſolche keine Leges, oder ſolche trifftige Rationes, die ſie mit klaren aus denen Rechten und Geſetzen genommenen Argumentis behaupten können, vor ſich allegiret, in judicando zu folgen, und Wir über dieſe Ordnung zu halten gemeinet ſeyn, daß dannenhero ratione des von Appellanten erforderten Beweiſes

weiſes von undenklichen Jahren vom Richter voriger Inſtanz übel geſprochen, wohl davon appelliret, und alſo Sententia a qua vom 23. Nov. 1716. dahin zu reformiren ſey; Werden die Appellanten die prætendirende Befugniß eines Fuhrweges über der Appellaten Weyde und Teiche nach ihren Garten bey der erſten Juridica ordinaria auf andere Art Rechtens erweiſen, als welches ſie allewege zu thun ſchuldig, ſo dann ferner ergehen ſoll, was ſich zu Recht gebühret ꝛc. Deinde in cauſa Anwalds des Amts Nienburg contra den Commiſſarium, Carl Chriſtian Schlüter d. 8. Oct. 1718. ſententia publicata hunc in modum eſt: Daß vom Richter voriger Inſtanz übel geſprochen, wohl davon appelliret, und die Urthel a qua dahin zu reformiren: Daß wie ohnſtreitig in ſervitutibus, gleich andern Sachen, die remedia poſſeſſoria ſtatt finden, alſo die Articul quæſt. allerdings allhier in poſſeſſorio als zulänglich zu admittiren, und die vorgeſchlagene Zeugen darüber zu admittiren ſeyn. Nachdem auch jetzt beſagte Articul ſo beſchaffen, daß ſie auch völlig in petitorio probationem ausmachen können, maſſen die Meynung einiger ICtorum, quod ſervitutes diſcontinuæ nicht anders als per tempus immemoriale præſcribiret werden können, in denen Legibus nicht gegründet, ſondern vielmehr denenſelben entgegen läufet, in ſolchem Falle aber nach Unſerer O. A. G. Ordn. Part. 2. tit. 12. §. 12. denen auctoritatibus Doctorum keinesweges zu folgen iſt; ſo werden nunmehro zu *Abkürzung vieler Weitläuftigkeiten* ex officio dieſe Articul auch in petitorio als zulänglich erkläret, und Appellaten ſeine etwanige Interrogatoria, auch da er geſinnet, reprobationem zu führen, ſeine reprobatorial-Articul gegen nächſter Ordinaria einzubringen injungiret ꝛc. Eodem modo pronuntiatum eſt d. 3. Maji 1721. in cauſa der Eingeſeſſenen zu Iſenbüttel contra den Hofgerichts-Aſſeſſorem, Werner Heinrich von Campen in puncto Hud- und Weyde- auch Maſt-Gerechtigkeit. Atque ita in ſummo Tribunali Cellenſi adhuc obſervatur.

# OBSERVATIO XXXIII.

## *De prædiis originariæ immunitatis.*

### §. I.

Immunitatem prædiorum talem intelligimus, qualis adhuc prædiis nobilibus adhæret, & quæ proprio immunitatis vocabulo apud Germanos venit. De qua re in libro de Jurisdictione Germanica

Quæ immunitas intelligatur.

manica P. II. S. III. C. I. ubi advocatiam patrimonialem profecutus ſum, ample quidem tractavi, nunc autem ſigna immunitatis, vel qualitates prædiorum immunium paulo diſtinctius explicabo.

§. II.

Nota prima. Atque primaria immunitatis nota hæc videtur, ut exemtum prædium a jurisdictione judicum ordinariorum ſit. Sed de hoc jam ſatis explicavi in libro de Jurisdictione Germanica P. II. S. III. C. I. §. XLIII. ſq. quo lectorem remittimus.

§. III.

Nota altera. Exiſtit altera immunitatis nota, quæ a ſuperiore divelli vix poteſt, ſcilicet, ut prædium ejusque poſſeſſor ſub tutela & jurisdictione Principis, vel domini territorii immediate conſiſtant. Quod nunc Schriftſäßig dicimus, cum prædium ejusque poſſeſſor judiciis ſuperioribus, ut Cancellariis & Curiis provincialibus, quæ Principis nomine jus dicunt, ſubjecti ſunt. Idque ex ſuperiore immunitatis nota conſequitur. Nam ſi prædium a poteſtate judicum ordinariorum exemtum in ſocietate civili nihilominus conſiſtit, domino territorii & ſuperioribus collegiis & judiciis, quæ ejus nomine jus dicunt, ſubjectum immediate ſit, oportet.

§. IV.

Illuſtratio. Olim igitur, ſuperioritate territoriali nondum introducta, prædia immunia Regibus immediate fuerunt ſubjecta, & perinde erat in concedenda immunitate, ſive Reges nominatim immunitatis vocabulo uterentur, ſive prædium & perſonas in tutelam vel mundiburdium ſuum reciperent. Dagoberti I. fundatio monaſterii Weiſſenburgenſis de a. 624. *Locum autem . . . . nunc & deinceps ab omni ſervitutis oppreſſione liberum* ſub Regali *volumus eſſe* tuitione, *ita videlicet, quod nullus Judex &c.* Teſtimonium Ademari Vice Comitis Scalenſis apud Du Freſne voc. Mundeburdum: *Sunt autem monachi in mundeburdo Regis ad locum ſalvum faciendum.* Et jam in libro de Jurisdict. Germ. P. II. S. III. C. I. §. LII. LIII. ſimiliter obſervavi, regalem immunitatem & regalem immunitatis tuitionem ideo in chartis immunitatum frequentiſſime nominari. Hodie extra Saxoniam certe prædia immunia omnia Schriftſaſſica regulariter ſunt.

§. V.

## §. V.

Tertia immunitatis nota, quæ ſimiliter cum ſuperioribus co- Nota ter-
hæret, hæc eſt, ut poſſeſſor prædii ſub tutela quidem domini ter- tia.
ritorii ſeſe & prædium ſuum ipſe defendat, vel certe defendere ipſe & defenſionem prædii, cui velit, committere poſſit. Defenſionis autem vocabulo ex ſenſu Germanorum utimur, quemadmodum in libro de Jurisdict. German. P. II. S. III. C. I. §. V. ſimiliter explicavimus. Oportet igitur, ut poſſeſſor prædii advocatiam ejus teneat, & vel ipſe vel per alium, cui commiſerit, exerceat.

## §. VI.

Cangius in Gloſſario voc. *tuitio* jam animadvertit, tuitionis Illuſtra-
vocabulum immunitatem ſignificare. Charta Ottonis II. apud tio.
Staphorſt in Hiſt. eccleſiaſt. Hamburg. T. I. p. 302. *ut ſemper ſub tuitione perpetualiter ſint.* Charta Lud. Pii apud Baluzium L. 3. Miſcell. p. 94. *obtulit nobis quasdam auctoritates Regum Francorum videlicet deceſſorum noſtrorum . . . per quas eum immunem a quibuscunque publicis functionibus ſtatuentes* ſub ſua *immunitate &* defenſione *conſtituerunt.* Charta Lud. Pii in Conringii Cenſura Diplom. Lindav. p. 19. *detulit obtutibus noſtris auctoritatem immunitatis Domini & genitoris noſtri Caroli, . . . in qua continebatur inſertum, qualiter ipſe ob amorem Dei tranquillitatemque fratrum in eodem monaſterio degentium ſemper* ſub pleniſſima defenſione & immunitatis tuitione *illud habuiſſet. Pro firmitatis namque ſtudio poſtulavit nobis prædictus Einhardus Abbas, ut paternæ auctoritati firmitatis gratia noſtram ſuperadderemus auctoritatem. Cujus petitioni libenter aſſenſum præbuimus & hanc noſtram auctoritatem erga prædictum monaſterium ejusque rectores* immunitatis atque tuitionis gratia *fieri decrevimus, per quod præcipimus atque jubemus, ut nullus Judex &c.* Charta immunit. Ludovi Germanici ibid. p. 30. *præſentavit obtutibus noſtris authorabiles* emunitatis *firmitates prædeceſſorum noſtrorum Regum & Imperatorum, qualiter prædictus locus S. Stephani a Duce Alberto fundatus erat & per conſtitutionem Childerici Regis* emunitus *& per Pipinum Majordomum locupletatus & munitus creſcebat . . . ac demum etiam auctoritatem Domini & genitoris noſtri Ludewici . . . in qua continebatur inſertum, quod non ſolum idem genitor noſter, verum etiam prædeceſſores ejus Reges Francorum*

*corum* videlicet *apud locum jam dictum* . . . ſub ſuo munimine ac defenſione *cum omnibus ſibi ſubpertinentibus, tam mancipiis, quam prædiis* . . . eorum emunitatum auctoritatibus hactenus ab inquietudine totius judiciariæ poteſtatis eadem munita & defenſa *fuiſſet Abbatia &c.* Privilegium immunitatis Henrici Aucupis apud Gundlingium in append diſſ. de Henrico Aucupe n. 7. p. 305. *ut hominos ejusdem eccleſiæ* ſub mundeburdio & tuitione ipſius eccleſiæ *conſiſterent* . . . *ut nec bannum &c.* Vid. liber noſter de Jurisd. Germ. P. II. S. III. C. I. §. XXIV. ſq. LIV.

§. VI.

Conſectarium. Ex hac autem poteſtate ſe & res ſuas pleniſſime defendendi facultas olim procul dubio venit, domum ſuam & ſedem fortunarum muro cingendi aditumque claudendi, vel & muniendi arcemque & caſtellum inſtruendi. Plane *Dn. de Ludwig* hoc in criteriis prædiorum originariæ nobilitatis & immunitatis refert, ut arce & caſtellis ſint inſtructa.

§. VII.

Nota quarta. Eſt & hæc nota prædii originarie immunis, ut niſi feudum forte equeſtre ſit, in pleniſſima proprietate & dominio poſſeſſoris ſit. Vocabulum *Frey* hominem ſui juris, dominum & dominium ſignificare, in libro *de Jurisd. German.* P. II. S. III. C. I. §. CXX. jam oſtendi. Immunitatem quoque vel libertatem & proprietatem ſemper conjunctam fuiſſe, ibidem explicavi §. CIV. ſq.

§. VIII.

Nota quinta. Tum obſervandum eſt, poſſeſſorem prædii originarie immunis allodialis contemplatione hujus prædii rei quidem publicæ ad ſervitia equeſtria, nemini autem præterea originarie ad cenſum vel ſervitia teneri. Quod ex ſuperioribus facile intelligitur, quia ſi præterea alii poſſeſſor ad cenſum vel ſervitia obſtrictus originarie ſit, pleniſſimus rei dominus non eſt.

§. IX.

Nota ſexta. Illud quoque tenendum eſt, allodia originarie immunia a poſſeſſore jure poteſtativo poſſideri, cum quæſitis & acquirendis. Quod quidem ex pleniſſima proprietate & dominio jam intelligitur.

tur. Vid. Tr. noſter de Jurisd. German. P. II. S. III. C. I. §. CXV. ſq.

§. X.

Prædiis immunibus obnoxia opponuntur, pflichtige Güter, quæ & vocantur Bauer- und Dingpflichtige Güter. Vocabulum pflichtig procul dubio a pflegen, plegan, venit, ut prædium denotet, quod defenſioni & curæ ſcilicet alienæ ſubeſt, non autem a poſſeſſore ipſo defenditur. Pertinet huc, quod *Wachterus* in Gloſſario Germanico annotavit, Pflicht obligationem ſignificare, præſertim cenſus, tributa, vectigalia & alia a ſubditis præſtanda. Idem obſervat, *Flithland*, provinciam tributoriam, vetus vocabulum eſſe. Et ex qualitate eorum bonorum oppoſita denuo convinci poterat, quod de notis prædiorum immunium expoſui. Bona enim hæc obnoxia ab ordinarii judicis poteſtate & jurisdictione non ſunt exemta, neque judiciis ſuperioribus immediate ſubjecta, neque in plena proprietate & dominio poſſeſſoris, neque a poſſeſſore ipſo defenduntur, neque ab eo jure poteſtativo poſſidentur, poſſeſſor quoque ad cenſum vel ſervitia tenetur. Ex quo intelligitur, qualitatem colonariam vel villicalem immunitati prædii omnino repugnare. De prædiis obnoxiis.

# *OBSERVATIO XXXIV.*

## *De immunitate a collectis perſonalibus.*

§. I.

Sequens obſervatio ad Ducatum Bremenſem & Verdenſem inprimis pertinet. Eorum Ducatuum Status provinciales tribus ordinibus abſolvuntur, Capitulo videlicet eccleſiæ cathedralis Hamburgenſis, equitibus & tribus urbibus, Stada, Buxtehuda & Verda. Exiſtit præterea ordo ruſticorum in terris Marſchlandicis prope Albim & Viſurgim, qui Erbexen, Hausleute, Schatzpflichtige, Eingeſeſſene dicuntur. Ii tributis obnoxii ſemper fuerunt, ſed jam ſeculo decimo ſexto equites & civitates in partem tributorum vocare tentaverunt, præterea in comitiis provincialibus ſuffragium affectarunt. Quæ lis coram Tribunali Wiſmarienſi a. 1672. ita terminata eſt, ut equites & civitates in collectis quidem Imperii & Circuli Hiſtoria litis.

culi partem subirent, ceterum a provincialibus ratione feudorum equestrium & bonorum stemmaticorum servitiis equestribus obnoxiorum, sed & reliquorum catastro contributionis non comprehensorum absolverentur, rusticorum quoque ordo ad suffragium in comitiis non admitteretur, interim non plane a comitiis excluderetur, sed potius ad audiendas propositiones & Statuum opiniones vocaretur & tum, quid sua interfit, proponeret, denique si cum Statibus non concilietur, decisionem Regiminis expectaret.

## §. II.

Continuatur. Hac autem lite sopita exorta inter eos contentio alia est. Rustici enim contendebant, sententia Wismariensi absolutos Status duntaxat a collectis realibus esse, non a personalibus. Auctas esse collectas provinciales supra modum ordinarium olim statutum. Aequum adeo esse, ut augmenti ejus partem equites & civitates collecta personalia subirent, interque omnes distribuendum esse, quod pro re nata omnium salus exigat. Quam in rem praeterea multa ex consuetudine noviori, judicatis, legibus & rescriptis adducebantur, quae hoc loco minus commode referuntur. Nam de eo inprimis tractabimus, an equites & civitates ratione collectarum personalium quoque immunes habeantur.

## §. III.

De immunitate equitum personali. Quod ad equites attinet, vix ambigitur, eos ab antiquissimis inde temporibus non tantum ratione bonorum equestrium, sed & ratione personarum ceterarumque fortunarum suarum a tributis & collectis omnibus immunes fuisse. Formul. Marculphi L. I. C. 19. *Si memoratus ille* de capite bene ingenuus *videtur & in politico publico censitus non est.* Gregor. Turon. L. 7. C. 15. *Habebat Fredegundis secum Audonem judicem, qui eo tempore Regis in multis consenserat malis. Ipse enim cum Mumulo praefecto multos de Francis, qui tempore Childeberti Regis senioris* ingenui *fuerant*, publico tributo *subjecit.* Rigordus scriptor vitae Philippi Augusti: *Milites, qui olim* sua libertate gaudere *consueverant & homines ipsorum* tertiavit, *id est, tertiam partem bonorum suorum eis violenter abstulit.* Vid. Alteserra de Duc. & Com. Gall, provinc. C. 8. p. 248. Sen-

ten-

tentia Wilhelmi III. Com. Holl. ap. Voſſ. L. 8. Annal. Holl. p. 60. de a. 1335. *Quicunque aſſerere veram avitamque nobilitatem poſſit, immunis & tributorum & vectigalium eſto.* Capitul. Car. Calvi tit. 53. c. 10. T. II. *Si aliquis ex fidelibus noſtris . . . in alode ſuo quiete vivere voluerit, nullus ei aliquod impedimentum facere præſumat,* neque aliud aliquid ab eo requiratur, niſi ſolummodo *ut ad patriæ defenſionem pergat.* Facit huc præterea appellatio ingenuorum, quorum conditioni ſecundum mores Germanorum tributa & exactiones, utpote ſervile aliquid, repugnant. Conſtat enim, tributa & exactiones ſervile aliquid habitum eſſe. Dagob. I. fundatio monaſterii Weiſſenb. a. 624. *Locum autem . . . nunc & deinceps* ab omni ſervitutis oppreſſione liberum *ſub regali volumus eſſe tuitione, ita videlicet, quod nullus Judex &c.* Charta Lud. Pii a. 816. apud Lerchium vom Adels Herkommen erſter Grundſatz §. 45. *ab omni* exactione ſervili *& injuſta quarumlibet perſonarum abſolvimus, & ne ad alicujus Cometiam ſive advocatiam, ſeu & ad aliam qualemcunque poteſtatem pertineant,* libertate *eos donamus.* Certe Carolus M. ſimulac libertatem Saxonibus reddidit, cenſum quoque antea ſibi debitum remiſit. Ad. Bremenſis & Cranzius apud Conring de urb. Germ. §. 63. *Saxones priſtinæ libertati donatos ab omni nobis debito cenſu ſolutos &c.* Inde quoniam tributa in ſervos cadebant, Witechindus apud Conringium c. l. §. 65. ita ſcribit: *Saxoniam ex ſerva factam liberam & ex tributaria multarum gentium dominam.* Poëta vetus vitæ Carolinæ ſcriptor apud Conringium c. l. §. 63. *At vero cenſum Francorum regibus ullum ſolvere nec penitus deberent atque tributum, Cunctorum pariter ſtatuit ſententia concors . . . Tum ſub judicibus, quos Rex imponeret ipſis Legatisque ſuis permiſſi legibus uti Saxones patriis & libertatis honore.* Manifeſtum igitur eſt, ingenuos omnino liberos a cenſibus & tributis ſemper fuiſſe. Ex qua libertate ſecundum perſonas *Sperl.* Tr. de clyp. milit. Germ. P. I. §. 9. illud efficit, quod collectatio contra nobiles in capita locum non habeat. Ex moribus Galliæ *Petrus Gregorius* in Syntagm. Jur. univ. L. 3. C. 8. n. 5. peculiarem conſtitutionem Caroli IV. Regis de a. 1368. refert in hunc modum: *ne ſubſidia aliqua,* taliæ, *focagia,* impoſitiones, auxilia *a nobilibus & eorum ſucceſſoribus ſolvantur vel exigantur, ratione bellorum, aut quovis modo* pro perſonis bonisque eorum quæſitis vel acquirendis,

dis, *quoquo modo vel titulo*, nec pro fructibus & reditibus ex eorum patrimonio provenientibus. *Et quod notabile eſt*, inquit Gregorius, *voluit, ut ſi aliquis ex nobilibus acquirat bona, vel ſibi aliter obveniant, mobilia vel immobilia vel hæreditates ab ignobilibus, ea bona cenſeantur ejusdem conditionis, privilegii & libertatis, cujus ſunt alia bona mobilia & immobilia nobilium, quamdiu tamen in eorum dominio permanſerint.* De qua conſuetudine Galliæ, ut nobiles nulla diſtinctione bonorum habita a talliis immunes ſint etiam in rebus alias ſubjectis hujusmodi ſubſidiis, quas a plebejis ſcilicet acquiſiverint, *Tiraquellus* quoque tractat in Tr. de Nobilitate C. 20. n. 168. Atque Nobilium immediatorum Germaniæ immunitas a collectis omnibus ex ipſis literis Reverſalibus Imperatorum ſatis probatur. Reverſales Caroli V. de 1528. Daß euch ſolch eure Bewilligung und Leiſtung der Hülff an euren alt hergebrachten Freyheit und Herkommen kein Nachtheil bringen ſolle. Ej. Reverſ. ſub d. Augſpurg 15. Jul. 1548. Daß ſolche ihre Bewilligung und Bezahlung obberührter Türken-Hülfe ihnen und ihren Nachkommen an ihren alten wohl hergebrachten Freyheiten und Herkommen keinen Eingang, Nachtheil oder Schmälerung geben ſolte. Conf. reliquæ literæ Imperatorum reverſales apud *Pfeffingerum Vitr. Illuſtr. T. 4. L. 3. tit. 21. §. 3. not. 10.*

## §. IV.

Præſertim in Ducatu Bremenſi.

In Ducatu Bremenſi haud quidem aliter ab antiquo obtinuit. Atque olim ibi in collectis provincialibus duplex tributi genus obtinuit, alterum cenſus aratrorum, der Pflug-Schatz, alterum cenſus denarii XVI, der ſechzehen Pfennig-Schatz. Cenſus aratrorum non tantum ad immobilia bona aratro ſubigenda pertinuit, ſed ad opes quoque & fortunas reliquorum, qui agros non haberent, quorum vel quatuor, vel ſex vel octo vel & duodecim tum aratrum unum efficiebant. Cenſus autem denarii XVI, der ſechzehen Pfennig-Schatz ſimiliter ad patrimonium univerſum hominum tributariorum, der Schatzpflichtigen, pertinuit, ut in Receſſu provinciali Bremenſi de a. 1544. declaratur: So ſcholl ok Meldung der vorigen Regiſter des Soſteinden Penninges, wor Veronderinge in den Guderen geſchehen, vorthgefahren werden, alſo dat Hus, Hof, Land, Sand, Acker, Wiſche, Kaige, Perde, Schape, Swiene, Oſſen, varende Haue und alles darvon ſchattinge tho geven,

gevende gewönlich, nicht höger, dan Inhalt voriger Register angeschlagen, ofte gerekend werden. Sed jam Transactio inter Archi-Episcopum Christophorum Statusque Bremenses de a. 1541. mentionem facit eorum generaliter, qui a communi contributione hucusque immunes fuissent, verb. Doch schollen von solicher Tholage diejenigen, so bether soliker gemeiner schatting frey gewesen, unbeschwert und frey blieven. Quod repetitum est in Recessu provinciali a. 1544. in hæc verba: also dat in Beschriving des 16. Pennings schattes denjenigen, so von Olders frey gewesen, mit diesen Schatte unbeladen, und des frey sien und blieven schollen. Qua quidem appellatione nobiles comprehensos esse, vix ambigendum est. Idque manifesto intelligitur ex Instructione quadam Reverendi Capituli Bremensis de a. 1577. de modo tributi denarii decimi sexti communi Statuum consensu emissa §. 5. Vor das 5te die Sammler auch diejenigen, so sich des Adels rühmen, und derhalben von der Schatzung gefreyet zu seyn vermeynet, aber doch ihren alten Adelichen Stamm, Geschlecht und Herkommen nicht zu beweisen, sondern etzliche unbündige Freyungs-Briefe zuwege gebracht mögen haben, in ein besonder Register verzeichnet und solches dem Thum-Capitel zugeschicket werden, welches dieselben samint und sonderlich Unserm Gnädigsten Herrn denuntiiren, und S. F. G. sie ferner auf den ersten darauf folgenden Land-Tag fürbescheiden sollen, dergestalt daß sie daselbst gehorsamlich und also gefaßt erscheinen, daß sie allen ihren Behalff, womit sie Adeliche Freyheit vermeinen zu geniessen, sollen fürbringen, und darauf von gemeiner Landschaft Bescheides gewarten. Item §. 6. Zum 6ten die Vögte, Grefen, Richter und Gogrefen sollen in andern Schatzungen niemandes freyen, als sich selbst und ihr Gut, das sie selbst bewohnen und bauen, und dieselben sollen nachmals, so fern es vorhin nicht geschehen wäre, in dem Freyen Register, jedoch Geistliche, Adeliche und Bürgerlichen Standes Personen ausbeschieden, beschrieben werden. Deinde in Concluso Comitiali Bremensi d. 9. Dec. 1580. in personis immunibus, denen Gefreyeten, qui tum quidem ad collectas expeditionis Turcicæ contribuerunt, tam clerus & civitates, quam nobiles recensentur. Idque Christina Regina a. 1651. in ceteris privilegiis ordinis equestris confirmavit, in hæc verba: Soll die Ritterschaft, wie von

Alters her, auch hinführo insgemein mit Collecten und Contributionen nicht beleget noch damit beschweret werden, ausserhalb ꝛc.

§. V.

Continuatur. Atque olim in Ducatu Bremensi opinio quoque invaluerat, immunitatem prædiorum & bonorum ex immunitate possessoris & domini æstimari, frey Mann, frey Gut, adeo ut bona acquisita quoque immunia haberentur, vel certe venditarentur, prout ex moribus Gallicis retuli §. III. Neque hujusmodi consuetudo in aliis Germaniæ regionibus prorsus ignoratur. Nam ita in Ducatu Neoburgico, item in Ducatu Montium & Comitatu Blankenbergensi, sed & in Marchia Brandenburgica servari, refert *Dn. de Schulenburg* in diss. de prærog. & privil. nobil. med. C. 2. §. 2. Quo faciunt chartæ quædam immunitatum Ludovici Pii apud Baluzium L. 3. Miscell. p. 94. & 102. ex quibus intelligitur, ejusdem Imperatoris Antecessores Aldricum Episcopum immunem a quibuscunque publicis functionibus declarasse & sub sua immunitate & defensione constituisse, Imperatorem autem in confirmando eo privilegio immunitatem realem contineri, significasse. Certe Clerici & monasteria ex hac ratione omnia a se acquisita tributis olim exemerunt, in quam rem denique tam in Germania, quam extra eam salubriter cautum est. Vid. *Eisenbart* de manu mortua C. 4. §. 6. sq. 16. sq. Quanquam autem in Ducatu Bremensi nunc aliter obtinet, eaque lis jam dudum a Tribunali Wismariensi decisa est, neque id omnino institutis hodiernis congruit, tamen si ratio indagetur, cur prædia alia immunia, alia tributaria sint, ea vix intelligi potest, nisi ex conditione primæva certi possessoris. Ex quo illud venit, ut quæ bona ab antiquo ab ingenuis, liberis & nobilibus possessa sunt, immunia habeantur, cetera autem tributaria. Forte hoc loco memorandum quoque est, quod Schilterus, Aug. Leyserus & alii contendunt, ingenuos demum & liberos homines prædiorum nobilium capaces olim fuisse.

§. VI.

Continuatur. Existit aliud argumentum, ex quo conficitur, immunitatem realem ex qualitate personali possessoris profectam esse. Possessorem enim prædii immunis servitia equestria præstare oportet. Quæ olim ingenui tantum & liberi exhibere potuerunt. Atque

in

in his ſervitiis militaribus nobiles immediati jam olim a. 1486. rationem immunitatis ſuæ collocarunt, dicentes, ſe liberos Francones eſſe, & Imperio non pecuniis, ſed corporibus & ſumtibus contra eccleſiæ hoſtes inſervire velle. *Datt de pace publ. L. 3. C. 6.* Quod ſi autem origo prædiorum immunium a conditione potiſſimum poſſeſſoris primævi arceſſenda eſt, denuo intelligitur, perſonas quoque eorum, qui prædia mobilia poſſident, liberas & immunes eſſe.

## §. VII.

Civitates olim tributariæ.

Quod ad civitates pertinet, conſtat civitates Imperii olim univerſas Imperatori quotannis cenſum quendam vel collectam ſolviſſe & adhuc ſolvere, niſi forte exemtio impetrata ſit. Vid. *Knipſchild de jurib. & privileg. civit. Imper.* L. 2. C. 17. n. 21. *Limnæus L. VII. Jur. Publ.* C. 3. §. 11. p. 73. *Pfeffinger Vitriar. illuſtr.* L. 1. tit. 18. §. 1. not. d. Et de cenſu urbis Francofurtanæ extant chartæ apud *Senkenbergium* in *Select. jur. & hiſtor.* T. I. p. 188. 212. 230. Et cives Spirenſes a jure mortuario, *Budtheil*, Henricus V. Imp. demum abſolvit a. 1111. quæ charta eſt apud *Lehmannum* in *Chron. Spir.* p. 350. Goslaria cenſum arearum Imperatori debuit. Chron. Eccl. SS. Sim. & Judæ apud Leibnitium T. II. R. Brunſvic. p. 535. *glorioſum cenſum arearum per totam civitatem Goslarienſem, qui vulgariter Wazshare nuncupatur.* Et Johannes Dux Brunſvicenſis & Luneburgenſis in ceteris Ulzenſium privilegiis illud nominatim cavit *de areis ædificandis, ut libero jure poſſideantur.* Conf. Dn. *Struben* Obſ. 3. de collect. & ærar. provinc. §. 2.

## §. VIII.

De civitatibus provincialibus.

Provinciales civitates domino ſuo cenſum & collectas exhibuiſſe, tanto minus ambigitur. Extat apud Dn *Senkenbergium* in Sel. jur. & hiſt. T. III. p. 616. charta de a. 1370. Henrici Landgravii Haſſiæ, qui cives Allerndorfenſes in ſexennium liberavit aller Bede, Dienſtes und Schatzung . . . Wand auch die egenante Zyt und Jahr vergangen und hinweg ſeyn, ſzo ſoil die Fryheit dann us ſyn und ſullen uns unſer egenannten Bürger und Stat dan vors beiden, dienen und dun nach Vermögen, gleicher weiſe als andere unſer Stette. De urbe Hamelenſi Dn. *Struben* Obſ. 3. de Collect. & ær. provinc.

§. 3. privilegium Ernesti Ducis Brunsvicensis de a. 1335. refert, quo Dux civitatem pro talentis XL. quotannis solvendis ab omni exactione & petitione in perpetuum liberavit. Et cives Hannoverani ex privilegio quodam XX. marcas Ducibus quotannis solverunt. Vid. Dn. *Struben* c. l. Moguntiam civitatem a jure in contignationes ædium, quod *Uberzimmer - Recht* vocatur, Archi-Episcopi Gerlacus & Syffridus demum absolverunt. Vid. charta apud Dn. *Senkenberg* in Sel. jur. & histor. T. II. p. 141. Hildesiæ Episcopus olim jus census dominici, qui Frohnen = Tins dicitur, habuit, ut ex Laudo Compromissoriali inter Episcopum Henricum & civitatem de a. 1333. intelligitur: De Bischop aber scholl daran beholden Gerichte alse in der Stadt tho Hildensen, Toll also olt Wohnheit isß . . . ocke Fronentinse, alse in der Stadt tho Hildensem. Et in Gallia quasdam civitates Regi adhuc certum modum avenæ præstare, relatum est in Ragueau Glossaire du Droit François augmenté par Lauriere voc. Avenage.

## §. IX.

Dicta ex origine civitatum confirmantur.

Quæ hucusque de civitatibus dicta sunt, ex origine civitatum & conditione civium pristina confirmantur. Antiquissimæ quidem urbes ad Rhenum, a Romanis conditæ, coloniæ Romanæ vel municipia fuerunt. Et Colonia inprimis jus Italicum habuit. Quo jure *Cujacius* quidem L. 3. Obs. C. 35. levationem censitionis contineri putavit. Sed secundum aliorum opinionem, quam Cel. *Schwarzius* in diss. *de Jure Italico* C. 1. §. 8. sq. contra Cujacium egregie defendit, jus Italicum temporibus Cæsarum plenariam immunitatem a censu capitis & soli continuit. Præterea municipia, in quibus, teste Ammiano Marcellino Moguntia & Argentoratum fuerunt, multa privilegia habuerunt, & municipes a Gellio L. 16. C. 3. cives Romani vocantur, muneris tantum cum populo Romano honorarii participes. Vid. *Conring*. de urb. Germ. §. 55. & 56. Sed enim immunitas jure Italico olim comprehensa jam sub Constantino M. cessavit. Vid. *Schwarz* c. l. §. 12. Jus autem municipii extra jus Italicum nullam immunitatem dedit. Postea plures urbes in Germania conditæ sunt, & Henricus Auceps quidem nonum quemque militem agrarium, seu ingenuum in civitatibus collocavit, unde patricii orti sunt, penes quos administratio

ſtratio olim & regimen civitatis fuit. Reliqui autem incolæ & cives liberti forte fuerunt, ut *Gundlingius* certe putat in diſſ. *de Henrico Aucupe* p. 122. 123. Libertorum vero conditio ſecundum Tacitum a ſervis parum diſtulit. Unde ingenuorum immunitas ad cives accommodari vix poteſt, tantoque minus, quod cives maximam certe partem expeditionibus militaribus, ut ingenui, intereſſe non poterant.

## §. X.

Quid redemtis advocatiis.

Sed etſi civitates ſucceſſu temporis fere ab advocatiis Regum & dominorum ſeſe redemerunt vel exemerunt, tamen hoc ipſo cives a collectis non liberati ſunt, ſed potius Magiſtratui ſuo contributionem deinde ſolverunt, quæ Schoſs dicitur & revera cenſus omnium fortunarum eſt. Vide, quæ Dn. *Struben* de civitate Brunſvicenſi refert Obſ. 3. §. 2. p. 89. Unde bona civica Dingpflichtig appellantur in charta Hannoverana de a. 1464. apud *Rehtmeyerum* in Chronic. Br. Luneb. p. 745.

## §. XI.

Argumenta pro civitatibus.

Contra ea annotandum eſt, civitates ſuccedente tempore in *medio* ævo multum ſeſe extuliſſe, inprimis autem civitates Imperii *in ipſis Receſſibus* Imperii a. 1500. & poſtea ad ſimilitudinem nobilium & ingenuorum nomen accepiſſe Ehrbare Städte. Vid. *Knipſchild de jur. & privil. Civit. Imp.* L. 1. C. 2. n. 6. Sed & civitates Imperii nunc in comitiis Imperii ſuffragium ferunt, Statusque Imperii ſunt, quo jure Nobiles immediati haud quidem utuntur. Habent præterea civitates Imperii, ut domini Vogteyici immediati immunitatem a vectigalibus. *Hezel de immunit. civit. Imper. a vectig.* Et collecta, quam cives redemta advocatia magiſtratui ſolvunt, ad communes uſus civitatis ſolvitur, adeoque perinde eſt, ac ſi cives ſibi ipſi contribuant.

## §. XII.

Immunitas civium & civitatum in Ducatu Brem.

Inprimis ex Ducatu Bremenſi obſervandum eſt, civitatem Stadam & Boxtehudam non tantum Hanſeatico fœdere comprehenías olim fuiſſe, *Pfeffinger Vitr. illuſtr.* T. II. L. I. tit. 18. p. 833. ſed & ſuffragium in comitiis provincialibus Bremenſibus cum Capitulo

pitulo & ordine equeſtri a multis ſeculis tuliſſe, & nomine Statuum liberorum, Freyen Stände, adhuc contineri. Atque in Receſſu provinciali Bremenſi a. 1541. de civitatibus expreſſum ita eſt: Darmit Stede und ein jeder in der Landſchopp bey older Freyheit und Gerechtigkeit gehandhabet werden. Certe in Rev. Capituli Bremenſis inſtructione, quæ conſenſu Statuum emiſſa eſt de modo collectarum a. 1577. cives nobilibus & clero ratione immunitatis a collectis æquiparantur, in hæc verba: in dem freyen Regiſter, jedoch Geiſtliche, Adeliche und Bürgerlichen Standes-Perſonen ausbeſchieden. In Concluſo comitiali de a. 1580. in perſonis immunibus, qui ad collectas Turcicas tum temporis tamen contribuerunt, civitates cum clero & ordine equeſtri recenſentur. Ex quo quidem intelligitur, in Ducatu Bremenſi cives eadem immunitate a collectis uti, qua nobiles & Clerus.

## §. XIII.

Illuſtratur. Non poſſum non hanc in rem adjicere, quod cives quoque exemplum nobilium ſecuti bona obnoxia ruſticorum a ſeſe acquiſita a tributis eximere ſeculo XVI. tentaverunt, arbitrati, immunitatem rei ex immunitate poſſeſſoris æſtimari. Ob quam rem Henricus Archi-Epiſcopus d. 1. Sept. 1570. ita reſcripſit: Was Unſere auch lieben Getreuen Bürgermeiſter, Hauptleute, ſamt alle gemeine Ingeſeſſene Unſers Alten Landes auf giſtrigem Unſerm Bremiſchen gehaltenen Land-Tage zum Steingraben abermals ganz unterthänigiſt und zum höchſten von wegen etzlich güter in unſerm Alten Lande . . . . davon je und allewege Landpflege, Schatz und Schulde geſchen und gegeben, und itzund von den Einwohnern zu Stade und Buxtehude daraus gezogen werden wollen, ſich beclagt, das habt ihr inliegende zu vornehmen. Wann wir nun berichtet ſein, daß dennoch Unſer Alte Land zu dem letzt vorſchriebenen Sechzehenden Pfennig-Schatz oder Türcken-Steuer ein anſehnlichs contribuiret, und do dieſer Ingang mit Befreyung berührter Baurpflichtigen Güter alſo gemacht werden ſollte, inn künftigen Zulagen und Steuren ein groſſer Abbruch uns und unſerm Erz-Stifft hieraus zu beſorgen, darum bevelen Wir euch hiemit ernſtlich, Ihr wollet von ſtunden die jüngſtmals eingeſtalten Pfunde itzund wiederum fordern, dann wir mit nichten geſtatten wollen, daß einer für dem andern wieder alten Gebrauch in berührten Zulagen ausgezogen, oder einige

ge Freyheit des Orts in Unserm Alten Lande haben, sich deren machen, oder berühmen soll ꝛc. In eandem rem Henricus Archi-Episcopus d. 16. Jul. 1583. ad Graviones, Consules & Centuriones Veteris terræ ita rescripsit: Als Uns bey Zeit Unserer von GOtt gegönnter und anbefohlner Regierung vielfache beschwerliche Clagen fürkommen, welicher gestalt die von Adel, so wol auch in den Städten gesessene Bürgere etzliche Baurpflichtige Gütere allhie in diesem Unserm Erz-Stiffte gekaufft haben, und noch täglich an sich zu bringen, dieselbige aber für freye und Rittermäßige zu machen unterstehen, und zu nicht geringem Nachtheil erwehntes Unsers Erz-Stiffts und sonderlichen merklichen Bedrück der andern armen Unterthanen auf dem Lande davon Schatz und Schulde, gleichwie die vorigen possessores und derselben anbenachbarte gethan, zu contribuiren sich sperren und weigern sollen, So begehren Wir gnädigst und bevehlen euch darneben bei den eiden und pflichten, damit Ihr uns und unserm Erz-Stiffte zugethan und verwandt seidt, hiemit ernstlich, Ihr wollet euch mit sondern Vleisse erkunden, und sonsten bei andern erforschen, was an Baurpflichtigen Gütern von denen von Adel und Bürgeren aus Unserem Lande zu Kedingen inwendig 20. Jahren disfalls mügen aufgekauft sein, bis auf itzt noch von ihnen für schatzfreye und exemte Güter gehalten werden, und dann volgends uns davon eine designation und Verzeichnus zum schleunigsten zuschicken ꝛc.

## §. XIV.

Denique illud quoque pro Nobilibus & civibus faciebat, quod secundum modum contribuendi eum, qui adhuc obtinet, tributarii homines, qui bona immobilia propria non habent, de ceteris fortunis & opibus suis contribuunt, ut bonorum immobilium domini de bonis contribuunt, equites autem & cives immunes permanserunt, sed & ratione bonorum immunium jam olim a collectis provincialibus absoluti sunt. Inprimis autem illud faciebat, quod adversarii in regula immunitatem eorum ipsi agnoscerent. Adjectio.

## §. XV.

Summum igitur Tribunal Cellense secundum Equites & civitates in ea causa pronuntiavit. Quæ sententia in hunc modum concepta est: In Sachen der gesammten Marschländer Herzogthümer Bremen, Klägere an einem, entgegen und wider die Land-Stände derer Sententia summi Tribunalis Cellensis.

derer Herzogthümer Bremen und Verden, Beklagte an andern Theile, wird auf die sowol bey Unserer Geheimten Rath-Stube zu Hannover, als bey Unserm Ober-Appellations-Gericht hieselbst eingekommene Sätze, diesen, und denen bey dem Königlichen Schwedischen Tribunal zu Wismar ehedem verhandelten Actis gemäß von Uns **Georg dem Andern**, König ꝛc. zu Recht erkannt ꝛc.

Was denn ferner den 3ten Punct anlanget, nemlich den Beytritt derer freyen Stände zu demjenigen, was über 12000. Rthlr. Monatlich an Contribution zu Aufrechthaltung des Staats erfordert wird;

Alldieweilen vermöge derer bey denen ehemaligen Wißmarschen Actis befindlichen Land-Tags-Abschiede, Protocollorum, Verträge und anderer von Klägern selbst übergebenen Uhrkunden Beklagte freye Stände von je her von denen Land-Steuren sowol wegen ihrer freyen Güter, als Personen und übrigen Vermögens an sich frey, dahero auch ordentlicher Weise so wenig dem Pflug- als Sechzehen Pfenning-Schatz, welcher doch nicht allein die liegende Gühter, sondern auch das übrige Vermögen und Habseligkeit betroffen, unterworffen gewesen, ferner auch, bey verändertem Schatz-Wesen und eingeführter jetziger Art zu contribuiren, zwar andere Besitzer liegender Gründe von ihren Ländereyen nach Morgen-Zahl steuren und die übrigen Schatzpflichtige von ihrer Habseligkeit beytragen müssen, hingegen Beklagte Stände auch hier frey geblieben, und wegen ihrer freyen Güther in der Wißmarschen Urthel von 26. Oct. 1672. von denen Land-Steuren absolviret worden, Klägere Marschländer auch selbst nicht einst behaupten, daß Beklagte Stände zu denen a. 1663. mit Königlicher May. von Schweden verglichenen Monatlichen 12000. Rthlr. mittelst einer Personal-Steuer beyzutreten schuldig, sondern es nur auf die von Unserer Regierung anjetzo über solche 12000. Rthlr. nach dem Fuß der Contribution angelegte Summe ankommt, mithin aus obigem allen erscheinet, daß Beklagte Stände auch für ihre Personen und übriges Vermögen ausserhalb ihren freyen Gütern bey Land-Steuren ordentlicher Weise und der Regul nach für frey zu halten, und Klägere sie in so fern selbst dafür erkennen, und sich nebst übrigen Schatzpflichtigen zu Aufbringung des ehemahligen Ordinarii der Monatlichen 12000. Rthlr. mithin folglich zu dem ordentlichen Unterhalt des Staats selbst allein verpflichtet halten, dasjenige aber, was Kläger zu Begründung einer Ausnahme gegen obige Regul in Ansehung der über die 12000. Rthlr. erfordernden Contribution vorgebracht

bracht, nicht so beschaffen, daß dieser alben Klägere ihres Orts derer Beklagten Beytritt zu erfordern, für befugt zu achten, am wenigsten sie ein beständiges Recht dazu haben, inmassen aus denen Freyheits-Briefen der Ritterschaft und der darauf sich beziehenden Wißmarschen Urthel vom 25. Oct. 1673. ein mehrers nicht zu schliessen, als daß es von Uns als Landes-Fürsten und Unserer Landes-Regierung abhange, nach Befinden und Beschaffenheit derer Zeiten und aller besondern Umstände auch von denen Beklagten freyen Ständen einen Beytritt zu denen allgemeinen Bedürfnissen zu begehren, gestalten denn auch die in denen Jahren 1690. und 1691. ergangene Königl. Schwedische Rescripta samt dem Commissions-Recess von 1692. und dem ferner am 16ten Oct. 1696. an den Ober-Cammerier Franken von weyland König Carl des XIten Maj. abgelassenen Schreiben keine andere Ausdeutung leiden, als daß nach denen damaligen von Ständen und Marschländern kurz vorher als im Jahr 1689. zu Stockholm vorgestellten Umständen der Schatzpflichtigen Unterthanen und des Landes der im Staat sich über die monatlichen 12000. Rthlr. und sonst eräugende Mängel nicht von denen Schatzpflichtigen allein, sondern zugleich von allen Unterthanen zu übernehmen sey, und aus der Resolution von Lais d. d. 21. April. 1701. als welche sich bloß auf die vorhergehenden Rescripta de 1691. & 1696. gründet, ein mehrers mit rechtlichem Grunde auch nicht behauptet werden mag, mithin auch die nachherigen Regierungs-Verordnungen nicht anders, keinesweges aber auf etwas beständiges auszulegen stehen, Klägere auch anneben schuldig sind, wenn dererselben Vorstellung gegen ein und andere Anlage und Verfügung von Unserer Regierung nicht für zureichlich angesehen wird, denen alsdenn zu treffenden Land-Tags-Conclusis auch hierin sich zu unterwerfen, solchemnach Klägere dasjenige nicht ausgeführet, was ihnen in der Wißmarschen Urthel vom 5. Julii 1700. und deren Confirmatoria vom 4. Julii 1701. annoch auszuführen, vorbehalten worden, daß dannenhero so viel den obberegten Beytritt derer freyen Stände betrift, dieselben zwar von derer Klägern gegen sie angestellten Klage zu entbinden, Uns jedoch als Lands-Herren und Unserer Regierung gänzlich frey und bevor bleibe, sowol bey unvermuhteten Kriegs-Nöhten, als andern Noht-Fällen und besondern Umständen oder der Begebenheit nach, gleichwie bereits in dem Privilegio 4to der Ritterschaft ausgedrucket worden, nach Unserm und Unserer Regierung jedesmahligen Ermessen derer Beklagten Hülfe zu

begehren ꝛc. Quæ ſententia deinde in reſtitutionis inſtantia confirmata eſt.

# OBSERVATIO XXXV.

## *De cataſtri legitima confectione ejusque probatione.*

In cauſa der geſamten Marſchländer Herzogthums Bremen contra die Ritterſchaft und Städte daſelbſt, in ſpecie einige Poſſeſſores und Eigenthümer im Lande Kehdingen, in puncto exemtionis, nunc executionis, illud vertebatur, an cataſtra ab actoribus producta ita comparata eſſent, ut tributaria qualitas prædiorum & fundorum in iis conſignatorum inde argueretur. Erat enim actoribus jam olim a Tribunali Wiſmarienſi onus probandi impoſitum. Quæ produxerant illi cataſtra, publica auctoritate conſignata erant a. 1637. Flagitantibus enim Ordinibus provincialibus Dominus Archi-Epiſcopus Commiſſarios & in his judices publicos ordinarios, die Greſen des Landes, in eam rem delegaverat, qui univerſam regionem peragrantes cataſtrum conſignaverant ſubſcripſerantque & deinde in tabulario publico repoſuerant. Inſuper in templis publice denuntiatum fuerat, ut quisque bona ſua profiteretur. Quamobrem qui deinde profeſſi erant, neque, ne ea res ſibi noceret, proſpexerant, per profeſſionem & quod deſcribi bona ſua cataſtro paſſi erant, immunitatem, ſi quam habuerunt, amiſerunt, obligati autem deinde ad præſtandas collectas extiterunt *arg. L. 5. §. 2. ff. de veter. Græven Concl. 60. Lib. 2. Conſid. 6. n. 2. Mevius P. 8. D. 188. n. 1.* Nam in propoſito illud quoque conſtabat, univerſos intentionem & naturam deſcriptionis optime intellexiſſe. Qui enim immunitatem vindicabant, nominatim quoque adjecerant, ſeſe bona hæc immunia eſſe, contendere. Alii ob eam cauſam omnino venire recuſaverant. Erat deinde confectum cataſtrum Domino Archi-Epiſcopo inſinuatum, neque abſimile alii cataſtro, quod in alia parte Archi-Epiſcopatus Bremenſis eodem anno confectum & validum judicatum fuerat. Illud autem inprimis movebat, quod æſtimatio bonorum & diſtributio onerum facta non erat, neque apparebat, collectas deinde ſecundum cataſtra hæc ſolutas eſſe.

Sed

Sed quoniam illud vertebatur, an ex professione tributaria prædia habenda essent, nisi immunitas probaretur, merito visum fuit, professionem sufficere. Summum igitur Tribunal Cellense in ea causa d. 18. Mart. 1741. in hunc modum pronuntiavit: In Sachen der gesammten Marschländer, Herzogthums Bremen, besonders derer Schatzpflichtigen Eingesessenen Landes Kehdingen, an einem, entgegen und wider die Ritterschaft und Städte daselbst, besonders einige *in Actis* benannte Besitzer und Eigenthümer im Lande Kehdingen, Imploraten, am andern Theile, in puncto exemtionis, nunc executionis, wird auf die bey dem Königl. Schwedischen Ober-Appellations-Gericht zu Wißmar ehedem verhandelte Acta, auch allhie geschehenes Vorbringen von Uns, Georg II. V. G. G. König ꝛc. in instantia Revisionis damit zu Recht erkannt: . . . daß die beyden herbeygeschaften Schatz-Beschreibungen des Landes Kehdingen vom Jahr 1637. so Freyburgischen als Butzflechtischen Theils in Ansehung derer von denen Besitzern darinn angegebenen eigenen Ländereyen, zwar für gültig anzunehmen, mithin was davon aus dem Schatz gezogen, denen in der Haupt-Sache ergangenen Erkenntnissen gemäß wieder darunter und in behörigen Steuer-Anschlag zu bringen, dahingegen in Ansehung des darinn aufgeführten Gutsherrlichen und von denen Gutsherren nicht selbst angegebenen, oder auch unter vermeynter Exemtion, und ohne eigentlich geschehener Profeßion verzeichneten Landes gemeldte Beschreibungen unzureichend bleiben ꝛc.

# OBSERVATIO XXXVI.

## *De fundanda actione negatoria utili, si jus pascendi negetur, fundi autem proprietas penes actorem non sit.*

In causa derer Eingesessenen zu Altenhagen, Bostel, Garsten und Lachtehausen, contra die Eingesessenen zu Alvern, actores negabant, reis jus esse, pecora in regione quadam pascendi, quæ ad se potiori jure, quam ad reos pertineret. Actio hæc instituta negatoria erat utilis. Nam etsi proprietas ejus fundi & regionis ad Principem, terræ dominum, potius pertineret, tamen ad exemplum Publicia-

næ utilis negatoria actio deneganda actoribus non erat, si ostenderent, fundum ad se potiori jure, quam ad reos pertinere, arg. *L. 11. §. 1. ff. de Public. in rem act.* Illud inprimis quærebatur, quid ad fundandam actionem utilem negatoriam ostendere actores oporteret. Constabat, reos quasi in possessione juris pascendi constitutos esse, secundum quos in possessorio quoque pronuntiatum erat. Judex igitur primæ instantiæ illud discutiebat, quem terminum in pecore ægro & morboso partes hactenus servassent, & cui præterea jus lignandi & fodiendæ terræ combustilis in eo loco competeret, wo Partes, wenn sie ungesund Vieh hätten, ihre Nohtschnede hätten, ob Klägere oder Beklagte mit ihrem ungesunden Vieh an den streitigen Ort kämen, wer das Torf-Stechen an dem streitigen Ort exercire, ob Beklagten an dem streitigen Orte auch wohl Holz angewiesen würde, oder sie dazu berechtiget wären. Cumque constaret, actores, non reos, pecus ægrum & infirmum in eo loco pascere, & jus lignandi quoque solos habere, terræ fossilis autem copiam non suppetere, judex primæ instantiæ secundum actores pronuntiavit, & reos jussit probare, jus pascendi sibi competere. Curia autem provincialis Cellensis, appellatione interposita, pronuntiavit actionem negatoriam utilem aliter fundandam esse, in hunc modum, ut actores probarent, jus saginandi & glebas fodiendi ipsis solis hucusque semper competiisse, & in formandis novis pratis eos solos rogatos esse. Quæ sententia d. 1. Sept. 1731. hujusmodi fuit: Daß die von dem Judice a quo den 4. April. 1730. abgesprochene Urthel dahin zu reformiren: Würden Appellaten, daß sie in dem so genannten Flacken-Brock und Haber-Lande den Plaggen-Hieb und Mastung privative und mit Ausschliessung der Appellanten bishero beständig exerciret, item daß bey Ausweisung neuer Wiesen in locis quæst. sie Appellaten allein zuvor befraget und ihre Einwilligung allein dazu erfordert werde, gegen nächste Extraordinaria, wobey jedoch denen Appellanten ihr Gegen-Beweis und andre rechtliche Nohtdurft vorbehalten bleibet, gehörig erweisen, soll so dann ferner in der Sache ergehen was Rechtens ꝛc. A qua sententia cum rei ad summum Tribunal appellarent, rejecta est appellatio d. 13. Nov. 1731. his verbis: Weilen das in der Urthel a qua injungirte probandum so viel in sich hält, als zur Qualificirung der angestellten Negatorien-Klage vonnöhten, einfolglich implorirende Gemeine zu gravaminiren, im geringsten

tingsten keine Ursache hat, so kan dem Appellations-Gesuch nicht deferiret werden.

# OBSERVATIO XXXVII.

## *An negatoria directa vel utili conventus quasi in possessione juris constitutus ab onere probandi liberetur.*

Extant hanc in rem tot tantæque doctissimorum Jureconsultorum in utramque partem disputationes, ut addi vix quidquam possit. Sed verior sententia illa videtur, secundum quam reus conventus, etsi quasi in possessione juris constitutus nihilominus de jure suo docere debet. Quam in rem Dn. *Augustinus Leyserus* in *Meditationibus ad Pandectas Vol. 2. Spec. 109. med. 5.* duas potissimum rationes affert, scilicet, quod negantis simpliciter nulla sit per rerum naturam probatio, & deinde, quod is, qui liberum dicat prædium suum, in fortissima juris præsumtione nitatur, atque adeo, si probatione oneraretur, non aliud quid, quam præsumtionem istam, tanquam liquidissimam probationem allegare necessum haberet. Alteram *Thomasius*, alteram Leyserus infirmam putavit. Sed profecto qui dominus rei est, vel jure communi nititur, tam diu jus habet prohibendi, ne alter in dominio vel alio jure se impediat, donec limitatio dominii & jus contra dominum ostendatur. Adeoque sane in ipsa probatione dominii jus prohibendi actoris comprehenditur. Præterea autem non minus recte dicetur, appellationem negatoriæ actionis satis ostendere, ut sufficiat negare, jus reo esse, ita faciendi. Plane exceptio quoque non numeratæ pecuniæ ideo hoc nomine venit, quia reus diceret, tu te numerasse ostende, ut in Observatione de exceptione non numeratæ pecuniæ ostendi. Ex quo intelligitur, juris rationi id congruere, quamvis non dixerim, utique omnem negationem in adversarium onus probandi transferre. Nec movet, quod personæ in servitute vel libertinitate constitutæ ad libertatem aut ingenuitatem provocantes, liberos se vel ingenuos esse, probare debent. Nam ii quidem naturali tantum præsumtione juvantur, neque ve-

ro in ipſa provocatione ad libertatem vel ingenuitatem oſtenditur, jus eos contradicendi habere, quia nondum probarunt, ſeſe liberos vel ingenuos eſſe. Quod in negatoria aliter ſe habet, quippe, ut dixi, dominio probato jus quoque prohibendi manifeſtatur. Summum igitur Tribunal Cellenſe ſemper ſecundum hanc ſententiam pronuntiavit, non tantum in ſervitutibus, ſed & in aliis ſimilibus cauſis, cum contra regulam exemtio prætenderetur, ut in exemtione a collectis & hujusmodi. Quam in rem extant noviſſima præjudicia in cauſa des General-Lieutenant von Klinkowſtroem Wittwe tutorio nomine ihres Sohnes contra den Advocatum Cameræ D. Otto Roſenbruch in puncto des Torf-Grabens in der Taveley und Wulfelage, item in cauſa Friderich von der Horſt, Probſt zu Levern, contra Johann Rolf und Johann Henrich Meyer in puncto des Zehent-Einſcheurens.

# OBSERVATIO XXXVIII.

## *De jure patronatus.*

### §. I.

Inveſtitura parochorum.

Beneficia eccleſiaſtica naturam feudorum a multis retro temporibus habuerunt & patroni olim eccleſias tanquam domini directi præſentatis poſt approbationem contulerunt eosque deſuper inveſtiverunt. Vid. Dn. *Bœhmer J. Eccl. Proteſt. T. 2. L. 3. tit. 5. §. 52. 54. ſq. T. 3. L. 3. tit. 37. §. 75. & tit. 38. §. 99.* Qui & annotavit, in ordinationibus Saxonicis patronum adhuc dominum feudalem vocari. Conveniens eſt, quod hanc in rem obſervavi ex Actis Advocati Cameræ Bremenſis contra die Gerichts-Intereſſenten auf dem Delm, in puncto juris patronatus zu Abenſen, Decanum Capituli S. Andreæ Verdenſis eundemque patronum eccleſiæ in Abenſen, Ducatus Bremenſis, poſt Reformationem a. 1557. novum parochum eccleſia inveſtiiſſe & jurejurando corporali adegiſſe, ut receperit, verbum divinum recte ſe profeſſurum & rem eccleſiæ promoturum, pro laudemio autem tum temporis cadum cereviſiæ Hamburgenſis, eine Tonne Hamburger Bier, accepiſſe. Et hæc collatio dicta eſt die Belehnung mit der Pfarr, quæ loquendi ratio

adhuc principio ſeculi decimi ſeptimi & circa medium ibidem obtinuit.

## §. II.

Varia ſunta ſingularia.

Jus hoc patronatus Decani Capituli S. Andreæ omnino multa ſingularia continuit, quæ ne patronis quidem eccleſiaſticis neque Jure Canonico, neque ſecundum noſtrum Jus Eccleſiaſticum permittuntur. Principio collator Decanus fuit, quæ conferendi poteſtas tamen a Prælatis conſuetudine acquiri poteſt. *Corvin.* Aphor. Jur. Can. L. 2. tit. 29. §. 25. *Petr. Gregor. Tholoſ.* Synt. Jur. univ. L. 17. C. 7. n. 5. 7. 17. Tum jurejurando parochum adegit, qui actus ceteroquin merus Epiſcopalis eſt, vel ejus vicarii generalis. Dn. *Bœhmer J. Eccl. Prot. T. I. L. I. tit. 12. §. 23. 24.* Deinde a. 1600. de parochia in caſum mortis vacatura providit, quæ poteſtas ordinario collatori, multo magis patrono denegatur, & ſummo Pontifici, vel apud nos Principi reſervatur. *Bœhmer J. Eccl. Proteſt. T. 2. L. 3. tit. 7. §. 8.* Præterea Capitulum tanquam magiſtratus eccleſiaſticus parochum a. 1600. ad ſe citavit, ille autem coram Capitulo comparuit. Tum Decano Capitulum eo tempore facultatem tribuit, rationes eccleſiaſticas diſcutiendi, ſed & plenam viſitationem eccleſiaſticam, quæ jure Proteſtantium Eccleſiaſtico domino territorii adſignatur, patrono neutiquam concedi-tur. Atque adhuc a. 1635. viſitationem eccleſiaſticam Capitulum in omnes eccleſias ſuas Ducatus Bremenſis inſtituit. Contendit quoque eo tempore Capitulum contra Grafiones ſeu Judices provinciales terræ veteris Bremenſis, ſe ex antiqua conſuetudine in viſitationibus eccleſiaſticis delicta minora in eccleſiis, vel cœmeteriis ædibusque paſtorum & cuſtodum commiſſa ſemper coercuiſſe. Sed & jus deſtituendi miniſtros eccleſiæ & ſcholarum, adeoque plenum Jus Epiſcopale ſibi ex conſuetudine competere, Capitulum tum temporis contendit. Sed jure, an injuria, non dicam. Certe ratio non patitur, Conſiſtorium Principis in iis excludi, quæ ad ſalutem eccleſiæ pertinent. Neque hodie patrono tanta poteſtas, præſertim privative, concedi poteſt. Nec putaverim, alios patronos eccleſiaſticos vel Laicos tantundem juris exercuiſſe.

OBSER-

# OBSERVATIO XXXIX.

## *De jure parochianorum in ſubſellia templi.*

Fere viſum fuerat, conſenſu Conſiſtorii Regii Bremenſis & parochianorum, ob majorem ſacrorum commoditatem ſublatis priſtinis ſubſelliis eccleſiam vici cujusdam aliter diſponere & nova ſubſellia alio plane ordine diſponere. Fieri igitur non poterat, ut quisque eundem locum poſtea occuparet, quem antea occupaverat. Nam primum quidem multi ſedilia ſubſelliis affixa, quæ Klappen vocantur, tenuerant, quæ ſedilia alio ſubſelliorum ordine conſtituto ſubſiſtere non poterant. Deinde nonnulli antea primum locum in ſubſellio quodam habuerant, nunc autem eodem producto medium forte occupabant. Accedebat illud, quod honeſtatis gratia ſeparandæ mulieres a maribus eſſent, & ſubſelliorum copia in gratiam mulierum antea defecerat. Illi autem, qui primum antea locum tenuerant, ſimiliter primum locum in novis ſubſelliis vindicabant, qui autem ſedilia habuerant, novum ſubſellium eodem loco poſitum ſuum eſſe contendebant, alii querebantur, ſua ſubſellia ſibi ſublata eſſe & ad uſum mulierum deſtinari. Allegabant in ea re poſſeſſionem immemorialem, & quanquam longe commodiora iis ſubſellia adſignata invicem fuerant, tamen cedere nolebant, ſed priſtinum locum vi occupabant & denique ad ſummum Tribunal Cellenſe appellabant. Viſum autem ſummo Tribunali fuit, immemorialem poſſeſſionem, etſi probaretur, actoribus & appellantibus nihil opitulari. Nam quod ad eos pertinet, qui primum locum in ſubſellio amiſerant, eorum petitio ambitioſa erat, nullo colore juris ſuffulta, quia eundem locum retinuerant, quo antea collocati fuerant. Sed nec illi, qui ſedilia antea in loco quodam habuerant, diſpoſita nunc ibidem ſubſellia vindicare poterant. Sublata enim ſedilia & priſtina quoque ſubſellia conſenſu parochianorum erant, & quamvis antea jus in ſedilibus priſtinis habuiſſent, quale uſufructuario competit, *Bœhmer Jus Paroch. S. 5. C. 2. §. 2. Brunnem. J. Eccl. L. 2. C. 2. §. 11.* tamen nec areæ templi, nec ſedilium dominium ad eos pertinuit, quæ potius ut partes & acceſſoria templi in dominio eccleſiæ fuerunt. Nova autem iis locis collocata ſubſellia utpote ab eccle-

ecclesiæ præfectis & in area ecclesiæ constructa omnino ecclesiæ propria erant. Igitur jus, quod antea in sedilibus illi habuerant, ad modum ususfructus vel usus, mutatione rei, præsertim voluntate ipsorum facta, amiserant, arg. *L. 5. §. 2. 3. L. 10. pr. & §. 11. sq. L. 12. ff. quib. mod. ususfr. am. L. 8. pr. ff. quem. serv. am.* Oportebat præterea ceteros quoque ut socios ex regulis societatis totius cœtus ecclesiastici rationem habere, & cum æqua sibi imperarentur, præfectis ecclesiæ obsequi & parere. Aequum autem erat, ut ecclesiæ præfecti inopiam subselliorum muliebrium supplerent, & honestatis gratia mares a fœminis separarent, cum commoda invicem subsellia alio loco suppeditarentur. Quod quoniam e re totius cœtus ecclesiastici erat, & necessitas ita exigebat, injuria dici non poterat, non magis, quam quod domino ædium in casu improvisæ necessitatis permittitur, ante finitos conductionis annos a contractu locationis recedere. Summum igitur Tribunal in ea causa Harm Bargfreden und andrer Eingepfarrten zu Visselhöve, Amts Rotenburg, contra Peter Vajen, ietzo Prediger, Juraten und Vorsteher der Kirche daselbst wegen Eintheilung der Kirchen-Stühle d. 8. Decembr. 1742. pronunciavit in hunc modum: Weilen Appellanten mittelst derer verschiedentlich angeordneten Commißionen bereits vorhin gnugsam gehöret worden, aus denen abgestatteten Commissarischen Berichten aber offenbar zu Tage lieget, daß theils dieselben ihre vorigen Stellen nicht einst, sondern nur einen eitlen Vorsitz verlohren, theils Appellanten nur Klappen gehabt, welche jedoch bey Veränderung der Kirche eingegangen, und die dagegen gebaueten neuen Stühle keinesweges denen Appellanten gehören, überhaupt aber Appellanten vorgekommenen Umständen nach, auch besonders guter Ordnung willen, allerdings schuldig sind, der gemachten billigen Eintheilung sich zu unterwerfen, und mit denen in dem neuen Anbau ihnen angewiesenen Stellen sich zu vergnügen, mithin zur Gnüge erscheinet, daß Appellanten aus blossem Eigensinn dagegen sich gesetzet, daß dannenhero übel appelliret und wohl verabscheidet, mithin es bey Unsers Bremischen Consistorii Decreto vom 12. Martii 1739. schlechterdings zu lassen, und solches zu bestätigen, Appellanten auch denen Appellaten alle durch diesen Rechts-Streit verursachte Kosten nach richterlicher Mäßigung zu erstatten schuldig ꝛc.

# OBSERVATIO XL.

## *De Pactis.*

### §. I.

Pacta causam vel conditionem paciscendi turpem legibusque adversam continentia nulla sunt.

Inter omnes constat, pacta hodie, non minus quam contractus, valere. Qua in re juris quidem naturalis simplicitatem sequimur. Sed quemadmodum Prætor ait: *Pacta conventa, quæ neque dolo malo, neque adversus Leges, Plebiscita, Senatusconsulta, Edicta Principum, neque quo fraus cui eorum fiat, facta erunt, servabo*, L. 7. §. 7. ff. de pact. ita nos quoque secundum jus naturæ dicemus, pacta, quæ causam vel conditionem paciscendi turpem & legibus vel naturalibus vel civilibus contrariam contineant, nullo modo servanda esse, quia jus, ex quo firmitas pactorum oritur, sibi ipsi repugnare nequit. Et ita summum Tribunal Cellense pronuntiavit d. 27. Maji 1741. in causa Johann Heinrich von Heimbruch zu Barste contra Hedwig Ilse von Heimbruch, nun vereheligte Zieglern, in hunc modum: Die Haupt-Sache aber betreffend, nachdem der zwischen beyden Theilen am 13. Februarii 1736. unter sich eigenmächtig errichtete Ehescheidungs-Vergleich denen gemeinen und Landes-Rechten schlechterdings zuwieder, mithin für null und nichtig zu achten, auch dahero die damit verknüpft gewesene Auslobung der vier tausend Thaler zu Rechte nicht beständig, noch auf die nachmalige gerichtliche Ehescheidung, da beyde Theile auf solchen Fall überall nicht transigiret gehabt, zu erstrekken, so ist durch Zuerkennung ermeldeter vier tausend Thaler an die Appellatin von Richtern voriger Instanz übel und nichtig gesprochen, wohl davon appelliret, einfolglich Sententia a qua hierinn wieder aufzuheben, und Appellant von sothaner Forderung der vier tausend Thaler gänzlich zu entbinden ꝛc.

### §. II.

Pacta bonæ fidei sunt.

Omnino dicendum est, pacta hodierna moribus & legibus probata bonæ fidei esse. Ex æquo enim & bono obligatio ea descendit, neque aliam civilia jura firmitatem pactis dederunt, quam jus naturæ. Quamobrem ex utraque parte viri boni officia merito observanda sunt & naturalis æquitas custodienda. Confer. Liber noster de culpa P. IV. C. I. §. XVIII. sq. Quæ igitur in negotiis bonæ

bonæ fidei obtinent & in jure civili ex æquitate naturali expreſſa ſunt, ad pacta noſtra ſuo jure transferuntur.

## §. III.

Si admittimus, pacta omnia fidei bonæ eſſe, & ab utroque pacíscentium viri boni officia exigi, illud merito ſtatuendum eſt, ut ſi quis forte ex temeritate vel imprudentia promiſerit, quod promiſſori maxime damnoſum fuerit, vel ſi deinde circumſtantiæ hujusmodi emergant, ut promiſſor ſine gravi rerum ſuaram dispendio fidem liberare non poſſit, præſtito eo, quod alterius interſit, liberetur, neque utique ad ſervanda promiſſa adigatur. Nam certe, ſi id quod intereſt, præſtatur, alter de damno conqueri nullo modo poteſt. Quod ſi autem præterea promiſſa utique eum graviſſimo alterius diſpendio ſervari poſtularet, aliter faceret, quam virum bonum decet, quem fas eſt, ex aliena felicitate voluptatem, ex damno & calamitate dolorem capere. Quod tanto magis dicendum eſt, cum nulla commutatio juris exiſtit, neque promiſſor invicem aliquid recipit. Quo caſu, ſi nulla cauſa lege naturali probata ſubſit, merito dicendum eſt, ſufficere, ſi damnum in patrimonio nullum incurrat, neque contra viri boni officia locupletandum quenquam cum damno alterius eſſe. Et hactenus placet, quod *Leibnitius* in Collectione Kortholtiana P. 3. n. 27. p. 235. ſcripſit: *Sane nulla ratio efficit, ut omne pactum nudum præciſe adimplendum ſit; cum ſcilicet nulla ſubeſt cauſa debendi, nullus fons obligationis in rebus ipſis. Equidem promiſſis alios ludificans, injuriarum tenetur naturæ jure . . . Sed nec imprudentiam hac in re plane impune feret ineptus & levis pactator in alios peccans . . . Sed etſi omnis culpa abſit, paciſcens indemnitatem quandam ei debet, qui pacti fiducia ad aliquid ſibi noxium inductus eſt. Sed in his omnibus συνάλλαγμα ſubeſt. Ut vero ex nudis verborum laqueis ad exitioſas rebus ſuis præſtationes teneatur aliquis, adeo non admitto, ut coercendum etiam putem aliquando, tanquam inſidiatorem vel calumniatorem, qui inde in aliorum perniciem graſſatur. Nec video, quomodo ex natura voluntatis ab uno declaratæ, ab altero acceptatæ demonſtrari poſſit, neceſſe eſſe, ut alius fiat locupletior ruina rerum tuarum.* Idem c. l. p. 237. ſcribit ſic: *Ut quæ ſemel, ſeria quantumvis voluntate, placuerunt, ſemper placeant, non poteſt exigi in rebus humanis,*

An aliquando præſtito eo quod interſit, vel & reparato damno promiſſor liberetur.

*nis, non magis quam pontificia votorum observatio. Non facile admittendum est, ut acta inania reddantur, potest hoc tamen magna ratio exigere, & tunc sufficit, eos, quorum interest, indemnes præstari, ita nemo habebit, cur queratur. ... Ceterum, ut dixi, non de simplici substantiæ diminutione agitur, ubi præstat, damno puniri imprudentem, quam longa ejus, quod interest, discussione utrumque, sed de magna jactura, ubi injuria est imprudentiæ pœna, præsertim si alter non nisi de lucro certet. Itaque hic non valet illud jactatum: imputet sibi, qui erravit. Jura ad servandos, non ad perdendos homines nata sunt.* Sed circa imprudentiam commodius forte responderi ita poterat, ex culpa non aliam obligationem nasci, quam ut sarciatur damnum resque eo deducatur, quo ante commissam culpam fuit, ut in commentatione de Culpa P. IV. C. I. §. XXVIII. plenius ostendi. Neque vero ab hac sententia leges civiles abhorrent. Nam ideo certe ob necessitatem domini ante finitos conductionis annos cedere conductorem oportet, si dominus ædes propriis usibus necessarias esse probaverit, aut corrigere domum maluerit. *L. 3 C. de loc. & cond.* Et omnia in contractibus bonæ fidei a viro bono æstimantur. Qua de re plura extant in Dn. *Reinharth* diss. *de pœnit. un. part. ob moram vel perfid. alter. in contract. nomin. exule. S. 1. §. 12.*

## §. IV.

An pœnitentia admittatur.

Quæro, an in pactis hodiernis pœnitentia admittatur. Et siquidem admittimus, pactorum jure gentium & quo utimur, obligationem solo consensu perfici, utique non dicemus, unius pœnitentia pactum revocari posse, nisi forte gravissima causa adsit, de quo §. III. dixi. Quod Romani quoque in contractibus nominatis, præsertim iis, qui consensu fiunt, secuti sunt, de quo nuper adhuc bellissime tractavit Dn. *Reinharth* in diss. *de pœnitentia unius partis ob moram vel perfidiam alterius in contractibus nominatis exule.* Sed quod in contractibus innominatis pœnitentiam illi permiserunt, ut qui dederit, re integra datum repetere possit, si indemnis alter præstetur, recte quidem Romani, qui non aliter quam secuta causa contractus actionem dabant, ex solo autem consensu negabant. Quod ad nostra pacta transferri nequit. Neque indulgentiæ viri boni convenit, ut ob moram vel perfidiam alterius statim a promissis ipse quoque recedat. Igitur ex pacto hodie, etiam-

etiamsi alter in mora sit, vel fidem pacti ruperit, non ad dissolvendum pactum, sed ad implendum, & id quod interest, agemus.

## §. V.

An is, qui in mora fuerit, emendata mora ad agendum admittatur.

*Illud* tamen quæri potest, an si quis in mora ipse sit, nec statuto tempore promissis satisfecerit, nihilominus deinde satisfacere paratus ad servandam pacti fidem agere possit. Sed si obligatio adhuc subsistit, merito dicendum est, nisi exceptione doli mali repelli possit, oblato eo, quod forte interfit, actoris intentionem recipiendam esse. Et ita meo arbitratu *L. 135. §. 2. ff. de Verb Oblig.* commodissime explicabitur, ut, si non multum post obtulisset, nec mulieris quicquam propter eam moram interesset, omnino admittatur, ceterum si ob moram interfit, non aliter, quam si id quoque, quod interest, præstetur. Atque emendari moram posse, ut superior mora extinguatur, perbelle in *L. 91. §. 3. ff. de Verb. Oblig.* expressum est sic: *si vero moratus fuerit tantum, hæsitatur, an si postea in mora non fuerit, extinguatur superior mora? Et Celsus adolescens scribit, eum, qui moram fecit in solvendo Sticho, quem promiserat, posse emendare eam moram postea offerendo: esse enim hanc quæstionem de bono & æquo: in quo genere plerumque sub auctoritate juris scientiæ perniciose, inquit, erratur. Et sane probabilis hæc sententia est, quam quidem & Julianus sequitur, nam dum quæritur de damno & par utriusque causa sit, quare non potentior sit, qui teneat, quam qui persequitur.*

## §. VI.

Quid si post moram commissam mihi deinde pactum plane non expediat.

Quid si post moram commissam mihi deinde pactum plane non expediat, ut si statuto tempore aliqua re opus habeam, deinde minime indigeam, merito dicendum est, moram nocere, neque ad implendum pactum recte agi. Neque enim æqui & boni ratio permittit, ut ob moram alterius damno vel incommodo afficiar. Putem igitur eo casu agentem exceptione doli mali repelli.

## §. VII.

Quid si post moram alterius non æque promissis, ut antea, satisfacere possim?

Quid autem si post moram alterius non æque promissis, ut antea, satisfacere possim? Certe quia mora unicuique sua nocet, ad

cultas præſtandi exiſtat. ad ſervandas priſtinas conditiones adigi non poſſum. Adeoque & hoc caſu agenti doli mali exceptionem obſiſtere putem.

# OBSERVATIO XLI.

## *An conventiones utriusque partis diſſenſu diſſolvantur.*

### §. I.

Obligationes jure Romano quatenus contrario conſenſu tollantur. Obligationes, quæ ſolo conſenſu contrahuntur, utriusque partis contraria voluntate diſſolvi, notiſſimi juris eſt. Nihil enim tam naturale eſt, quam eodem modo quid diſſolvi, quo colligatum ſit. *L. 35. ff. de Reg. Jur. L. 80. ff. de ſolut.* Oportet autem re integra fieri, antequam unus contrahentium aliqua ex parte præſtiterit, quod in obligatione ſit. §. 4. *I. quib. mod. toll. oblig.* Paulus in L. 3. ff. de reſc. vend. *emtio & venditio ſicut conſenſu contrahitur, ita contrario conſenſu reſolvitur, antequam res fuerit ſecuta.* Pomponius in L. 2. eod. *poteſt enim, dum res integra eſt, conventione noſtra infecta fieri emtio, atque ita conſiſtit poſterior emtio, quaſi nulla præceſſerit: ſed non poterimus eadem ratione uti poſt pretium ſolutum, emtione repetita, cum poſt pretium ſolutum infectam emtionem facere non poſſumus.* Conf. L. 5. 5. §. 1. *ff. eod. L. 72. ff. de contr. emt. L. 7. §. 6. de pact. L. 85. ff. eod. L. 59. §. 12. ff. de ſolut. L. 1. L. 2. C. quando lic. ab emt. diſced.* Quamobrem eo caſu contractus ſolo conſenſu non reſolvitur, niſi quoque in integrum reſtituta omnia ſint, quæ quis alteri præſtiterit, ut *L. 58. ff. de pact.* plenius declarat. *Ariſtoni hoc amplius videbatur: ſi ea, quæ me ex emto præſtare tibi oportet, præſtitiſſem, & cum tu mihi pretium deberes, conveniſſet mihi tecum, ut rurſus præſtitis mihi a te in re vendita omnibus, quæ ego tibi præſtitiſſem, pretium mihi non dares, tuque mihi ea præſtitiſſes, pretium te debere deſinere, quia bonæ fidei, ad quam omnia hæc rediguntur, interpretatio hanc quoque conventionem admittit. Nec quicquam intereſt, utrum integris omnibus, in quæ obligati eſſemus, conveniret, ut ab eo negotio diſcederetur, an in integrum reſtitutis his, quæ ego tibi præſtitiſſem, conſentiremus, ne quid tu mihi eo nomine præſtares.*

### §. II.

An eo caſu ad re- Igitur nondum in integrum reſtitutis omnibus jure Romano con-

contractus adhuc ſubſiſtit, neque agi ad diſſolvendum, ſed duntaxat ad implendum contractum poteſt, adeo ut quod quis ex contractu præſtitiſſet, non repeteret, ceterum quod in argumentum duntaxat perfecti contractus arrhæ nomine dediſſet, petere non prohiberetur. Et hujusmodi ſpecies in *L. 2. C. quando ab emt. lic. diſced.* tractatur: *Perfectam emtionem atque venditionem re integra tantum pacto & conſenſu poſſe diſſolvi conſtat. Ergo ſiquidem arrhæ nomine aurum datum ſit, potes hoc ſolum ſecundum fidem pacti recuperare. Sin vero partem pretii perſolviſti, ad ea, quæ venditorem ex venditione oportet præſtare, magis actionem, quam ad pretii quantitatem, quam te dediſſe ſignificas, habes.* cuperandum id, quod ex contractu præſtiteris, agas.

## §. III.

Sed hodie pactorum fide admiſſa, etiam ſi contractibus in continenti adjecta non ſint, merito ex ſolo conſenſu contrario actio quoque dabitur ad repetendum id, quod quis antea ex contractu præſtitiſſet. Adeoque *L. 2. C. quando lic. ab emt. diſced.* vix obſervabitur. Quanquam illud merito hodie quoque dicendum eſt, omnia in integrum ex utraque parte reſtituenda eſſe, neque aliter ſolo contrario conſenſu contractus diſſolvi, niſi quidem de modo reſarciendi quoque conventum eſſet, vel reſtitutioni quis renuntiaſſet. Quid moribus.

# OBSERVATIO XLII.

## *De præſcriptione actionis familiæ herciſcundæ vel communi dividundo.*

## §. I.

In *L. 1. §. 1. verſ. Nemo C. de ann. except.* expreſſum ita eſt: *Nemo igitur audeat, neque actionis fam. herciſc. neque communi dividundo, neque finium regundorum, neque pro ſocio. . . . . neque alterius cujuscunque perſonalis actionis vitam longiorem eſſe XXX. annis interpretari: ſed ex quo ab initio competit & ſemel nata eſt & non iteratis fabulis ſæpe recreata, quemadmodum in furti actione dicebatur, poſt memoratum tempus finiri.* Quod quam intelligendum ſit, videamus. Et conſtat, judicia fam. herciſcundæ, communi dividundo & finium regundorum mixta eſſe, & partim ex jure in re, L. 1. §. 1. C. de ann. except. explicatur.

re, partim ex obligatione & præſtationibus perſonalibus deſcendere. Præſtationes perſonales ex obligatione & quaſi ex contractu, non ex jure in re veniunt, & hoc reſpectu actio fam. herciſcundæ vel communi dividundo perſonalis eſt. Sed quatenus ad diviſionem hæreditatis vel rerum communium agitur, vindicatio & actio in rem eſt, qua cohæres vel a ſocio vel cohærede partem ſuam vindicat. Quoad igitur cohæres vel ſocius alterum cohæredem vel ſocium agnoſcit, condominium quoque eum rei communis vel hæreditatis communis agnoſcit. Quamobrem quia communioni non præſcribitur, nec pacto effici poteſt, ut diviſio rei communis tollatur, *L.* 14. §. 2. *ff. comm. divid.* conſtat, legem Juſtiniani eo proferendam non eſſe, ut elapſis XXX. annis a cohærede ad diviſionem agi nequeat. Quod igitur alter non ut ſolus hæres, ſed tanquam cohæres poſſedit, me autem cohæredem vel ſocium agnovit, nec cauſa poſſeſſionis mutata eſt, nihil intereſt, ſive unus hæredum vel ſociorum ſolus poſſederit, ſive minus, ut quidam Ddres diſtinguunt. Vid. *Meier Colleg. Argent. ad tit. comm. divid.* §. 22. qui præſcriptionem procedere putat, ſi ſocius alter caruerit poſſeſſione tanto tempore. Neque enim poſſeſſio, ſed cauſa poſſeſſionis ſpectanda eſt, quam mutare ſibi ipſe nemo poteſt. *L. 3. §. 19. ff. de acquir. vel om. hær.* Et facit huc, quod in *L. 22. C. fam. herciſc.* expreſſum eſt: *Servum communem non conſentientibus cohæredibus, ſed per errorem ad eum, qui poſſidet, pertinere credentibus tenens, cum omnis verus titulus deficiat, ſuum non facit, ſed in eo portiones hæreditarias adſignatas penes ſingulos ſucceſſores remanere manifeſtum eſt.* Verum igitur eſt, quod cum Vinnio & Bœkelmanno Dn. *Bœhmerus* tradit in *Introd. ad ff. tit. fam. herciſc.* §. 13. tum demum præſcriptionem rei communis procedere, ſi unus cohæredum res communes ut proprias bona fide per XXX. annos poſſederit, ſcilicet, ut Bœkelmannus & Vinnius ajunt, pro ſuo. Aliud in præſtationibus perſonalibus dicendum eſt, quo reſpectu actio fam. herciſc. vel communi dividundo exemplo ceterarum actionum perſonalium XXX. annis præſcribi poteſt. Oriuntur autem præſtationes hæ perſonales ex facto adminiſtrationis, §. 3. *I. de oblig. quæ quaſi ex contr. naſc. L.* 25. §. 16. *ff. fam. herc.* veluti ſi ſolus quis ex re communi hæreditaria fructus perceperit, ex quo ad perceptos fructus pro rata communicandos tenetur. Quoties igitur

igitur cohæres vel ſocius ſolus fructus ex re hæreditaria communi percepit, toties nova actio contra eum ad communicandum lucrum naſcitur, non abſimiliter, quam in actione negotiorum geſtorum ex quocunque facto geſtionis vel adminiſtrationis nova quodammodo actio ſemper ad reddendas rationes exiſtit. Quod quidem ſi admittendum eſt, tempus præſcriptionis in præſtationibus perſonalibus non ex initio inceptæ adminiſtrationis, ſed ex facto extremo adminiſtrationis computandum eſt. Alias præſcriptio ad eas tantum præſtationes pertinet, quæ XXX. annos excedunt, non item ad ea, quæ intra tricennium geſta ſunt. Quæ autem hucusque dicta ſunt, ex adductæ L. 1. §. 1. C. de ann. except. verbis quoque convincuntur; *neque alterius cujuscunque perſonalis actionis*, item quod in principio §. 1. continetur: *jubemus omnes perſonales actiones, quas verboſa quorundam interpretatio extra metas XXX. annorum conabatur, XXX. annorum ſpatiis concludi.* Ex quibus verbis ſequentia concluduntur. Inprimis autem quod dixi, de præſcribenda actione reſpectu præſtationum perſonalium verbis Juſtiniani hujusmodi illuſtratur: *ex quo ab initio competit & ſemel nata eſt, & non iteratis fabulis recreata.*

## §. II.

Pertinet huc caſus quidam in Curia provinciali Cellenſi aliquando agitatus. Fratres ſex ruſtici poſt mortem patris de feudo paterno a Curia feudali tunc temporis Ducali a. 1688. inveſtiti erant in hunc modum, ut frater natu maximus ſpeciali mandato fratrum exhibito in ſuam & fratrum ſuorum animam de fidelitate juraret, literæ autem inveſtituræ ita conciperentur: Daß wir Heinrich Hornboſtel, als den Aelteſten mit Zubehuf ſeiner Brüder, Berend, Jürgen, Ernſt, Balzer und Chriſtian Friederichs ſeel. Söhne, item Peter ꝛc. belehnet haben und belehnen ꝛc. Und darum ſoll jetztgedachter Heinrich Hornboſtel, als der Aeltiſte, ſo obgemeldte Güter von Uns und Unſern Erben zu Lehne hat, ſolchen Gütern getreulich vorſtehen, auch er und ſeine Mitbeſchriebene, ſo oft es die Nothdurft erfordert, empfangen ꝛc. Frater natu ſecundus quinque abhinc annis mortuus erat & filium fere octennem reliquerat. Natu maximus autem frater feudum ſolus poſſederat. A. 1727. fratris natu ſecundi filius de portione ſua litem movebat. Reus autem excipiebat inprimis, fratrem na- Caſus proponitur.

tu maximum pro ſuo tot annos poſſediſſe & feudum præſcripſiſſe. Fuiſſe enim eum ſolum inveſtitum adeoque titulum & cauſam uſucapiendi habuiſſe. Sed quia frater natu maximus ut provaſallus inveſtitus fuit, adeoque curator tantum feudi & procurator vel mandatarius fuit, ut Dn. *Conradi* in Diſſ. *de provaſallo* §. 8. 12. 13. & 22. egregie oſtendit, Curia provincialis Cellenſis ſecundum actorem pronuntiavit & reum condemnavit, niſi probaret reus, ſocerum ipſius feudum XXX. annis pro ſuo poſſediſſe. In cauſa Dietrich Chriſtian Hornboſtel Klägern und Appellanten contra Johann Heinrich Lohmann Beklagten und Appellaten.

# OBSERVATIO XLIII.

## *De renuntiatione jurata Authenticæ, ſi qua mulier, in interceſſionibus uxorum pro maritis.*

### §. I.

Authenticæ ſi qua mulier renuntiari poteſt.

Quod quidam putant, *Authenticæ, ſi qua mulier C. ad SC. Vellej.* renuntiare a muliere non poſſe, etſi jusjurandum interceſſerit, rationem non habet, quia relata Authentica & Novella 134. C. 8. interceſſiones uxorum pro maritis nullas duntaxat declarat, adeoque lex prohibitiva non exiſtit. Sed conſtat, jure Canonico obligationes mulierum jure civili nullas jurejurando confirmari. *C. cum contingat X. de jurejur.* Et ita uſus in noſtris quoque judiciis probat, ut vel ſubjecta præjudicia ſummi Tribunalis convincunt.

### §. II.

An jusjurandum requiratur corporale & ſolenne, vel æquipollentia verba ſufficiant.

Quæro, num in ea renuntiatione jusjurandum corporaliter præſtitum, vel & ſolennis jurisjurandi formula, ſo wahr mir GOtt helfe und ſein heiliges Wort, requiratur, an ſufficiat jurata renuntiatio inſtrumento comprehenſa & formula æquipollens, veluti bey dem Wort der ewigen Wahrheit und auf das H. Evangelium. Quod merito ſufficit. Juravit enim mulier, etſi jusjurandum corporaliter non præſtiterit, neque corporale jusjurandum Jure canonico exigitur. Sed quamvis præterea in ſolennibus jurisjurandi formulis, quæ in judicio uſurpantur, ea verba, ſo wahr mir GOtt helfe und ſein H. Wort, recepta ſint, tamen ratio nulla intelligitur, cur alia

verba,

verba, quæ non minus vim jurisjurandi continent, in negotiis extrajudicialibus, cum formula jurandi nulla præscripta est, excludantur. Quis autem dubitet, verba: Bey dem Wort der ewigen Wahrheit und auf das H. Evangelium, jusjurandum continere? *Carpzovius* ipse, qui *P. 2. Const. 16. def. 6.* hanc formulam in renuntiationibus mulierum non admittit, non negat, Deum implicite per verbum veritatis invocari, ac proinde promissionem sub verbo præsertim æternæ vel divinæ veritatis, beym Wort der ewigen oder göttlichen Wahrheit, factam absque nota impietatis violari non posse. Refertque Carpzovius, Lutherum hanc formulam pro juramento agnovisse in enarratione secundi præcepti, & denique ipse putat, admittenda ea verba esse, quando pro forma aut ad substantiam vel soliditatem actus juramentum solenne non requiratur. Elegantissime autem Carpzovii & Strykii errorem confutavit Dn. *Bœhmerus* in *J. Eccl. Protest. T. I. L. 2. tit. 24. §. 58.* Secundum quod summum Tribunal quoque Cellense d. 16. Junii 1742. pronuntiavit ad gravamina Marien Eleonoren und Luisen Geschwistern von Casaucau contra den Licent. Commissarium Franz Ernst Gottlieb und Christian Ludwig, Gebrüder von der Wense, den Juden, Jacob Oppenheimer, den Kaufmann Gabriel Jochmus und Gabriel Hanstein, ietzo dessen Wittwe und Erben, in Concurs-Sachen des Landdrosten, Christian Hartwigs von Hedemann und dessen Ehefrauen, Eleonoren Sophien Dorotheen gebohrner von der Wense, in hunc modum: die vorige Urthel hingegen dahin zu ändern sey, daß derer Appellantinnen Schuldforderung von 1000. Rthlr. samt Zinsen, weil die in der Obligation vom 13. Jul. 1735. bey dem Wort der ewigen Wahrheit und auf das H. Evangelium geschehene Renuntiatio der Auth. si qua mulier &c. allerdings vor eydlich zu achten, unter diejenigen Gläubiger, welche aus der Landdrostin von Hedemann etwa erweisenden Eingebrachten ihre Befriedigung wahrzunehmen befugt sind, und zwar nach deren Alter denen Gebrüdern von der Wense nach, hingegen den Mit-Appellaten, Jacob Oppenheimer und übrigen diesem nachfolgenden Gläubigern vorzusetzen sey ꝛc.

## §. III.

Illud quoque constat, dolum mulieribus intercedentibus pro- Mulier, quæ notidesse non oportere, *L. 2. §. 3. L. 23. L. 30. ff. ad SC. Vellej. L. 5. L. 18. C. eod.* Quamobrem si mulier jam antea beneficiorum juris & tiam beneficio-

rum jam habet, certioranda non est.

Authenticæ certior facta fuisset, etsi non constaret, deinde denuo certiorem eam factam esse, nihilominus tenetur, ut summum Tribunal in eadem causa judicavit: Weil aus denen Acten und bey selbigen befindlicher von der Landdrostin von Hedemann dem Secretario Heusmann am 13. Januar. 1728. ausgestellter Schuldverschreibung zu ersehen, daß dieselbe dero Zeit von der Verordnung gemeiner Rechte, nach welcher eine Frau mit und vor ihren Mann rechtsbeständig sich nicht verschreiben kan, wohl und gehörig unterrichtet worden, solchemnach es bey der folgend am 10. Maji 1732. dem Franz Ernst Gottlieb und dem Christian Ludwig Fridrich von der Wense am 20. Maji 1732. jedem über 500. Rthlr. ertheilten Obligation einer vorgängigen anderweiten Belehrung nicht bedurfft, daß dahero bemeldter beyden Gebrüdere von der Wense in Handen habende, ihnen von einer ihres Rechts wissend gewesenen Frau mittelst Eydes und unter generaler Verzeihung aller Exceptionen und Rechts-Wohlthaten, gegebene Schuld-Verschreibungen vor gültig und beständig zu halten, und eines jeden daraus habenden Forderung a 500. Rthlr. samt Zinsen des von Appellanten dagegen geschehenen ohnerheblichen Einwendens ohngeachtet an Ort und Stelle, die ihnen in der bey unsrer Justiz-Canzley am 5. Dec. 1740. eröfneten Prioritæts-Urthel angewiesen, aus der Landdrostin von Hedemann Illatis zu bezahlen, in soweit also die vorige Urthel zu bestätigen ꝛc. Similiter Tribunal decrevit d. 11. Maji 1742. in causa des Schutz-Juden Levi Jacobs Appellanten contra der Licentiatin Lutterlohen Erben Appellaten.

## §. IV.

De observantia civitatis Cellensis.

In civitate Cellensi observatur, ut fidejussio mulieris non valeat, nisi beneficii Senatus Consulti Vellejani & Authenticæ, si qua mulier aut a Syndico in Senatu, aut a Notario certior facta fuerit, & deinde beneficiis istis renuntiaverit, secundum quod relatio Magistratus Cellensis ad Regimen sub d. 7. Mart. 1679. in appendice Juris Statutarii Cellensis lit. L. declarat.

## §. V.

An ad renuntiationes juratas?

Sed hæc observantia civitatis Cellensis ad renuntiationes juratas minime pertinet. Nam potius in causa Heinrich Dietrichs

Kl.

Kl. contra Heinrich Huhnen Bekl. und deſſen Tochter erſter Ehe, Intervenientin d. 5. Junii 1719. a Senatu judicatum eſt, juratam renuntiationem mulieris valere, etſi beneficiorum antea certior facta non fuiſſet. Et ita conſuetudo Marchiæ quoque explicatur apud *Strykium de cautel. Contract. S. 2. C. 6. §. 5.* tiones juratas pertineat.

## §. VI.

Quæro autem, an hujusmodi conſuetudo introduci poſſit, ut ne jurata quidem mulieris renuntiatio valeat, niſi a Syndico vel Notario beneficiorum ſuorum certior facta fuerit, præſertim ſi jam antea jurium ſuorum notitiam plenam habuiſſet. Sed ſummo Tribunali Cellenſi placuit, hujusmodi conſuetudinem irrationabilem eſſe, quia dolo & perjuriis anſam datura foret, adeoque etſi appellans allegabat, talem conſuetudinem in civitate Cellenſi obtinere, tamen appellationem rejecit d. 11. Maji 1742. in cauſa des Schutz-Juden Levi Jacob, contra der Licentiatin Lutterlohen Erben, in hæc verba: Weilen jedennoch Materialia von keinem Anſchein ſind, allermaſſen die zwiſchen Imploranten ſelbſt und Hans Hoffmanns Ehefrauen vormahls ergangene Acta, darauf er ſich bezogen, inſonderheit das am 22. Jan. 1720. bey der hieſigen Canzley abgehaltene Protocoll N. act. Canc. 29. ergeben, daß gedachten Hans Hofmanns Ehefrau ſchon vor der an Lutterlohen ausgeſtellten eydlichen Bürg-Verſchreibung ſich bey andern Creditoren, inſonderheit dem hieſigen Armen-Kaſten auf eine gültige Weiſe für ihren Ehemann verbürget, mithin, und da ſie derer zu verzeihenden weiblichen Gerechtigkeiten kündig geweſen, die nachherige eydliche Interceſſion auch ohne beſonders wiederholte Certioration den gemeinen Rechten nach für gültig zu halten, und ſo viel die angebliche hieſige Obſervanz betrift, es eines Theils noch hinreichend nicht erwieſen, daß nach ſelbiger alle und jede eydliche Renuntiationes derer für ihre Ehe-Männer intercedirenden Frauen wegen ermangelnder ſolennen Certioration für ungültig gehalten werden müſſen, obgleich dieſelbe von denen ihnen zuſtehenden Rechts-Wolthaten hinlängliche Wiſſenſchaft gehabt, andern Theils dergleichen Obſervanz in der That zu offenbarem Betrug und vorſetzlichen Mein-Eyden Anlaß und Gelegenheit giebet, mithin wiederrechtlich und ohnverbindlich ſeyn würde, endlich da die quæſtionirte Verſchreibung an ſich gültig, nicht zu behaupten ſtehet, daß der Eyd zu Implorantis, als eines dritten, An conſuetudo introduci poſſit, ut renuntiatio non valeat, niſi certiorata mulier coram Syndico, vel Notario fuerit.

ten, præjudiz hinzugefüget worden, . . . so kan solchem allen nach der angemaßten appellation nicht deferiret werden.

# OBSERVATIO XLIV.

## *Stuprata an contra stupratorem, quem uxorem habere novit, ad dotationem vel satisfactionem recte agat.*

Formula vulgaris usu recepta est, stupratam a stupratore aut ducendam aut dotandam esse. Vid. Dn. *Bœhmer* in *J. Eccl. Protest. T. V. L. 5. tit. 16. §. 6. Stryk ad Brunnem. J. Eccl. L. 2. C. 18. §. 26. Carpzov. Jurisprud. Consist. L. 2. def. 229. n. 8.* Quæ formula & in Ducatu Luneburgico obtinet, ut subjecta sententia summi Tribunalis Cellensis declarat. Qui Jus Mosaicum duntaxat sequuntur, admittere non possunt, dotem stupratæ deberi, quæ noverit, marem uxorem jam habere, adeoque matrimonium cum eo sperandum non esse. Nam quod *Exod. XXII, 16.* cavetur, principaliter ad ducendam virginem corruptam pertinet. Vid. Dn. *Bœhmer* c. l. §. 2. Et quod adjectum est, si pater virginis dare noluerit, tum dandam stupratæ dotem esse, non aliter quam in subsidium cautum est, si paratus stuprator ad ducendum sit. Quæ verba omnino in principali & subsidiaria obligatione eum casum respiciunt, cum leges matrimonium cum stuprata permittunt. Contra, si non permittunt, ut hodie in eo, qui uxorem jam habet, dicendum est, jus Mosaicum accommodari nequit. De quo eleganter explicavit *Voet* in Comm. *ad tit. ff. ad L. Jul. de adult. §. 4.* Nihil igitur ad rem pertinet, quod lex Mosaica tum temporis, cum polygamia adhuc permissa esset, in marito quoque forte obtineret. Nam certe institutis Christianorum polygamia repugnat. Neque ex jure Canonico contraria sententia defendi potest. Nam in *C. 1. & 2. X. de adult. & stupr.* nominatim cavetur, ut stuprator stupratam ducat, adeoque eo loco casus de soluto exprimitur, qui ducere virginem potest. Præterea si jus Canonicum in relatis Capitulis de eo tractaret, qui uxorem haberet, adulterii non stupri appellatione factum venisset. Et in *C. 2. X. de adult. & stupr.* de dotatione nihil omnino continetur. Summum

mum igitur Tribunal Cellenſe in ſpecie quadam agitata ex ratione legis Moſaicæ ſtupratorem adulterum ad dotandam puellam corruptam condemnare noluit, exiſtimavit autem, adulterum ad ſatisfactionem pro ſeductione ad concubitum & jactura pudicitiæ merito teneri, neque hac in re melioris conditionis eſſe debere maritum, quam ſolutum. Quam in rem ita pronuntiatum eſt: Demnach nunmehro in Sachen Lucien Emerentien Herbſt, Klägerin und Appellantin, entgegen den Knochenhauer, Hennig Vorbrecht hieſelbſt, Beklagten und Appellaten, in puncto ſatisfactionis, das von jener allhie eingeführte Gravamen erwogen und mit denen Actis voriger Inſtanz zuſammen gehalten, auch weiterer Ausführung unbedürftig erfunden worden, als wird die Sache hiemit von Amts wegen für beſchloſſen angenommen, dem Appellaten, falls er es verlanget, Abſchrift des Libelli appellationis aus Unſerer Ober-App. Gerichts-Canzley, jedoch bloß zu deſſen Nachricht verabfolget, und von uns Georg II. V. G. G. König ꝛc. zu Recht erkannt: Daß zuförderſt die act. Trib. n. 13. befindliche Appellantiſche Vollmacht, da derſelben von Appellantin, als einer unter väterlicher Gewalt annoch ſtehenden Tochter, geſchehene alleinige Vollziehung nicht hinreichend, dem Procuratori Schowart, um ſolche zugleich von der Appellantin Vater, Hans Jürgen Herbſt ausſtellen zu laſſen, zu retradiren, geſtalten denn gemeldter Procurator Schowart angewieſen wird, in ſolcher Form dieſe Vollmacht bey nächſtem Gerichts-Tage wieder einzuliefern. Die Haupt-Sache anlangend, iſt vom vorigen Richter übel erkant und wohl appelliret, mithin das am 23. April 1740. abgegebene Decretum Cancellariæ dahin zu reformiren, daß Beklagter und Appellat Einwendens ungehindert ſchuldig, auſſer denen bereits zuerkannten Alimentation- und Proceß-Koſten auch annoch der Klägerin und Appellantin zum gebührenden Abtrag Einhundert Reichs-Thaler aus ſeinen Mitteln zu erlegen. Als wie Wir ſolchergeſtalt erkennen, verändern, anbefehlen und ſchuldig vertheilen, die Unkoſten dieſer Inſtanz jedoch aus bewegenden Urſachen gegen einander vergleichen. V. R. W. Publ. Celle im Ober-App. Gericht den 5. April. 1742.

OBSER-

# OBSERVATIO XLV.

## *De ſingulari quadam jurisdictionis ſpecie.*

### §. I.

Species recenſetur.

Inter Senatum civesque Diepholdanos & Præfecturam Diepholdienſem de jurisdictione lis agitabatur, & denique ſecundum Senatum pronuntiabatur d. 7. Apr. 1732. coram Cancellaria Hannoverana in hunc modum, ut Senatus primam inſtantiam quandam haberet in ſummaria cognitione debitorum, item inſpectionibus ocularibus, transactionibus, & pœnis, quæ duos thaleros non excederent, vel cum quis conſtringeretur, item in oppignorationibus & confirmandis emtionibus venditionibus & obligationibus, ſed & in ſubhaſtationibus voluntariis. Cujus ſententiæ verba hæc ſunt: Daß Kläger dasjenige, ſo ihm zu beweiſen auferleget, und er ſich angemaſſet, ſo viel die dem Rathe zu Diepholz zuſtehende erſte Inſtanz bey ſummariſcher Erörterung der Schuld-Sachen, Beſichtigungen, Vergleichen, Strafen bis auf 2. Thlr. und in den Block zu legen, Verpfändungen und Confirmationen getroffener Käufe und Obligationen, nicht weniger die Subhaſtationes voluntarias betrifft, zur Nothdurft beygebracht, derowegen Klägere bey dem dißfalls über rechtsverwährte Zeit hergebrachten Befugniß billig zu ſchützen, und Beklagter dergleichen actuum gegen die Bürger zu Diepholz ſich zu enthalten pflichtig. Hingegen hat Klägere Suchen, ſo viel die Subhaſtationes neceſſarias anlanget, nicht ſtatt, und ſind dieſelbe zu Expedition obgedachter gerichtlichen Handlungen hinführo eine gewiſſe Perſon beſonders zu vereyden ſchuldig. Quæ ſententia in appellationis inſtantia a ſummo Tribunali Cellenſi confirmata eſt. Revera hæc ſpecies jurisdictionis infimæ eſt, de qua in libro de Jurisdict. German. P. III. S. II. C. V. tractavi, niſi quod propoſita jurisdictio ordinarium quoque judicem in iis cauſis in prima inſtantia excludit, quod in jurisdictione infima aliter ſe habere, exiſtimavi.

### §. II.

De obſignatione & inventarii confectione.

Illud autem quærebatur, an hæc jurisdictio facultatem quoque obſignandi & inventarium conficiendi de civis defuncti bonis contineret. Plane obſignatio & inventarii confectio in partibus juris-

jurisdictionis plenæ & advocatiæ habetur, *Link de Vogteja* C. 3. §. 6. & apud Gallos medio demum juridico, quem nos civilem dicimus, conceditur, infimo autem negatur. Vid. *Choppinus de Leg. Andium L.* 1. *tit.* 2. *C.* 39. *n.* 8. 9. 10. Accedebat, quod Senatus secundum testium effata tutores non daret, neque hucusque Actuarium juratum habuisset, quem intercedere tamen in conficiendo inventario oportet, *Choppinus c. l. n.* 10. Quamobrem summum Tribunal quoque censuit, ex officio & contra invitos hæredes Senatum specie jurisdictionis neque obsignandi neque inventarii conficiendi facultatem habere. Ceterum quoniam sigillum publicum Senatus haberet, si deinceps Actuarium constitueret, existimavit Tribunal, ex consensu partium & hæredum Senatum obsignare & inventarium conficere posse. In quam rem summum Tribunal d. 8. Dec. 1742. ita pronuntiavit: und so viel die von Klägern den 12. Nov. 1733. gegen die Beamte zu Diepholz allhier eingebrachte Beschwerden betrifft, Klägere, wenn sie zuförderst nach Inhalt der Sententiæ a qua zu Expedition der ihnen zuerkannten gerichtlichen Handlungen eine gewisse Person beeydiget, Geburts-Briefe und Attestata über ohnstreitige Erb-Portiones der Bürger-Kinder auszustellen, desgleichen in denen für sie gehörigen Sachen die Bürger durch ihre Bürger-Diener citiren zu lassen, weniger nicht den Nachlaß verstorbener Bürger, wenn solcherhalben bey ihnen Ansuchung geschiehet, zu versiegeln, und denselben, jedoch andergestalt nicht, als mit Genehmhaltung der sämtlichen Erben, zu inventiren wol befugt ꝛc.

## §. III.

In eadem causa quærebatur, an concessa tali jurisdictione Senatus facultatem haberet, literas natalitias & testimonia de filiali portione hæreditaria civium dare. Et plane literæ natalitiæ nihil aliud quam publicum testimonium continent. *Beyer* in *Specim. Jur. Germ. L.* 1. *C.* 15. §. 12. Concessa autem facultate contractus & obligationes sigillo publico confirmandi, in literis quoque natalitiis publicum Senatus testimonium admittendum erat. Eadem ratio erat in testimonio de filiali portione civis, si de quantitate lis nulla esset, ut res causæ cognitione indigeret. Secundum quod a summo Tribunali in eadem causa judicatum est. Vid. §. II.

De datis literis natalitiis vel testimoniis publicis.

# OBSERVATIO XLVI.

## *De mulctis ſtuprorum.*

### §. I.

Quæ ſit mulctarum ſtupri ratio.

In libro meo de jurisdictione Germanica duplicem rationem mulctarum ſtupri explicavi. Nam vel ex jurisdictione percipiuntur, vel ex dominica poteſtate, præſertim in Præfectura Sykenſi, ſi primum ſtuprum paſſa mulier ſit, quo caſu dominus mulctam capit, quæ *Bedemunt* dicitur. Vid. Tr. noſter de jurisd. Germ. P. II. S. III. C. I. §. 255. ſq. 257. ſq.

### §. II.

Ex qua jurisdictione veniant.

In eodem libro explicavi, in Ducatu quidem Luneburgico eas mulctas, quæ ex jurisdictione percipiuntur, ab jurisdictione alta & baſſa quodammodo ſeparari, ut neque alta ſola, neque baſſa, ſeu civilis ſufficiat, ſed utraque ſimul & alta & inferior jurisdictio requiratur. Vid. Tr. noſter de Jurisdict. Germ. P. II. S. II. C. II. §. 62. Ceterum niſi mores regionis ita ferant, eas mulctas jurisdictionis altæ vel criminalis eſſe, non putavi, ib. §. 16. Dixi quoque in Ducatu Bremenſi jurisdictionis civilis liberæ poſſeſſorem ſtupra punire, P. II. S. III. C. II. §. 5.

### §. III.

Uſu Bremenſi omnino ad civilem jurisdictionem pertinent.

Hoc igitur loco ex Ducatu Bremenſi ſubjungam, non tantum jurisdictionis civilis liberæ poſſeſſorem mulctas ſtupri capere, ſed omnino in hoc Ducatu eas ad jurisdictionem civilem referri, adeo ut dominis etiam villicorum vel colonorum exemtorum, qui dicuntur Gerichts-freye Meyer & Köhter, & ob ſolam loci a jurisdictione exemtionem, cedant. Quod declarat ſequens ſententia Curiæ provincialis Stadenſis d. 9. Julii 1688. in cauſa Claus von Broken contra Advocatum Fiſci, D. Emanuel Groſſen und den Richter zur Oſten, in puncto ſtreitig gemachter Unzuchts-Brüche und angefochtener Gerichts-Freyheit, in hunc modum: daß was die für Dietrich Schilden auf ſeel. Claus von Broken Adelichem Gute verübter Unzucht gewöhnliche Brüche betrifft, Appellant (von Broken) die ihm darüber zukommende Cognition und Beſtrafung nach Nothdurft dargethan und beygebracht, auch demnach ſolche mulctam zu erheben, befugt ſey; es

wäre denn Sache, daß Appellate eine im Kirchspiel Osten hergebrachte anderwertige Gewohnheit, Kraft welcher nicht an dem Orte, wo die Unzucht getrieben, sondern das Kind zur Welt gebracht, die cognitio und Bestrafung des stupri ergehen müste, in proxima zu Rechte beständig darthun und beweisen könnte, auf welchen Fall jedoch Appellanten annoch der Beweisthum, daß an demselben Orte, wo das Kind gebohren, wegen *prætendirter* Gerichts-Freyheit ihm die *Jurisdiction* dessen zustehe, reserviret, und vorbehalten bleibet; Was aber die vorm Land-Gerichte zur Osten beschehene immediate Evocirung Peter Stovers und Claus von Ahnen, und zwar jenes wegen zu frühzeitigen Beyschlafes von gedachtem Land-Gerichte gesetzte Mulctirung belanget, daß Appellant vorher dessen vorgegebene Qualitæt und daß besagte Leute wegen seel. Claus von Broken einhabender freyen Adelichen Kohten und Länderey zum wenigsten annoch in possessione vel quasi der Schatz-Freyheit seyn, besser als annoch geschehen, zu erweisen und darzuthun. Postea in eadem causa ita pronuntiatum est: Daß der von Broken dem injungirten Probando nach Einhalt der Haupt-Urthel vom 9. Julii 1688. und darauf begründeter Erkenntniß vom 7. Jul. 1690. nunmehro nach Nothtdurft ein Genügen gethan, demnach bey seinem Gutsherrn-Rechte und habender Jurisdiction über die quæst. beyden Köhter Oberlich zu manuteniren. Summum quoque Tribunal Cellense ita sensit in causa des Regiments-Quartiermeisters, Wolf Philipp von Tettenborn, Klägers, wie auch sämtlicher Eingesessenen von Adel, Landes Kehdingen, Freyburgischen Theils, Intervenienten, und sämtlich Appellanten contra den Advocatum Cameræ Bremensis, Beklagten, Interventen und Appellaten, in puncto der Unzuchts-Brüche. Cum enim Curia provincialis Stadensis d. 9. Maji 1718. pronuntiasset, daß bevor Beklagter und Intervent gehalten, sich auf die von Kläger und Intervenienten am 22. Apr. 1717. n. act. 45. übergebene Schrift haupsächlich einzulassen, Kläger schuldig sey, gehörig zu beweisen, daß er das Recht, die Huren-Brüche zu heben, auf seinem Hofe hergebracht, oder aber, daß er in quasi possessione solchen Rechts sey, summum Tribunal Cellense d. 29. Apr. 1719. in appellationis instantia ita pronuntiavit: daß es bey voriger Urthel zu lassen, jedoch so viel den auferlegten Beweis anbelanget, mit der Erklärung, wenn Appellant rechtlicher Art erweisen würde, daß ihm bey seinem Hofe die völligen Nieder-Gerichte zustehen, immassen ihm solches zu thun oblie-

get, die desfalls auch allhie producirte Documenta bey dem vorigen Richter noch einzubringen, unbenommen bleibet, er sich genugsam ad causam legitimiret habe. Es wird aber dem Advocato Cameræ der Gegen-Beweis, daß nach dortiger Landes-Gewohnheit die Huren-Brüche nicht zu denen Nieder-Gerichten gehören, oder daß Appellant sich dessen in specie nicht anmassen könnte, falls er dergleichen zu führen, gemeinet sey, vorbehalten. Probatione postea remissis Actis instituta Curia Provincialis Stadensis d. 27. Jun. 1722. sententiam tulit hujusmodi: Daß Kläger dasjenige, was ihm zu erweisen auferlegt, und er sich angemasset, nemlich die Quasi-Possess der seinem Adelichen Hofe zustehenden völligen Nieder-Gerichte zur Nothdurft erwiesen, und dergestalt zu dieser Sache sich genugsam legitimiret; dannenhero Beklagter nunmehro auf die so wol von den sämtlichen Eingesessenen von Adel Landes Kehdingen, als vom Kläger übergebene sub n. 43. und 45. sq. befindliche resp. Beweis- und Interventions-Schriften sich einzulassen schuldig. Quæ sententia in summo Tribunali Cellensi confirmata est d. 26. Junii 1725.

## §. IV.

De terris Calenbergicis.

In terris quoque Calenbergicis, secundum quod de usu accepimus, stuprorum mulctæ in fructibus jurisdictionis civilis etiam vulgaris habentur. Quod præter sententiam Diemardensem, in libro nostro de jurisdictione P. II. S. III. C. I. §. 348. relatam alio exemplo, quod deinde subjiciam, illustrabitur.

## §. V.

Utrum omnino judici loci partus editi an commissi stupri cedant.

Existunt autem præterea quædam controversiarum genera, videlicet cuinam potissimum judici mulctæ stuprorum debeantur, utrum ejus loci judici, ubi partus in lucem editus est, an ubi commissum stuprum est, & si alterum affirmes, an omnino ita dici possit. Atque in libro meo de Jurisdictione Germanica P. I. C. IV. §. 90. non absurdum putavi, si mulctæ stupri judici illius loci adsignarentur, ubi commissum stuprum sit. Nam utique delictum ibi commissum est, adeoque nisi consuetudo vel lex provinciæ aliter statuat, istud forum vix excludi potest, certe præventio utique admittenda. Et in hunc modum summum Tribunal Cellense pronuntiavit, præventionem utique admittendam esse, in causa des

Königl. Dähnischen Obersten, Christian Friederich von Reichau, Klägers und Appellanten, wieder den Anwald des Amts Calenberg, Beklagten und Appellaten. Sententia d. 17. Dec. 1734. publicata ita habet: Daß Sententia a qua dahin zu reformiren, daß so viel das erstere Gravamen betrifft, Appellant die bey Hermann Webern zu Wichtringhausen von Henrich Tatjens und dessen nunmehriger Ehefrauen Liedlohn wegen vorher begangenen unehelichen Beyschlafs erhobene Unzuchts-Brüche an Appellatisches Amt herauszugeben nicht schuldig, es könnte und wollte dann dieses letztere in proxima die angebliche Notorietæt gehörig erweisen, und darthun, daß auch alsdann, wann Personen in einem andern Gericht uneheliche Beywohnung gepflogen, und daselbst die Brüche von ihnen gefordert, auch deren Liedlohn beschlagen, sie sich aber hernach in ein ander Gericht begeben, und in diesem das Kind zur Welt gebohren, dem Richter des Orts der Geburt die verwirkte Unzuchts-Brüche zukommen. Worauf so dann ꝛc. Ceterum in libro meo de Jurisdictione P. I. C. IV. §. 90. retuli, usu terrarum Brunsvico-Luneburgensium antiquo secundum declarationem Regiminis Regii & Electoralis d. 22. Febr. 1735. ita servari, ut mulctæ stupri judici cedant ejus loci, ubi partus sit in lucem editus.

## §. VI.

*In terris Bremensibus* secundum constitutionem d. 8. Jan. 1725. mores cujusque loci hac in re investigandi & servandi sunt. Et sententia quidem Curiæ provincialis Stadensis §. III. relata in causa Claus von Broken, contra Advocatum Fisci manifestum facit, Curiam provincialem tum temporis secundum eum judicem pronuntiasse, sub quo commissum stuprum esset, nisi alia consuetudo probaretur. Hujusmodi controversia diu agitata fuit in causa des Regiments-Quartiermeisters von Tettenborn und der Eingesessenen von Adel im Lande Kehdingen, Freyburgischen Theils contra den Advocatum Cameræ Bremensis. Tettenbornius enim & Nobiles Kehdingenses contendebant, jus sibi esse, mulctas stupri percipiendi, si sub eorum jurisdictione commissum stuprum esset. Quam in rem consuetudinem regionis istius allegabant, secundum quam mulctæ stupri ibi solverentur, ubi concubitus esset perpetratus. Præter alia, quæ in hujus rei argumentum adducebantur, Grafio Schrœderus a. 1685. ad Regimen consultus responderat, ita in terris Kehdingen.

Quid hac in re in terris Bremensibus servetur.

dingensibus Freyburgicis observari. Summum igitur Tribunal Cellense d. 23. Mart. 1743. pronuntiavit in hunc modum: Die Sache selbst anlangend, ist nunmehro, nachdem des Grefen Schröders auf Erfordern der Bremischen Regierung unterm 22. Januar. 1695. erstatteter Bericht in beglaubter Abschrift produciret worden, daraus und aus demjenigen, was vorhin beygebracht, überall so viel zu ersehen, daß Appellanten die angebliche Gewohnheit Landes Kehdingen Freyburgischen Theils, daß die Unzuchts-Brüche dahin gehören, wo die That begangen, wenn sonst diejenige, der solche erheben will, überhaupt dazu berechtiget ist, nach Nothdurft erwiesen.

## §. VII.

An omnino stuprator ad forum stupratæ remittendus.

Stupratorem moribus Brunsvicensibus & Luneburgensibus similiter ad locum partus editi remitti, in libro de jurisdictione P. I. C. IV. §. 90. explicavi. Sed summum Tribunal Wismariense quondam pronuntiavit, nisi consuetudo ea doceatur, remittendum stupratorem ad eum locum non esse, sed a judice domicilii puniri. Quod sequens sententia d. 22. Oct. 1688. in causa des Land-Rahts Johann Albrecht von der Deken, Querulanten wieder den Amtmann zu Bremervörde, Johann Ernst Risten, Querulaten in puncto remissionis delinquentium manifestat in hunc modum: daß übel erkannt, wohl queruliret, die Verordnung contra quam noch zur Zeit aufzuheben, und Querulante zu absolviren sey, es könnte dann Querulate die prætendirte Observance, und dieses dabey in specie besser, als ex Actis und denen in hac instantia beygebrachten Attestatis erscheinet, darthun und erweisen, daß der Stuprator von seiner Obrigkeit an den Ort, wo die Geschwängerte niedergekommen und das Kind gebohren, zur Bestrafung zu remittiren sey.

## §. VIII.

Casus quidam de jure mulctandi Nobilium Luneburgicorum.

Illud quoque aliquando agitatum est, utrum in jure mulctandi Nobilium Luneburgicorum, quod concessum iis in famulitio est, sufficeret, mulierem tempore partus editi in famulitio Nobilis esse, an vero tempus concubitus esset inspiciendum. Deinde in eodem casu illud quæsitum est, an quod alias in stupris obtinet, stuprator quoque ad eundem Nobilem remittendus sit, etsi famulus ejus non sit. Quod a summo Tribunali Cellensi d. 28. Aug. 1737.

1737. in causa Ernst August Christoph von Hitzacker zu Dötzingen, Appellanten contra den Anwald des Amts Hitzacker in puncto der Sende-Brüche ita decisum est: Daß es zwar, so viel den an Seiten des Stupratoris verwirkten Bruch betrifft, in Ansehung, daß dieser des Appellanten gebrodeter Diener nicht ist, bey der Sententia a qua zu lassen und selbige in so weit zu bestätigen (scilicet ut appellans mulctam non perciperet) Was aber den von der Stuprata verwirkten Bruch anbelanget, weil dieselbe zu der Zeit, da sie das Kind zur Welt gebracht, auf Appellantens freyem Adelichen Vorwerk zu Brandstett würklich in Lohn und Brod gewesen, die Beamte auch ihm die Erhebung solchen Bruchs in ihrem Antwort-Schreiben n. act. 1. Instit. 36. zugestanden, vorige Urthel dahin zu reformiren, daß Appellant den Sende-Bruch von ihr zu erheben, befugt sey.

# OBSERVATIO XLVII.

## *De Tutela Fructuaria*

## *Observationes*

## *Ad jus hodiernum Luneburgicum accommodatæ.* (*)

### §. I.

Frequens in pactis dotalibus rusticorum hominum & colonorum formula in Ducatu Luneburgico & regionibus vicinis usurpatur, introire nubendo casam sponsi sponsam, ut bonorum ejus hæredem, Die Braut freyet zu dem Bräutigam ein, als Erbin seiner Güter. Quod si jam ex priore matrimonio liberi adsint, adjici illud solet, ut liberis ad certum ætatis terminum nondum provectis, sponso mortuo nova uxor iterum nubendo colonum alium temporarium casæ inducere possit, quocum casæ interim præsit, in qua re nonnunquam certus annorum numerus generaliter definitur. Sponsæ autem etiam sine prole decedentis dos illata in ipsa casa manet, sed hæc finitis administrandi annis dotalitium accipit.

Formulæ pactorum dotalium inter rusticos.

(*) Extat hæc observatio jam olim a nobis exarata in Dn. ESTORIS Kleinen Schriften Vol. III. P. II.

cipit. Quod ſi illa novum poſtea maritum ſuperinduxerit, hujus quoque dos & illata in caſa manent, dotalitium vero vel vitalitium eidem adſignatur.

## §. II.

Explicatur. Quæ conventio quid contineat, diſpiciamus. Primo quidem de illo videamus: Die Braut freyet zu dem Bräutigam ein, als Erbin ſeiner Güter. Quæ formula alias quoque in hunc modum exprimitur: Der Bräutigam freyet der Braut zu Haus und Hof ſamt allen Gerechtigkeiten. Atque his verbis nihil aliud, quam bonorum communionem putem ſignificari, ut condomina ſponſa omnium bonorum ejus fiat. Quod quidem ipſa verborum & formulæ ratio mihi oſtendere videtur. Vox Erbe. certe *Erbe* nihil aliud eſt, quam condominus. Habemus in Ducatu Luneburgico & Bremenſi vocem *Erffexe*, *Erbexe*, non recens illam introductam, ſed ab antiquo uſitatam, quæ & hodienum condominum quodammodo vel ſocium ſignificat, ut qui in communione rei vel corporalis vel incorporalis ſint, eo nomine contineantur. *Privil. Duc. Bernh. & Henrici* a. 1392. Stat. Provinc. Luneburg. datum: *Wer wie edder unſe Vogede Holtheren ſint, wat wie dar pandet. . . . Wer wi ok Erffexen ſint, dar moge wi lik andern erffexen uth ere Lude panden laten na Holtings-Rechte.* Item poſtea: *und ein gewelk erfexe mach in allen Holtingen na antale ſiner egene edder uro mede ſwyn in de Maſt driven, alſe de Holtinge Willkoret.* Sic bonorum meyerdingicorum poſſeſſores, qui quidem bonorum ſuorum utiles domini vaſallorum inſtar ſunt, *Erben* vocantur in ſtatutis Volckerſenſibus præfecturæ Springenſis de a. 1588. apud Dn. GOEBEL in Diſſ. *de ſingul. quibusd. præd. ruſt. Append. §. 18. p. 130.* Et hoc nomine præſertim in advocatia Iltenſi domini utiles prædiorum ruſticorum in Ducatu Luneburgico adhuc appellantur, præſertim qui paulo pleniori libertate fruuntur. Si quis objiciat, hæredem quoque hodie omnino hoc nomine accipi, eum doctiſſimi SENCKENBERGII diſſertatio nuper edita, convincet *de filia ultimi gentis ſuæ in regnis & principatibus privative ſuccedente*, in qua, ut nobis videtur, belliſſime expoſuit, ab inteſtato ſucceſſionis proprium fundamentum condominium olim fuiſſe. Conf. ejusdem Auctoris Diſſ. qua *primas lineas condominii pro indiviſo ſive Ganerbinatus*, de-

*derer Gemeinds-Herrſchafften expoſuit.* Adjici poteſt de verbo *Erbenzins*, canonem hunc eſſe a domino utili adeoque a condomino ſolvendum, eamque vocem dominium certe utile poſſeſſoris comprehendere, aliter ac vox *Zins*, vel *Pæchte*, quæ eundem dominii gradum tribuere non videtur. Et ſane nomen *Erben* ad ſocios, qui in communione rei alicujus vel juris ſunt, omnes fere transfertur. Unde Stadæ obtinet, ut jus braxandi habentes cives Brau-Erben vocentur. Communitas vel Gemeinde-Bürger der Stadt olim voce Erben expreſſa, ut charta a. 1561. de civitate Hamelenſi convincit apud Dn. SCHANNAT *Probat. client. Fuld.* n. 153. ubi ita: *Burgermeiſter und Rath und die Erben daſelbſt.*

## §. III.

Illud igitur, quod marito mortuo noverca etiam caſæ interim præſidere & novum colonum ſed temporarium inducere poteſt, donec ad certum ætatis terminum liberi pervenerint, denuo & condominam illam & liberorum tutricem, vel, ut Gallorum vocabulo utar, *bailliſtam* conſtituit. Tutelam continet.

## §. IV.

Si ex priore quodam matrimonio liberi forte nulli extant, ſed ex *ipſa ſponſa ſucceſſores* quæruntur, tum in pactis dotalibus hanc *in rem caveri nihil ſolet*, ſed determinatione alia non adjecta, ſponſa ut hæres bonorum ſponſi omnium domum ejus introire dicitur. Nihilominus tamen conſuetudines Ducatus Luneburgici ita ferunt, ut præmature mortuo marito viduæ & naturali quoque matri temporarium colonum alium curiæ inducere permittatur, quoad filius natu maximus certum annorum numerum expleverit, ut præeſſe curiæ ipſe poſſit. Quo tempore elapſo illa cum ſecundo marito in tempus vitæ dotalitium accipit & utriusque illata in curia item remanent. Unde & mater naturalis, etſi de hoc nihil convenerit, nihilominus marito præmature mortuo & condomina bonorum manet & liberorum tutrix eſt. De matre naturali.

## §. V.

Quæ autem tutricis condominæ vel bailliſtæ in bona poteſtas, quæ obligatio ſit, videamus. Principio extra dubitationem illud eſt, uſumfructum eam tenere bonorum mariti, non Romani juris, ſed Tutela hæc fructuaria eſt.

ſed Teutonici in hunc modum, ut de dominio multum teneat, & fructus interim bonorum eos lucretur, qui poſt expletum boni patrisfam. vel matrisfamilias officium ſuperſunt. Certe jam in *Jure provinciali Saxonico L. 1. art. 23.* in hanc rem exprimitur, ut tutor cohæres de pupillorum bonis rationes non reddat: Wo aber der Vormund auch Erbe mit iſt, ſo darf er niemand des Kindes Gut berechnen. Idem in domino feudi, qui vaſalli impuberis tutor legitimus fuit, *Juris feudalis Saxonici* verbis declaratur, quæ ex vetere MS. retulit *Dn. de* LUDEWIG in diſſ. *de tutela fructuaria diff.* 1. *not. dd.* Weichbild Ottendorf art 11. Aver doch ſchall he ſolick Gudt in Vormundſchap, beth tho der Kinder mündigenn Jahrenn ahne einigen Zinß by ſick beholden, unde gebrucken unde de Kinder notdürftiglichenn underholdenn. Wann auerſt de Mann ſtervet unnde verleſt ehelicke Kinder, = = = Se ſchall auer dennoch der Kinder Vormundſchap und Verwaldinge der Guder beholdenn, ane Zins, ſo lange als ſe ſick nicht wederum verehlicket, unde dagegen de Kinder underholden. Vid. infra §. XXVI. des Osnabrückſchen Haußgenoſſen-Rechts. In perſonis illuſtribus Germanorum mores hodierni idem probant, ut tutores condomini rationibus reddendis obſtricti non ſint. Conf. LUDEWIG c. l. & Gloſſa Germ. Jur. Prov. Sax. c. l.

## §. VI.

Illuſtratio ex uſu Gallico.

Jura Gallica, quæ quidem noſtra opinione ipſa Germaniæ jura egregie illuſtrant, idem declarant. Quemadmodum enim de communione bonorum in conſuetudinibus Gallicis multum continetur, ita hæ Gallorum conſuetudines partim utrique parenti, & patri & matri jus *ballii* vel gardiæ tribuunt, in patre autem, item in matre nobili, unus omnium conſenſus hanc in rem adeſt, quæ poſtrema quidem ſpecies *garde noble* vocatur. Probabimus primo, quasdam Galliæ & Belgii conſuetudines hoc tutelæ fructuariæ vel ballii jus indiſtincte & patri & matri vindicare. Conſuetud. Turon. tit. 32. art. 346. *Entre gens couſtumiers les enfans ſous l'age de puberté, ſçavoir eſt les masles ſeus l'age de quatorze ans, les filles de douze, aprez le decez de leur mére demeurent & ſont en la tutelle naturelle & gouvernement de leur pére, qui a droict de prendre le revenu & emolument des heritages des mineurs, à la charge ſeulement, de les nourrir, entretenir, pour chaſſer leurs choſes neceſſaires*

&

*& payer les charges de leurs heritages. Pareillement les dits enfans ſont & demeurent en la tutelle naturelle de leur mére, qui a pareil droicts & hors le dit age de puberté ſont les dits pére & mére tenus rendre compte des biens des dits enfans & payer le reliqua, ſi les dits biens ſont plus que ſuffiſans pour leur nourriture & entretenement.* Conſuet. Pariſ. art. 277. *& pareillement le gardien Bourgeois a l'adminiſtration des meubles & fait les fruits ſiens durant la dite garde.* Conſuet. Camerac. tit. 6. art. 3. *Le pére ou la mére eſt bailliſte ou tuteur & adminiſtrateur naturel de leurs enfans mineurs & de leurs biens & peut jouir des fruicts & revenus de tous leurs heritages & rentes de quelque coſté qu'ils leur ſoyent venus jusques à l'age de puberté qui eſt au fils de quatorze ans accomplis, attendant quinze, & à la fille des douze ans accomplis, attendant treize.* Conſuet. Montargienſ. Cap. 21. art. 30. *Au regard des non-nobles* (de nobilibus enim dubitatio nulla eſt) *s' ils ont enfans enſemble de leur mariage, le ſurvivant a la garde de mineurs & porte la foyet hommage pour eux de leurs heritages tenus en fiefs ſans qu'il ſoit tenu payer reachapt du profit.* Ex ſtatuto quoque *Aurelianenſi* idem jus tam inter nobiles, quam & plebejos obtinere, Dn. de LUDEWIG in diſſ. *de tut. fruct. diff. 1. not. bb.* auctoritate *Pyrrhi Anglebermæi* probat. Item fructuariam tutelam patri, matri & domino ex conſuetudinibus Andegavenſium deberi, REN. CHOPPINUS expoſuit *L. 2. de feud. Andegav. tit. 2. p. 57. 58. ſq.* a Dno de LUDEWIG ibidem allegatus. Conſuetudines *Berrienſes* idem matri jus, ſed ad tempus viduitatis reſtrictum, concedunt *tit. 1. art. 22.* in hunc modum: *La mére pareillement, où le pére n'eſt vivant, a tant qu'elle ſera en viduité l'adminiſtration des perſonnes & biens de ſes enfans mineurs d'ans & faire les fruits des heritages ſiens ainſi que le pére.* In perſonis autem nobilibus tam patre quam matre idem conſuetudines omnes probant, quas BOUVOT retulit in *conference generale de la Couſtume du Duché de Bourgogne p. 217. ſq.* Sed & in non-nobili patre obtinere hoc univerſim videtur, etſi huic matri id multæ conſuetudines denegant. Conſuet. Burgund. tit. des enfans de plus lits art: 6. 7. *Entre Bourgeſis, marchands & autres gens non-nobles la femme après le trèpas de ſon mari eſt tutrice, ſi bon luy ſemble, & prend la tutelle par authorité de juſtice: par la quelle juſtice lui ſont baillez les dits biens par inventaire, en baillant*

*caution ſuffiſante d'en rendre compte & reliqua aus dits enfans ou a leurs hoirs, quand ils ſeront en age ſuffiſant tel que deſſus, ſi par le pére n'y eſt autrement pourveu. Et auſſi le pére eſt legitime adminiſtrateur de corps & biens de ſes enfans & après le trespas de ſa femme prend les biens de ſes dits enfans par inventaire & demeure obligé de rendre les meubles & heritages à ſes dits enfans, quand ils ſeront en age ſuffiſant & ſeparez de leur pére en faiſant les fruits ſiens.* Bourbonnois chap. 16. art. 174. *Le pére eſt adminiſtrateur legitime des biens maternels & adventits de ſes enfans eſtans en ſa puiſſance & fait les fruicts ſiens, ſi bon luy ſemble jusques à l'age de 14. ans quant aux filles, & à 18. quant aux masles.*

## §. VII.

Usufr. ad quæ bona pertineat.

Dicendum vero eſt, uſumfructum hunc ad bona defuncti mariti omnia pertinere tam immobilia, quam & mobilia, quia univerſim bonorum uſusfructus condomino tutori conceditur.

## §. VIII.

An ad bona pupillorum adventitia.

Plane Gallorum ballium ad bona pupillorum etiam adventitia profertur, ſi quæ durante ballio acceſſerint. Sed hanc quæſtionem in hominibus ruſticis & colonis tractare ſupervacaneum erit; etſi propter communionem bonorum inter matrem & liberos intercedentem ſententia illa ratione non caret, præſertim quamdiu pater vel mater ad ſecundas nuptias non procedunt. Conf. *Jus Statut. Civit. Luneb. P. 6. tit. 12. §. 1. & 3.*

## §. IX.

Differentia conſuetudinum Gallicarum.

Hoc autem Gallorum conſuetudines inter ſe differunt, quod quædam res mobiles lucro plane bailliſtæ tribuunt, quædam reſtitutioni ſubjiciunt.

## §. X.

Quædam mobilia bailliſtæ tribuunt.

Lucro bailliſtæ mobilia relinquunt conſuetudines Burgundiæ tit. des enfans de pluſieurs lits § 4. verb. *& à ſon profit tous les meubles.* Conſt. de Laon tit. 18. art. 26. *ſont tenus acceptant la garde noble faire inventaire, rendre compte comme tuteurs, mais où ils voudroyent choiſir le bail, font les meubles des mineurs leurs, avec les fruits de tous leurs heritages.* Coutume de Chauni tit. 25. art. 139.

*eſt*

*eſt tenu le pére ou mére eliſant la garde noble faire inventaire, rendre compte, payer les reliqua. Si prend le bail & eſt bailliſte, fait les meubles ſiens & fruicts des heritages.* Montargis chap. 21. art. 27. *prennent les meubles, ſauf ceux qui ſont pour la fortification des maiſons & ceux qui y ſont pour perpetuelle demeure & font leurs les profits & les revenus de tous les heritages des mineurs.* Berry tit. 1. art. 26. *Au regard des meubles appartenans aux enfans mineurs eſtans ſous le bail & adminiſtration du pére ou de la mére, ayeul ou ayeule, éntre nobles appartiennent aux bailliſtes & adminiſtrateurs & les font leurs à la charge - - - S'ils n'ont ſatisfait aus dites charges, ſeront privez du gain des meubles & fruicts.* Chaſteauneuf chap. 19. art. 140. *Tous gardes & tuteurs, tant legitimes, datifs que autres, ſont tenus faire inventaire, tenir compte ſauf toutefois le pére & mére nobles, lesquels quant aux meubles & fruicts ſeront exemts de compte.* Statutum Bituricenſe tit. 1. §. 11. p. 22. *Et auſſi tous les meubles du dit mineur luy apartiennent & les fait ſiens ſans ce qu'il ſoit tenu en rendre compte.* Conſuetud. Aurelian. tit. 1. §. 29. *mobilia bona fundorumque fructus ſibi acquirunt.* Quo & facere videtur Conſuetudo Lodunenſis cap. 33. art. 3. *eſt tenue bailliſte laiſſer les metairies garnies de beſtail & autres meubles neceſſaires à l'agriculture, le bail fini.* Aliæ conſuetudines reſtitui mobilia in caſu demum ſecundum nuptiarum volunt, ut *Cout. de Sens tit. 16. art. 156. Cout. de Valois tit. 6. art. 67.*

## §. XI.

Contra mobilium adminiſtrationem demum tribuunt *Conſuetudines Pariſienſes* art. 267. *le gardien noble ou bourgeſis à l'adminiſtration de meubles, fait les fruits ſiens.* Conſuetudines *Burgundiæ* etſi nobili patri & matri mobilia item concedunt, non-nobili denegant art. 7. verb. *& demeure obligé de rendre les meubles & heritages à ſes dits enfans - - - en faiſant les fruits ſiens.* Berrienſes quoque conſuetudines nobilibus tantum, non ignobilibus parentibus mobilia videntur adſcribere. Bolenois tit. 2. art. 87. *Et ſe regle le bail pour la proximité ſelon la ſucceſſion, ayant le bailliſtre ſans rendre compte a ſon profit tout le revenu des heritages & a la charge de rendre compte des meubles.* La Marche Cap. 12. art. 75. *reſtituer les meubles, qui ſeront trouvez au tems du bail, dont il* Quædam aliter habent.

*eſt tenu de faire inventaire en delivrant le bail.* Aliæ quoque Gallorum conſuetudines fructus bailliſtæ vindicant, de mobilibus tacent, ut Couſtume de *Cambray* tit. 6. art. 3. *Tours* tit. 32. art. 346. *Eſtampes* chap. 7. art. 8. *Senlis* tit. 7. art. 152. *Clermont* tit. 14. art. 170. *Bourbonnois* chap. 16. art. 174.

## §. XII.

Diſtinctio mobilium adhibetur.

Si diſtinctio mobilium adhibeatur & præſertim res perituræ, quæ ſervandæ non ſunt, & *fahrende Habe* a ceteris mobilibus ſeparentur, juri veteri Germanico magis conſentaneum videtur, ut illud mobilium genus, quod proprie *fahrende Habe* appellatur, lucro tutoris condomini certe hactenus cedat, ut rationibus de iis reddendis ſubjectus non ſit. Principio hoc ex *gloſſa juris feudalis Saxonici cap. 26.* probatur, ubi expreſſum ita eſt: *Angevelle iſt alle varende Habe, die auf eines Mannes lengut iſt und aller genieſſ.* Angevelle autem cuſtodiam feudi & tutelam fructuariam eſſe, ex jure Alemannico feudali Schilteriano Cap. 49. & SCHILTERI commentario ibidem manifeſtum eſt & vel regaliarum exemplo convincitur. Cujus quidem ratio procul omni dubio in advocatia, tutela & mundeburdio ſita fuit, ut quemadmodum advocati omnes bona vacantia reciperent, dominus tutorque feudi fructus feudi vacantis, ita Imperatores quoque & eccleſiarum advocati & tutores vacante per mortem præſulis eccleſia reditus interim ejus anni ſibi vindicarent. Conf. ANT. DADINUS ALTESERRA *de Duc. & Comit. Provincial. L. 1. C. 9.* Enimvero hoc jure regaliarum rex mobilia quoque ſuſtulit. ARNOLD. Lubec. Chron. Salv. lib. 3. c. 17. n. 4. *ab Imperatore mortuis Epiſcopis confiſcantur eccleſiæ, ita ut ablatis omnibus mobilibus & ſtipendiis præſentis anni Epiſcopus novus ſubintrans omnia exinanita & evacuata inveniat.* Cum quo teſtimonio conſentit privilegium Friderici II. Imp. a. 1216. apud KETNERUM Antiquit. Quedlenburg. p. 217. *Ideoque veterum illam conſuetudinem deteſtantes, quam anteceſſores noſtri Romanorum Imperatores & Reges in cathedrales exercuerunt eccleſias & abbatias, quæ manu regia porriguntur, quod videlicet decedentibus epiſcopis & prælatis eorum non tam reliquias rerum mobilium eorundem conſueverant occupare, ac convertere in uſus proprios occupatas, quam etiam reditus & proventus per totius primi anni circulum* - - - Aliud autem

autem hanc in rem argumentum maximi ponderis illud quoque videtur, quod tam Alemannico jure provinciali, quam & Saxonico maritus ut tutor uxoris & bonorum condominus mobilia illa, quæ *fahrende Habe* dicuntur, ſua facit. Unde & hodienum Saxones maritum hæredem uxoris mobiliarem vocant. Conf. *Jus provinc. Saxon. art. 31. lib. 1.* & *jus provinciale Alemannicum Schilterianum cap. 11.* ubi in hunc modum exprimitur: *und nimpt ain ander Wip und git im diu varendes gut, er giltet von dem varenden gut wol, das iſt davon geſetzt, das der man ſines wibes vogt und maiſter iſt.* Idque in marito juri ſtatutario Cellenſi conveniens eſt tit. Vom Weib und Manne §. Wann ein Mann ꝛc. ubi quidem prioris matrimonii liberis immobilia demum materna ſervanda eſſe cavetur. *Et Jus ſtatutarium civitatis Luneburgenſis p. 6. tit. 8.* idem, non in marito tantum, ſed & muliere improle cavet, ut vir vel uxor improles retineat alterius conjugis fahrende Habe oder reides Gut. Sed inter nobiles quoque ita olim obtinuiſſe, ut conjux ſuperſtes ſalva liberorum legitima, defuncti conjugis mobilia, fahrende Habe, acciperet, ſententia N. 2. ſubjecta declarat.

## §. XIII.

Fahrende Habe explicatur,

Quo autem ſententia noſtra rectius intelligatur, explicandum eſt, *quid proprio nomine fahrende Habe* contineri exiſtimemus & quomodo a ceteris mobilibus diſtinguatur. Principio neminem fugit, & vel ex art. 76. lib. 3. juris provinc. Saxon. manifeſtum eſt, geradam, quam & utenſilia vocant, a fahrende Habe diſtinctam mobilium ſpeciem fuiſſe. Non dubium eſt, quin item res expeditoriæ diſtincta ſpecies fuerint, nec appellatione fahrende Habe comprehenſæ, etſi forte aliquando latius hæc vox patuerit. Multæ præterea res mobiles nomine *Eigen* & *Erbe* comprehendebantur, quibus *fahrende Habe* oppoſita omnia fuit. Et ſi rationem juris provincialis Alemannici C. 161. apud SCHILTERUM & juris veteris Auguſtani a SCHERZIO ibidem in notis ſubjecti ſequamur, dicendum videtur, fahrende Habe ad res perituras inprimis pertinere, & quæ ad certum uſum deſtinatæ nondum ſint. Conf. WEHNER *obſerv. pract.* voc. *fahrende Hab.* Idque leges Piltenſes, a Dn. NETTELBLADT in Anecd. Curland. vulgatæ p. 28. declarant, quæ plane neque exſtantes nummos neque nominibus collocа-

locatos hoc mobilium genere contineri volunt his verbis: Zur fahrenden Habe aber gehören nicht Baarschaften, sie seyn ausgeliehen oder nicht, oder in Laden vorhanden, oder Pfände, oder Silber und Gold gepräget, geschlagen und gegossen, noch was Erd- und Nagel-fest ist, besondern das alles gehöret zu der Erbschaft. Et huc facere verba consuetudinum Montargiensium videntur cap. 21. art. 27. *prennent les meubles sauf ceux qui sont pour la fortification des maisons & de ceux qui y sont pour perpetuelle demeure.*

§. XIV.

Conclusio de mobilibus.

Sequendum hactenus jus Germanicum in tutela fructuaria adhuc esse, ut idem hodie affirmandum sit, mihi dubium non videtur. Est enim tota hæc materia germanici juris, consuetudine inter rusticos retenta, quam Romana jura penitus ignorant. Quamobrem ea consuetudo interpretationem Romani juris plane non admittit, ex fonte autem suo recte explicabitur. Quod si conventio aliter ferat, hanc potius sequendam esse, omni dubitatione caret. Similiter quibus locis portio statutaria introducta est, hæc in locum mobilium succedere videtur.

§. XV.

Scholion.

Nihil sane incommodi pupillis rusticis inde enascetur, quod matris seu naturalis, seu novercæ bona omnia, eadem mortua, in casa remanent, adeoque & plerumque a possessore prædii omnia recipiuntur. Ceteri autem liberi certa portione dotis accepta a tota hæreditate paterna separantur.

§. XVI.

De frumento conserendis agris destinato.

Frumentum conserendis agris destinatum das vorräthige Saat-Korn, item die Gail und Gahre ad lucrum tutoris fructuarii vel tutricis non pertinere, manifestum est. Nam frumentum quoque illud ex destinatione rei hæreditariæ, *Erbe*, nomine comprehendendum esse patet. Sed & pecora & instrumenta agriculturæ inservientia lucro tutoris fructuarii non cedere, constat. Et similiter in cetera supellectile & re mobili dicendum est, quæ ad certum usum destinata jam est. Lodunois chap. 3. art. 3. *& autres meubles necessaires à l'agriculture le dit bail fini ainsi qu'il les aura trouvez.* Consentiunt Consuetudines Andegavenses tit. 7. art. 85. 93.

§. XVII.

§. XVII.

Tutor fructuarius dici poteſt hæres mobiliaris.

Quemadmodum igitur Saxones maritum hæredem uxoris mobiliarem vocant, ita tutor fructuarius ſimiliter hæres defuncti mobiliaris dici poteſt.

§. XVIII.

Rationes non reddit.

Tutor fructuarius ſeu baillifta rationes adminiſtrationis ſuæ non reddit. Idque in jure provinciali Saxonico L. I. art. 23. nominatim continetur: Wo aber der Vormund auch Erbe mit iſt, ſo darf er niemand des Kindes Gut berechnen. Quamobrem nec vidua, quæ tutrix fructuaria eſt, rationes reddit.

§. XIX.

Officium ejus.

Fungi tamen tutor fructuarius officio boni patrisfamilias debet, ut bona pupilli conſervet eaque integra & ſarta tecta reſtituat. Coutumes de Senlis art. 154. *eſt tenu de faire voir & viſiter bien & deuement & par gens experts, qui en feront rapport en jugement, tous & chacunes les maiſons & edifices des mineurs, desquels il aura accepté la garde, afin que la garde noble finie on puiſſe congnoiſtre s' il les aura entretenu & rendu en eſtat ſuffiſant & pareil qu' ils etoient lors de la viſitation.* Amiens art. 131. *Le bailliſte eſt tenu d' entretenir les maiſons, edifices, eſtangs, viviers, bois & autres heritages du mineur, & en doit uſer comme uſufruictier en bon pére de famille & enfin les rendre en bon eſtat, & ſi autrement le fait, eſt tenu es dommages & intereſts envers le mineur.* Conſuet. Burgund. tit. des enfans de pluſieurs lits §. 4. *& parmi ce qu' elle eſt tenue . . . maintenir leurs heritages bien & ſuffiſamment & les rendre aus dits enfans en bon & ſuffiſant état.* Conſuet. Camerac tit. 6. art. 13. *& les entretenant en bon & ſuffiſant état.* Berry tit. 1. art. 22. *& rendre les heritages aux mineurs la dite adminiſtration finie en bon eſtat.* Paris art. 277. *& en fin des dites gardes rendre les heritages en bon eſtat.* Melun chap. 20. art. 287. *Et à la fin de la garde les rendre en bon eſtat.* Et art. 295. *ſi le gardien n' entretient les edifices, maiſons & heritages des mineurs, les laiſſant deſcheoir, faiſſant peſche & coupe de bois hors ſaiſon, ſera privé de la garde, & pourront neanmoins les mineurs avoir leur recours contre le gardien pour leurs dommages & intereſts.* Normandie art. 221. *le Seigneur ayant la garde eſt*

*ſubject de tenir en droit etat ancien les edifices.* Et eundem in modum ceteræ Gallorum conſuetudines omnes cavent.

## §. XX.

Ad quas refectiones teneatur.

Si quæras igitur, ad quas refectiones & reparationes tutor fructuarius teneatur, reſponſio facilis eſt. Nam ad illas certe tenetur, quibus ſarta tecta domus vel ædificium conſervatur, ſeu quæ ad rem in eodem ſtatu conſervandam pertinent, non item ut quæ diruta & collapſa vetuſtate ſunt, ex integro reſtituat, obligatus eſt. Ac Galli quidem *reparations viageres* ſeu *menues* a ceteris diſtinguunt. *Reparations viageres* appellant, quæ ultra unius hominis, præſertim uſufructuarii ætatem uſum vix præſtant, & has reparationes quemadmodum ceteros uſufructuarios, ita tutorem ex fructibus ferre affirmant, non item quæ durare ultra hominis ætatem ſoleant. Conſuetud. Pariſ. art. 267. *& iceux heritages entretenir de toutes reparations viageres.* BOUVOT *in Conference generale de la Coutume du Duché de Bourgogne* in hunc modum retulit: *Par arreſt du 25. Febr. 1585. fuſt jugé qu' un pere ayant accepté la garde noble eſtant fort endetté & remonſtré qu' au lieu de payer & acquiter les dettes des mineurs, les entretenir & faire les reparations viageres, il employoit les fruicts à ſes propres affaires & à payer ſes dettes, fut ordonné que le pére bailleroit caution.* Senlis tit. 7. art. 152. *ſera tenu de faire les menues reparations & autres, dont eſt tenu l' uſufruictier.* La Salle de l' Isle tit. 14. art. 1. *& d' entretenir les heritages ainſi qu' à un uſufructuaire appartient.* Et ita in uſufructu quoque dotalitii parvæ reparationes a majoribus diſtinguuntur. Quam in rem ſtatuta Luneburgenſia P. 6. tit. 5. ita cavent: Und weil er denn ſolches Gut geneußt und gebraucht, ſo trägt er auch nicht unbillig den Unkoſten, ſo auf deſſelbigen ziemliche Unterhaltung nothwendig gehet; Jedoch da etwas darin zu bauen wäre, das zu ſtets währenden Nutz des Guts gehörte, = = = ſo ſtehet billig der Eigenthümer den Unkoſten aus, ſo darauf läuft ꝛc. Conſuet. Burbon. cap. 21. art. 252. *La femme eſt tenue d' entretenir le douaire en l' eſtat qu' elle l' a trouvé de cloſture, plancher, huis feneſtres & autres menues reparations, & le proprietaire doit ſoutenir les fondemens, murs, portes, cheurons & autres choſes, qui ſont communement de plus longue durée que la vie de l' homme & ſont les cheminées & non le contrefeu comtez pour un*

*gros*

*gros mur.* Qua in re ceteræ Gallorum consuetudines consentiunt. Melun. chap. 15. art. 242. *& de bien entretenir les terres & fonds des dits heritages, les gros murs, poultres & entieres couvertures & voutes excepté d' autant que telles reparations tendent pluſtoſt à refaire du nouveau qu' a reparer & entretenir - - - & la douerière n' eſt tenue qu' aux menues reparations & viageres - - - c' eſt à dire qui peuvent ſervir à la vie de l' homme, qui les a fait, & eſt tenu d' entretenir les edifices de couvertures, huis, planchers, cloiſons cheminées, aſſiſes contre les cloiſons & autres menues reparations, & le proprietaire eſt tenu d' entretenir les fondemens, gros murs, poultres & autres groſſes reparations, qui durent par commun cours plus que la vie de l' homme.* Sens tit. 17. art. 164. *Eſt tenu de les ſoutenir de telles reparations uſufructier - - - & doit tant uſufructier que voyager faire les reparations viageres.* Normandie §. 375. *Les douairieres doivent tenir en eſtat les maiſons & heritages, comme elles leurs ont été baillées, ſans couper les bois autres que ceux qui ſont en couppe ordinaire - - - doivent entretenir de cloſtures, couvertures, huis planchers, feneſtres & autres menues reparations, & le proprietaire ſouſtenir les fondemens, murs, poutres, ſommiers cheurons & autres choſes, qui ſont communement de plus longue durée, que la vie de l' homme.* Conf. CHRISTINEVS in *Leg. Municip. Mechlin. tit. 15. art. 1. §. 2.*

## §. XXI.

Ex hoc igitur, quod bona omnia conſervanda ſunt, conſequitur, inventarii confectionem de bonis reſtituendis hactenus neceſſariam eſſe, ut appareat, quid & in qua conditione ſit reſtituendum. Aliter enim de ſtatu bonorum in pejus redacto quæſtio fruſtra poſtea incideret, certe probationis foret difficillimæ. Unde etſi ſtatuta municipalia germanica nominatim hanc in rem non caveant, tamen JCti noſtri MEVIVS & HEINECCIVS inventarii confectionem in matre uſufructuaria non ſine ratione requirunt. Gallorum quidem conſuetudines plurimæ item de hac re tacent. Conſuet. Valeſ. tit. 6. art. 67. *fera inventaire jouira des biens, tant qu' il ſe tiendra en viduité.* Conſuet. Burbon. cap. 16. art. 174. *& eſt tenu le pére de faire inventaire de leurs biens & le rendre à ſes enfans l' uſufruict fini.* Conſuet. Pariſ. art. 269. *La garde noble ou bour-*

An inventarium conficiendum.

*bourgeoiſe ſe doit accepter en jugement & eſt tenu le gardien noble ou bourgeois faire l' inventaire.* Conſuet. Turon. tit. 32. art. 342. *inventaire & appretiation du beſtail eſtant es metaires, ſelon lequel inventaire & appretiation il ſera tenu de rendre les choſes le dit bail fini.* Chaſteuneuf chap. 19. art. 140. *Tous gardes & tuteurs tant legitimes, datifs que autres ſont tenus faire inventaire, tenir compte, ſauf toutefois les pére & mére nobles, leſquels quant aux meubles & fruits ſeront exempts de compte, mais non de faire inventaire des heritages, titres & enſeignements des mineurs.* Berry tit. 1. art. 30. *La mére, qui perd le bail par ſecondes nopces - - - eſt tenue de - - - rendre les meubles ſelon l' inventaire.*

## §. XXII.

Mobilia inventario non inſeruntur.

Quod ſi de mobilibus, quæ fahrende Habe dicuntur, rationes tutor fructuarius non reddit, hæc etiam inventario inſerenda non ſunt, quia nulla ratio exigere id videtur. Et ita obſervari, de comitatu Hoyenſi adjunctum ſub. N. I. manifeſtat.

## §. XXIII.

Quid ſi inventarium confectum non ſit.

An omiſſa inventarii confectione tutela fructuaria tutor privetur, vel antea perceptos fructus ſuos faciat? quæri poteſt. Plane jure civili obtinet, ut inventario non confecto tutor a tutela removeatur, nec antea gerere quidquam poſſit. *L. 7. pr. ff. de admin. tut. L. ult. §. 1. C. arbitr. tut.* Quod quædam Gallorum conſuetudines item cavent. Berry tit. 1. art. 36. *ſont tenus de faire inventaire des biens meubles avant qu' aucunement eux immiſcer à l' adminiſtration.* Conſuet. Turon. tit. 31. art. 341. *& à faute de faire inventaire eſt privé du bail.* Berry tit. 1. art. 26. *& à cette fin ſeront tenus de faire inventaire des meubles avant que s' immiſcer en l' adminiſtration.* Enimvero niſi de dolo conſtet, vel ſtatutum nominatim ita caveat, hanc ſententiam ſequendam non putem, propterea quod in ſpecie propoſita inventarii finis notitia tantum patrimonii eſt, a defuncto relicti, quo caſu ſpecificatio jurata quoque JCtorum ſuffragiis admittitur. Multo minus illam ſeveriorem ſententiam in ruſticis hominibus obtinere putem, qui ſimplicitatem ſequentes juris civilis cautiones ignorant. Magiſtratus igitur ad inventarium conficiendum adigere tutores fructuarios vel tutrices debet,

debet, nec præſertim iterum nubendi poteſtatem, niſi inventario jam confecto, concedere. Tutrix ipſa, niſi de dolo conſtet, ballio ideo privanda non eſt.

## §. XXIV.

Liberis ſubveniendum quomodo ſit.

Quemadmodum autem fructuarius tutor non ſibi ſoli, ſed pupillis quoque poſſidet & tutor eorum eſt, ita ex bonis, quibus utitur fruitur, pupillos etiam honeſte & prout decor & natalium forte dignitas exigit, alit eorumque educationi bene proſpicit, in quam rem ſumtus item neceſſarios ſubminiſtrat, qualiter officio boni viri & patrisfam. convenit. Conſuet. Meld. cap. 19. art. 248. *avec ce leur bailler eſtat convenable en chevaux, habillemens en autre choſe ſelon que leur état le requiert.* Conſuet. Burgund. tit. des enfans §. 4. *alimenter ſes dits enfans, les veſtir & habiller.* Laon tit. 18. art. 26. *les nourrir, alimenter & entretenir.* Cambray tit. 6. art. 3. *en entretenant les enfans de toute alimentation & habillements convenables & les faire endoctriner & apprendre.* Tours tit. 32. art. 346. *à la charge ſeulement de les nourrir, entretenir, pourchaſſer leurs choſes neceſſaires.* Berry tit. 1. art. 22 *à la charge de la nourriture & entretenement de ſes enfans.* La Salle de l' Isle tit. 14. art. 1. *à la charge de nourrir & alimenter n' eſter & entretenir aux ecoles ou autrement iceux enfans ou en faire ſelon leur état* Melun chap. 20. art. 287. *inſtruire es lettres ou autre eſtat convenable à leur qualité, ſont auſſi tenus les entretenir.* Paris art. 277. *les nourrir & entretenir les mineurs bien & deuement, iceux faire inſtruire ſelon leur qualité, eſtat & vocation.* Clermont tit. 14. art. 170. *nourrir, entretenir, inſtruire ou faire inſtruire ſelon leur qualité & eſtat.* Chauni tit. 25. art. 139. *& avec ce alimenter entretenir bien & ſuffiſamment les mineurs & iceux endoctriner & faire aprendre ſelon leur eſtat.* Normandie art. 224. *de nourrir bien & doucement les enfans ſelon leur qualité, age & famille.* Bolenois tit. 2. art. 87. *les nourrir & entretenir & faire aprendre, comme à leur eſtat appartient.* Bloys chap. 2. art. 5. *ſi les mineurs ſont masles, ſont tenus les monter de chevaux, s' ils ſont filles, les veſtir, le tout ſelon leur eſtat & condition.*

## §. XXV.

Tutor fructuarius pupillorum

Quemadmodum defendere perſonas pupillorum tutoris partes ſunt, ita fructuarius tutor idem faciet & lites pupillorum tra-

pillos & eorum lites defendit.

ctabit ſumtusque in eam rem neceſſarios ex fructibus ſuppeditabit. Atque hoc etſi per ſe expediti juris eſt, nominatim cavent Coutumes de Berry tit. 1. art. 22. *frais des procez jusqu' a la concurrence & valeur des fruits & depens des procez qu' ont & auront les mineurs pendant le bail & adminiſtration.* Senlis art. 152. *ſouſtenir les procez au depens du gardien.* Clermont tit. 14. art. 170. *ſouſtenir leurs prpcez, pourſuivre leurs droicts.* Valois tit. 6. art. 67. *& faiſant les fruits ſiens ſera tenu--- pourſuivre les procez.* Dourdan tit. 11. art. 129. *Celuy qui aura la garde noble ou bourgeoiſe des mineurs, pourſuivra toutes actions tant reelles qu' autres a ſes depens.*

## §. XXVI.

Debita hæreditaria perſonalia ex fructibus ſolvenda ſolvit.

Debita quoque hæreditaria perſonalia, puta quæ ex fructibus hæreditatis ſolvenda ſunt, nec ſubſtantiam rei immobilis afficiunt, non item realia exſolvere fructuarius tutor ex fructibus debet & hoc ære alieno hæreditatem liberare. Conſequenter ex fructibus ille uſuras quoque ſolvit, legata ex teſtamento & funeris impenſas, item annua onera realia, etiam reſidua quæcunque. Quæ omnia ſolvere illum ex fructibus oportet, nec ſolutum a pupillis repetetur. Principio boni patrisfamilias & tutoris officio illud convenit, ut quantum poſſit, ære alieno hæreditatem liberet. Tum hoc manifeſtari ex jure provinciali Saxonico videtur, ubi *L.* 1. *Art.* 6. ita extat: Wer das Erbe nimmt, der ſoll zu Rechte die Schuld gelten, als ferne das Erb weret mit der fahrenden Habe. i. e. ex mobilibus & fructibus, quos perceptos ad *fahrende Habe* pertinere, WEHNERVS in *obſervationibus practicis* tradit, voc. *fahrende Habe.* Vetuſtiores autem Speculi Saxonici editiones ita exprimunt: alſo vere, als dat erve waret an varender Haue. Quæ quidem verba paulo clarius propoſitam ſententiam noſtram confirmant. Hausgenoſſen-Recht zu Oßnabrück qu. 33. Wann ein Sohn oder Tochter ein Erbe oder Kotten unter hat, bis der Ahn-Erbe erwachſen, und auf all ſolche Kotten Pfacht und Schulde zahlet, keine Schulde machet, und alsden etwas vor ſich erwerbet, ob derſelbe ſchuldig daſſelbe an ſeinen Brautſchaz decurtiren zu laſſen. Dies Geſtelt. So eingebracht, daß ein Sohn oder Tochter, welche das Erbe oder Kotten bis zu des Ahn-Erben Qualification mit Zahlung Pfacht und Schulden unterhält, auch andere Schatzung, Auflage und Landfolge präſtiret, beneben den Kindern ſo hewrathen deuchtig

ihren

ihren Brautschatz giebt und dieselbe damit nicht aufhaltet, daß der Sohn oder Tochter, was sie prosperiret an Gelde oder sonsten, daß solches ihre Legitimam vor sich behalten, gleichwol das Erbe mit nottürfftigen Viehe lassen und erhalten solle. Denique ratio alia hujus rei sat manifesta est, puta quod hæredem defuncti mobiliarem esse tutorem fructuarium jam antea dictum est. Ex quo illud omnino conficitur, debita ipsum mobiliaria seu personalia omnia, utpote quæ mobiliaria habentur, & ex mobilibus fructibusque exsolvenda sunt, solvere plane oportere. Consuet. Rhem. tit. 2. art. 17. *or argent, monnoye ou à monnoyer dettes & actions passives sont meubles.* Unde perspicitur, hæc mobilium numero habita fuisset, ab eo igitur solvenda, qui in mobilia succedat. Et hujus quidem argumenti vis ex alio loco des Oßnabrückschen Hausgenossen-Rechts intelligitur qu. 26. Wird zu Land-Recht gefraget, da Schulde aufm Erbe oder Kotten contrahiret, und dagegen Geld einzumahnen wehre, wie es damit zu halten? ob die junge Ehe-Leute, denen das Erbe oder Kotten überlassen, sothane Schuld zu bezahlen und die Abtretere die Gelder einzumahnen behalten sollen oder können? Dies Gestelt: So eingebracht, daß die Erbe oder Kotten mit Schuld und Unschuld übergelassen werde, und müssen die junge Leute die Schuld bezahlen, dagegen sie auch die ausstehende Gelder einzumahnen hätten, so keine Schuld behalten vor sich und Kinder.

## §. XXVII.

Si quis rationes nostras contemnat & minus certas putet, quanquam eæ certæ nostro judicio sunt, iis nunc testimonia ex consuetudinibus gallicis collecta & hic subjecta inspiciat, quæ quidem consuetudines omnes, etiam illæ, quæ mobilia tutori fructuario denegant, ad hæc solvenda debita illum adstringunt. Consuet. Burgund. tit. des enfans §. 4. *parmi ce qu' ell est tenue d' acquiter ses enfans de tous dettes & frais funeraux - - - & les rendre ausdits enfans vestus & habilles francs & quittes de tous dettes.* Laon tit. 18. art. 26. *à la charge d' accomplir le testament du defunct, payer les dettes, que doivent les dits enfans.* Cambray tit. 6. art. 3. *en payant & acquitant les charges des heritages.* Paris art. 277. *à la charge de payer ou acquiter par les gardiens les dettes & arrerages des rentes, que doivent les dits* Confirmatur.

*dits mineurs - - - payer & acquiter les charges annuelles.* La Salle de l' Isle tit. 14. art. 1, *les rendre indemnez ausdits ages de toutes dettes.* Sens tit. 16. art. 156. *à la charge de payer les dits dettes.* Eſtampes chap. 7. art. 8. *à la charge de payer par le dit gardien les dettes, que doivent les dits enfans.* Bourbonnois chap. 16. art. 174. *tenu de payer des dettes, que doivent les enfans.* Melum chap. 20. art. 187. *ſont tenus d' acquiter & payer les dettes mobiliaires & perſonnelles de ſes enfans.* Senlis tit. 7. art. 152. *payer les dettes mobiliaires, arrerages des rentes, teſtament, obſeques, funerailles, acquiter les dits mineurs.* Clermont tit. 14. art. 170. *payer les reliefs des fiefs, ſi aucuns ſont deus, acquiter les mineurs de touts dettes.* Chauni tit. 25. art. 139. *à la charge de payer les dettes, accomplir & fournir les teſtaments, obſeques, funerailles.* Montargis chap. 21. art. 27. *Et par ce moyen ſont tenus les nourrir & acquiter de tous dettes & entretenir les heritages en ſuffiſant état, payer les charges, les rendre indemnez & ſans empeſchement, accomplir les obſeques funerailles & les legs perſonnels du decedé.* Berry tit. 1. art. 22. *& faire les fruits des heritages ſiens à la charge de la nourriture & entretenement de ſes enfans & acquitement des dettes;* art. 23. *ſera tenu d' acquiter ſes enfans des dettes mobiliaires, ausquels' ils étoient tenus lors de l' acceptation de l' adminiſtration, obligez payer les charges pour le tems de ſon adminiſtration dues ſur les heritages de ſes enfans, enſemble les arrerages des rentes, ſi aucuns ſons deus.* Et art. ſequ. 26. eædem conſuetudines in matre denuo ita explicant: *enſemble les arrerages eſcheus au precedent, ſi aucuns en ſont deus.* Bolenois tit. 2. art. 87. *rendre indemnez les mineurs de toutes dettes, obligations perſonelles, payer les reliefs.* La Marche chap. 12. art. 74. *payer ſes dettes,* cap. 19. art. 248. Valeſ. tit. 6. art. 67. *de charge des heritages.* De Iſtria quoque PAVLVS DE CASTRO vol. 2. Conſ. 374. n. 1. 2. ſimiliter refert. *Præſuppoſita conſuetudine, vigente in Cauodiſtria, quod tutores ſuperlucrantur fructus quorumcunque bonorum pupilli & in quocunque loco poſitorum, & quoscunque reditus, ſolutis tamen debitis & cum onere miniſtrandi victum & veſtitum pupillis.*

## §. XXVIII.

Amplius confirmatur.

Jus autem Romanum opponi hoc loco nequit, cui omnino in

incognitum eſt, uſufructuarium omnium bonorum pupilli & ſimul tutorem eſſe. Quod ſi utraque perſona conjungatur & reſpectus uterque, tantum abeſt, ut hoc Romano juri repugnet, ut potius menti ejus conveniat. Si autem uſumfructum ſolum juris Romani concipias, tutor fructuarius ne ad uſuras quidem debitorum ſolvendas teneretur, ſed has item a pupillis repeteret. Quod quam durum foret, illi quoque facillime agnoſcent, qui jus in hac re Romanum ſequendum putant, ſola uſusfructus habita ratione, cum conjungenda notio tutoris ſit. Sed vix plura de hac re adjicienda exiſtimo, quia per ſe patet, tutelam fructuariam juris germanici eſſe, ex jure autem Romano explicari neutiquam poſſe.

## §. XXIX.

An dotatio filiarum ei incumbat.

Si, quemadmodum in bonis colonariis obtinet, dotatio filiarum ex fructibus fit, ut certa ſumma conventa, in terminos diſtributa, a poſſeſſore prædii ſingulis annis, vel ut convenit, exſolvatur, tum hoc item debitum perſonale & mobiliare exiſtimem, cujus exſolutio tutori fructuario, quam diu poſſeſſor & uſufructuarius ille eſt, incumbat. De qua re in Conſuetudinibus Normannicis art. 118. expreſſum ita eſt: *eſt tenu les nourrir & entretenir ſelon leur qualité & valeur de leurs biens; contribuer aux mariages des filles.* Conf. verba des Oßnabrückſchen Hausgenoſſen-Rechts §. XXVI. relata: beneben den Kindern ſo hewrahten deuchtig ihren Brautſchatz giebet. Non poſſum non ex pactis dotalibus quibusdam, quæ forte in manus inciderunt, locum quendam hic ſubjicere, ex quo ita inter ruſticos obſervari apparet. Conventa ſunt hæc pacta inter Anna Ruſts viduam coloni cujusdam, Thielen Baxmanns in præfectura Iltenſi poſt prioris obitum mariti iterum nubentem & Henning Ruhmkorb novum ſponſum d. 4. Oct. an. 1694. quibus pactis novus ſponſus ad XX. annos dominium & poſſeſſionem prædii ruſtici obtinuit, quibus elapſis cedere filio natu majori & ſimul cum uxore contentus dotalitio eſſe debuit. Ibi de dotatione filiarum conventum ita eſt: Was aber anlanget die 4. Kinder von Thielen Baxmanns ſeel. als 1. Sohn und 3. Töchter, welche noch im Leben, ſo iſt beſchloſſen worden, daß nach verfloſſenen 20. Jahren, von dato an zu rechnen, dem Sohne Thielen der Hof vermachet, oder ſo er verſterben ſollte, einem von denen Mädgens, welchen Töch-

tern ausgelobet worden, einer jeden 150. Thlr. an Gelde, alle Jahr 20. Thlr. bis es gäntzlich bezahlet, ein Fuder Heues von mütterlichen Erbe, 1. Kuhe, 1. Rind, 1. Schwein auf die Dehle, eines auf den Koben, eine Seite Speck, jeden einen Morgen Land 3. mahl abzuerndten, Kisten und Kasten-Pfand, Ehren-Kleider ihrem Stande gemäß ꝛc. unter dem Versprechen, daß, wenn eines von denen Kindern wird verheyrathet werden, er (temporarius ille colonus) in der Zeit, da er den Hof noch inne haben wird, die gesetzten Termine richtig einhalten wolle, und zwar sub hypotheca seiner Güter, solchenfalls der verbriefete Vorbescheid in seinem vigeur gelassen und darüber Amts wegen gehalten werden solle.

## §. XXX.

Quando non incumbat.

Ceterum si non ex fructibus dos, sed ex ipsa rei substantia petatur vel & solvanda sit, tum onus potius & debitum reale est, quod tutori fructuario, ut ex fructibus præstet, incumbere non existimaverim.

## §. XXXI.

Idem ad filios accommodatur.

Quod de filiarum dotatione dictum est, id ad filios quoque, qui primogenitum sequuntur, dicendum est, quippe qui in colonariis bonis in Ducatu Luneburgico filiarum instar, dote accepta, a prædio rustico separantur, & quod ejus causa datur, dos vel nostro Germanorum sermone Brautschatz, appellatur.

## §. XXXII.

De eo quod tutori ipsi personaliter debetur.

Sed & quod tutori fructuario vel tutrici ipsi ex bonis hæreditariis tempore susceptæ tutelæ debetur, siquidem debitum personale & mobiliare sit, non reale, hoc perinde tutor sibi solvere ipse ex fructibus debet, consequenter tutela fructuaria suscepta hujusmodi creditum perdit.

## §. XXXIII.

Id confunditur.

Igitur quod viduæ forte tutrici ex bonis mariti debetur, si debitum personale tantum & mobiliare sit, ballio illud suscepto confunditur. Et ita BOUVOT in commentario ad consuetudines Burgundicas declarat ad tit. enfans de plusieurs lits §. 4. p. 283. *Le pere ou la mére acceptant la garde noble ou bourgeoise confond les actions*

*actions des dettes mobiliaires, qu'elle peut avoir a l'encontre d'eux de son chef.* Chopin glo. 2. Anjou tit. 1. Francon art. 267.

## §. XXXIV.

Enimvero dotem & illata ſua, ſed & donationem propter nuptias, quæ res immobiles & ſubſtantiam hæreditariam afficiunt, ballio ſuſcepto, vidua non perdit. Quanquam præſertim in ruſticis ita obſervatur, ut fructuaria tutela finita, matri vel novercæ cum ſecundo marito pro dote & illatis dotalitium conſtituatur, illata autem omnia in cauſa maneant. Sed niſi hoc foret, repetere tamen ante finitam tutelam illata non poteſt, quia quoad illa durat, communio exiſtere bonorum debet. Quæ repetita dote ceſſaret.

Dotem tamen & illata ſua vidua non perdit.

## §. XXXV.

Cautionem tutor fructuarius de bene adminiſtrandis & reſtituendis bonis jure Saxonico non præſtat. Jus prov. Saxon. L. 1. art. 23. Wo aber der Vormund auch Erbe mit iſt, ſo darf er niemand des Kindes Gut berechnen, noch Bürge ſetzen. Nec ſane illud ratione caret, quia hic tutor non merus uſufructuarius, ſed condominus eſt, & ipſa bonorum parte, quæ pro indiviſo illius eſt, cautionem quaſi præſtat.

An cautionem tutor præſtet.

## §. XXXVI.

Quod ſi igitur ad ipſius rei hæreditariæ immobilis ſubſtantiam condominium vel jus reale tutoris fructuarii pertineat, puta quod dotem vel ſua intulerit, finito ballio, ipſi vel reſtituenda, vel dotalitio compenſanda; tum ſane ſequendum merito jus Saxonicum & fidejuſſoria cautio remittenda tutori videtur, quod per hypothecam in tutoris bonis ſibi a lege quoque conſtitutam ſatis ſecuri pupilli ſunt. Ceterum ſi nec dotem intulerit, nec propter nuptias donationem expectandam habeat, vel dotalitium, tum ſane conveniens eſſe videtur, ut cautio præſtetur.

Declaratus.

## §. XXXVII.

Si Gallorum conſuetudines inſpicias, cautionis uſus exulare præſertim in gardia nobili videtur. Sane per arreſtum de 25. Febr. 1585. patri, qui gardia nobili accepta male res pupilli adminiſtra-

De uſu Gallico.

ret, poſtea demum, cum hoc apparet, cautionem injunctam eſſe BOUVOT retulit in *Conference generale de la couſtume du Duché de Bourgogne* p. 228. Multæ item Gallorum conſuetudines cautionis mentionem non faciunt, & notabilis eſt conſuetudo Pariſienſis art. 269. ubi in gardia plebeja, non item in nobili, cautio requiritur. Verba hæc ſunt: *La garde noble ou bourgeoiſe ſe doit accepter en jugement & eſt tenu le gardien noble ou bourgeois faire faire l'inventaire & outre celuy qui a la garde bourgeoiſe, doit bailler caution.* Quædam tamen conſuetudines etiam in gardia nobili, plurimæ in plebeja cautionem a bailliſta requirunt de bonis tam reſtituendis, quam bene adminiſtrandis. Sic conſuetudines Burgundicæ tit. des enfans §. 4. matri nobili eidemque fructuariæ tutrici cautionem hanc imponunt, verb. *& de ce faire, baillera caution ſuffiſante la dite femme.* Conſentiunt conſuetudines de la Salle de l'Isle tit. 14. art. 1. *& de bailler ſuffiſante caution en faiſant la dite apprehenſion.* In gardia plebeja autem cautionem exigunt conſuetudines Pariſienſes art. 269. Monfort. chap. 10. art. 18. *eſt tenu de bailler caution telle qu'il la pourra bailler avec obligation & hypotheque de ſes biens preſents & advenir*; Peronne tit. 2. art. 222. *eſt tenu de bailler bonne & ſuffiſante caution d'accomplir toutes les charges ausquelles le bailliſte eſt tenu.*

## §. XXXVIII.

Certe cautio ſub hypotheca bon. ſufficit.

Etſi autem, ut dictum eſt, Gallorum conſuetudines hac in re non conſentiunt, tamen ex conſuetudine Montfortenſi, cujus verba ſuperiore §. adduxi, illud perſpicitur, cautionem fidejuſſoriam non requiri, ſed hypothecam bonorum ea gratia ſufficere. Quæ ad confirmandum illud pertinent, quod §. XXXVI. propoſui. Et ita quidem in Ducatu Luneburgico etiam obſervari, verba pactorum dotalium §. XXIX. relata probant.

## §. XXXIX.

De fructibus ante præſtitam cautionem perceptis.

Ante præſtitam cautionem perceptos fructus an ſuos faciat fructuarius tutor, quæri poteſt. Movet tum quod in uſufructuario multi ICti hoc negant, tum quod tutor quoque ſecundum *L. 3. C. de tut. vel cui, qui ſat. non ded.* ante ſatisdationem adminiſtrandi poteſtatem non habet. Sed enim quod de tutore in legibus civi-

civilibus disponitur, si vel maxime ex jure Romano decisio in hoc argumento petenda foret, hoc tamen primo ad tutores tantum testamento datos accommodatum est, proinde ad legitimos, dativos vel pactitios non statim pertinet. Deinde in hac quæstione bailli-sta potius usufructuarii faciem habet. In usufructuario autem principio distinguitur, utrum petita cautio sit, an minus. Nam *nisi* petita sit, ante cautionem petitam fructus adhuc suos usufructuarius facit, ut in Senatu Sabaudiæ judicatum refert ANTON. FABER *in C. de usufr. def. 3.* & CHRISTIANAEUS probat in *Comment. ad Leg. Municip. Mechl. tit. 9. art. 13. n. 11.* item GAILIUS *L. 2. obs. 46. n. 9.* Igitur & qui fructuariæ tutelæ jus habet, si quidem ad cautionem præstandam pro re nata obligatus est, ante petitam cautionem perceptos fructus suos merito faciet.

## §. XL.

Quod si petitam cautionem præstare usufructuarius recuset, vel moram faciat, tum sane ab eo tempore suos fructus non facit. GAIL. *L. 2. Obs. 46. n. 9.* Idem igitur in tutore fructuario, si quidem ad exhibendam cautionem obligatus sit, probandum est.

Quid si cautionem præstare recuset, vel moram committat.

## §. XLI.

*Multo magis hæc in vidua tutrice procedent*, ut ante recusationem cautionis, vel malitiosam dilationem suos fructus faciat, propterea quod bona fide illa in possessione & condominio rerum hæreditariarum permanet, nec inscio & invito hærede usumfructum demum apprehendit. Conf. GAIL. *L. 2. Obs. 46. n. 9.*

Applicatio ad viduam tutricem.

## §. XLII.

An exemplo aliorum tutorum jurejurando fructuarius tutor constringendus sit, quæro. Quod dicendum non videtur. Potius cautio & condominii affectus hoc supplebit. Sed nec in terris Luneburgicis jusjurandum a fructuariis tutoribus exigitur.

An jurejurando tutor fructuarius constringatur.

## §. XLIII.

Ad suscipiendam autem fructuariam tutelam auctoritas judicialis videtur intercedere debere, ut in judicio tutor constituatur. Quam in rem sufficere tamen videtur, pacta dotalia, quibus hæres con-

An tutela fructuaria auctoritate judiciali

fuſcipienda. conjux conjugis declaretur, confecta in judicio eſſe. Quod ſi præſertim vidua poſt prioris mariti mortem iterum nubendo alium colonum temporarium eundemque fructuarium tutorem adſumere velit, hoc merito coram ordinario judice faciendum eſt. Quæ res apud nos in terris Luneburgicis tanto minus dubitationis recipit, quod omnia ruſticorum, inprimis dotalia pacta coram judice ordinario confirmanda ſunt. Conſuet. Pariſ. art. 269. *ſe doit accepter en jugement.*

## §. XLIV.

De ætate tutricis fructuariæ. Cujus ætatis fructuaria tutrix vidua ſit, nihil refert, major ſit, an minor. Conſuet. Turon. tit. 32. art. 347. *Et ſont les dits pére & mère fondez ez droits encore qu' ils fuſſent mineurs de vint cinq ans.* Similiter expreſſum eſt in Coutumes de Peronne tit. 9. art. 220. Quod ſi tamen minor ſit, curatore illi ad lites opus eſt, ut declarat Conſuet. Berr. tit. 1. art. 22. Conf. Dn. de LUDWIG in Diſſ. de tut. mat. diff. 7. not. rr.

## §. XLV.

Quando pupilli tutore prætèrea indigeant. Quod ſi inter fructuarium tutorem & pupillos negotium expediendum vel lis ſit, tum certe ad hos actus tutores quidam conſtituendi & ſolenni jurejurando adigendi ſunt, qui contra fructuarium tutorem pupillorum commodis proſpiciant. Et ita obſervatur.

## §. XLVI.

Quamdiu tutela fructuaria duret. Tutela fructaria tam diu durat, donec annos ſuos pupillus attigerit, bis das Kind zu ſeinen Jahren kommen. A quo ſeparanda alia formula eſt, *dies ſuos attingere*, zu ſeinen Tagen kommen. Conf. jus feud. Saxon. apud SCHILTERUM c. 26. & 58. In jure feudali Alemannico Schilteriano c. 106. expreſſum eſt: *Ein jeglich Herre anefellet ein Kint wol, das niut zu ſinen tagen komen iſt.* Sed in margine lectio alia notatur: *joren.* Et ita in C. 55. ibidem manifeſte expreſſum eſt. Quod ſi gloſſam juris provincialis Saxonici germanicam ad Art. 23. lib. 1. ſequaris, inter annos & dies nihil intereſt, ut idem ſit, zu ſeinen Tagen kommen, ac zu ſeinen Jahren kommen.

## §. XLVII.

Hoc autem tempus consuetudinibus provincialibus & municipalibus varie definitur. In jure feudali Saxonico infantes habentur, qui XIII. annos & hebdomadas sex nondum attigerunt. Ita C. 26. apud Schilterum expressum est; *Kindere jarzale ist drizehn jahr und sechs wochen von ihrer Geburt. Doch bedürfen sie ez darnach, ob sie jemant beteidingen wil, umbe hir lehn, die wiele si zu ihren tagen nicht komen sin, daz ist zu eine jare und zu zwen tagen.* Aliquando *duodecimus* annus positus est, ut in charta a. 1396. apud SCHANNAT *prob. clientel. Fuld.* n. 247. aliquando *decimus quintus*, ut ibid. n. 489. & 490. item 406. Gallica jura ballii tempus pleraque tempore pubertatis Romano terminant, ut consuetudines Burgundiæ, Cameracenses, Turonenses, Meldenses, Blæsenses, Berryenses. Aliæ consuetudines in pueris ad annum ætatis decimum septimum, in puellis ad decimum tertium porrigunt, videlicet si pater baillista sit, ut consuetudines Berryenses tit. 1. art. 22. Aliæ custodiam nobilem in pueris ad annum ætatis vigesimum, in puellis ad decimum quintum extendunt, in custodia autem plebeja terminum pubertatis Romanum servant, ut consuetudines Parisienses art. 268. Aliæ in masculis annum ætatis duodevigesimum, in fœminis decimum quartum statuunt, ut consuetudines Burbonenses *cap. 16. art. 174.* De tempore pupillaris ætatis.

## §. XLVIII.

Apud nos in bonis censiticis demum fructuaria tutela obtinet, vel in feudis rusticorum. Nostra igitur scire illud demum interest, quis in his terris fructuariæ tutelæ finis dicendus sit. Notandum vero est, in feudis etiamsi puber factus vasallus sit, adeoque annos suos attigerit, tamen a domini arbitrio dependere, utrum admittere vasallum minorem ad investituram præstandaque servitia velit, an adhuc tutorem exigere, qui nomine ejus feudum administret, usque dum annum ætatis vigesimum & unum adultus compleverit. Jus feud. Alem. cap. 50. *Und wyll der Herre das nüt entberen, der ime lehen sol liben, sine frunt mussent ime einen vormunt gen, der deme Herren antuuuarte fur das Kind in leben-rechte und es zu versprechende wo es sin bedarff. Der vormund sol antuuurten fur das Kind untre das wurt Eins und zwentzig yore alt,* De feudis.

*und*

*und ſol auch des Herren Mann ſin.* Jus prov. Saxon. L. 1. Art. 23. Ob wol ein Kind zu ſeinen Jahren zu Lehnrecht kommen iſt, ſein rechter Vormund ſoll ihm doch an ſeinen Gute vorſtehen zu ſeinen Gewerbe, und ſeinem Herrn an des Kindes Stadt noch deſſelben Recht dienen, dieweil es ihn ſelbſt nicht erkennen kan, ſeiner Thorheit oder Kindheit halben oder Unkrafft ſeines Leibes.

## §. XLIX.

Uſus in prædiis colonariis.

Quia hodie pubertatis terminus annus decimus & quartus ex jure Romano in maſculis obtinet, majorennitas autem anno demum vigeſimo & quinto completo exiſtit, ſi de fine fructuariæ tutelæ conſenſu domini conventum in pactis dotalibus nihil eſt, dicendum videtur, a domini arbitrio dependere, admittere colonum minorem anno decimo quarto completo ad præſtanda ſervitia velit, an ſervitia adhuc per tutorem vel quaſi procuratorem exigat. Quod ſi conventio hac in re modum præſcripſit, hæc omnino eſt ſervanda. Et ſane magnopere conducit, terminum hac in re certum in pactis dotalibus præfinire, præſertim ſi prioris matrimonii liberi adſint, quibus feudum debeatur.

## §. L.

Tutor fructuarius ob malam adminiſtrationem tutela privatur.

Tutor autem fructuarius male rem pupilli adminiſtrans fructibus tutelæ privatur. Dourdan tit. 11. art. 126. *& où le gardien ſeroit mauvais menager & diſſiperoit les biens des mineurs, doit etre privé de la garde, tout ainſi que ſeroit un tuteur.* Berry tit. 1. art. 27. *S' ils n' ont ſatisfait ausdites charges, ſeront privez du gain des meubles & fruicts - - - Toutefois s' il n' y avoit faute que quant aux reparations, ils ne ſeront privez ſi non que la faute fuſt notable.*

## §. LI.

De ſecundis nuptiis.

An ſecundis nuptiis mater tutelam fructuariam liberorum ſuorum perdat, de hoc conſuetudines Gallicæ inter ſe diſcrepant. Negant conſuetudines Burgundiæ tit. des enfans §. 8. & Atribatenſes tit. 5. art. 154. affirmant ceteræ conſuetudines pleræque.

## §. LII.

Quid in bonis colonariis.

Quicquid ejus rei eſt, in feudis (nam de beneficiis ruſticis quærimus) dicendum potius eſt, ſecundas nuptias permiſſas matri eſſe & omnino cum tutela fructuaria convenientes. Nam in feudis,

dis, ut quidem ex jure feudali Alemannico & Saxonico apparet, fructus feudi vaſallo impubere ad dominum pertinent, is vero alii hanc tutelam confert. Unde & in colonorum noſtrorum pactis dotalibus domini conſenſus, certe ad inducendam bonorum communionem, tutelæ fructuariæ fundamentum, requiritur, domini autem intentio in concedenda tutela hæc eſt, ut pro impubere vaſallo alium interim vaſallum, procuratorem impuberis & curatorem feudi habeat, qui & ſervitia ſibi exhibeat. Fœminæ quidem ad præſtanda ſervitia inhabiles, ſed & incapaces feudorum ſunt. Unde conſequitur, viduam de alio marito, temporario colono, non tantum proſpicere interim poſſe, ſed & hoc conveniens eſſe. Male igitur hoc loco ſecundarum nuptiarum pœnam applicares. Et uſus in bonis colonariis & ruſticis ſimiliter in Ducatu Luneburgico ſervat.

## §. LIII.

Novus maritus proprie tutor fructuarius eſt.

Adſumtus igitur novus maritus proprie is eſt, qui pupillos in feudis ruſticis defendit eorumque cauſam coram domino agit. Quamobrem & is proprie fructuarius tutor eſt dicendus.

## §. LIV.

An inveſtiendus ſit.

Tutores feudorum inde ab antiquo inveſtituram feudi acceperunt, quod dictum quidem *feudum tutelare* eſt. Conf. SCHILTER in *Comm. ad jus Feud. Alem. C. 55.* Quod ſi igitur inveſtitura opus eſt, tutor ille fructuarius inveſtituram omnino a domino accipiet, & quæ in ea re neceſſaria ſunt, expediet. Inde mores Luneburgici requirunt, daß der Colonus temporarius bemeyert würde.

## §. LV.

Ad eum dicta applicantur.

Quæ autem de tutore fructuario hucusque dicta ſunt, ea omnia in hunc temporarium vaſallum vel colonum convenire, per ſe patet.

## §. LVI.

De voce Anghevelle.

Appellationem *Anghevelle* ad tutelam fructuariam inprimis feudalem pertinere, jam ſupra dictum eſt. Et præſertim quidem domini & agnatorum tutela hoc nomine eſt comprehenſa. Quia charta quædam in manus noſtras forte incidit, quæ uſum vocis *Anghevelle* in Ducatu Luneburgico antiquum manifeſtat, integram

hoc loco ſubjiciendam putavimus. Verba hæc ſunt: *Nos Bodo miles, Xempo ac Boldewinus fratres dicti de Knesbeke preſentium tenore publice declaramus, quod in ſequeſtratione quorundam noſtrorum bonorum preſentibus & intereſſentibus noſtris amicis uniti & concordati ſimus rite & rationabiliter ſub hac forma: quia dividuitatem noſtri preſentis caſtri in Knesbeke & ſuburbium, quod* vorborch *in vulgari dicitur, cum ſucceſſione hereditaria Paridami noſtri fratris pie & beate memorie & in villa loci ejusdem ac prata campeſtria diviſimus expedite cuilibet noſtrorum tertiam partem ſpecifice deputatam. Igitur noſtra quedam bona extranea in villis Gruſtendorpe, Wegetinghe, Croge Ludelſen Ludeken alem & in curia Lichtervelde cum reliquis noſtris bonis pheodali titulo collatis jurisdictionibus quod* richte *dicitur & in proventibus bonorum quod dicitur Anghevelle nobis fortuna annuerit, concedendo integraliter cum bonis noſtris prelibatis modo ſpecificato diviſimus ſub diſtinctionis debita ratione ad noſtram quemlibet partem tertiam acceſſuram. Ne autem hoc factum a pluribus mutabilem teneat evidenti proteſtationem, id noſtrorum ſigillorum appenſione duximus firmiter inſigniri. Teſtibus vero probatis & validis reverendo domino Rodolfo prepoſito in Saltwedele, Hinrico de Oſterborch, Wasmodo & Paridamo de Knesbeke, Bartoldo pincerna, Joann de burſt, Wilbrando de Redhen, Wetekino de Rochowe, Gunſebno de Bartensleve militibus nec non Himrico de Walsleve famulo & aliis quam pluribus adhibitis fide dignis. Datum anno Dni milleſimo trecenteſimo decimo Dominica tertia poſt paſcha quo cantatur jubilate Cal. May.*

## Adjunctum

## N. I.

### Extractus Hoyſchen Ambts-Protocolli de 7. Jun. 1643.

Wann ſich aber keine Difficultät deswegen befindet, und er ſeinem Annehmen nach zweyhundert Schaffe uf den Hoff beweißlich bringen wird, ſoll ihm und ihr die Wirthſchafft, doch vermittelſt einer Verzeichnis, was ſich bey ihrer Antretung beym Hofe, an Vieh und ausgeſäeten Korn befindet, des Hofes als ein Stief-Vater anvertrauet werden, welche er aber ſeinen hochbetheuerlichen Annehmen nach alſo führen ſoll und wird, das nicht allein die jährlichen Gebührniſſen und Contribution davon

davon richtig abgestattet, sondern auch menniglich in der That zu spüren haben möge ꝛc.

N. II.

In Sachen zwischen den Erbaren und Vesten Heinrichen und Christoffern geprüdern von Dannenberg Clegern eins und Arpen von Weige Beclagten anderntheils 300. Gulden angezogen Leibgedinges gelt und der Cleger gepürlichen Antheil von 300. Gulden, so der Beclagte Arp von Weige mit seiner ehefrauen, der Clegere mutter seliger zur mitgifft empfangen haben solle, wie solches in Actis underschiedlich gemeldet, betreffende, Erkennen Hoffrichter und Beisitzer nach gehapten rat der Rechtverstendigen uf die eingeprachten Acta zu recht; dieweil der Beclagter gestendig, daß ehr mit seinem ehe-weibe der Clegern Mutter sechs hundert Gulden überkommen, vnnd ob nun wol vermoge Sächsischer Rechte nach Absterben des Weibes die farende habe dem Manne folget, So ist er dennoch den Clegernn als der verstorben Kindern von solchen Sechshundert Gulden Jhre gepürliche legitima, daß ist dißfalls, nachdem die verstorbene 5 Kinder nach sich gelassen, einen jeden 60. Gulden heraus zu reichen und zu geben schuldig ꝛc. V. R. W. Pronunt. Dienstags post Joh. Bapt. Ao. &c. 49.

# OBSERVATIO XLVIII.

## *De distinctione puberum & impuberum, eorumque tutoribus vel curatoribus, ex jure Germanico.*

Germanos perinde ac Romanos pupillarem ætatem, & minorennem, puberes & impuberes distinxisse, contra Beyerum, Heineccium & Dn. de Ludwig jam olim in observationibus de tutela fructuaria §. 46. 47. defendi. Hoc igitur loco paulo plenius ostendam, Germanos quoque ita moribus servasse, ut pupillarem & minorennem ætatem distinxerint, & quemadmodum Romani statuerunt, tutelam legitimam usque ad terminum pubertatis, annum videlicet duodecimum, vel decimum tertium, vel decimum quartum durare existimaverint, post completos autem pubertatis annos arbitrio minoris commiserint, quem curatorem sibi deligere ipse vellet. Quod si minor curatorem sibi alium non deligeret, tum vero tutorem oportuit, quemadmodum adhuc oportet, curam quo-

que minoris ſuſcipere adeoque officium ſuum continuare. Ac jure quidem Alemannico feudali C. 52. hæres, qui annum ætatis decimum tertium & præterea ſex hebdomadas nondum ſuperaverat, infans erat, ein Kind, quo nomine Germani impuberes appellabant. Inveſtituræ quoque capax non erat, nicht lehnbar. Decimo quarto ætatis anno exacto jurare demum in ſua cauſa potuit. Sed teſtis eſſe non poterat, niſi decimum octavum annum egreſſus. Nihilominus idem tam feudali quam allodiali jure tutorem vel curatorem habuit usque ad decimum octavum ætatis annum. *Jus Feud. Alem. C. 51.* Sed jam *Auctor de Beneficiis* C. 1. §. 64. ſq. pueros ab adoleſcentibus in hunc modum diſtinguit: *Puerorum terminus eſt ſex hebdomadum & decimus tertius ætatis illorum annus. Tamen infra adoleſcentiam, ſi egent, tutorem habere poſſunt. Adoleſcentia a duodecimo anno incipit & vigeſimo quarto definit.* Item §. 67. *Puerorum beneficiales reditus habebit dominus, quousque illi ad duodecim annos perveniant.* Paulo clarius hanc in rem expreſſum eſt in *Jure feudali Saxonico* C. 28. apud Dn. Senkenbergium in Corpore Jur. Feud. German. p. 190. **Kinder Jarzale iſt drizen Jar und ſechs Wochen von ihrer Geburt, doch bedurfen ſie ez darnach ab ſie jeman beteidingen wil umbe hir Lehn, diewile ſie zu iren tagen nicht komen ſin, daz iſt zu eine Jare und zu zwenzigen ſo muzen ſie wol vormynden nemen einen ires herren Man, der ſie verſte zu Lenrechte.** Conſentit *Jus Feudale Saxon. Lat.* cap. 18. & 2. & Richtſtich Lehn-Recht apud Senkenbergium p. 322. Notatu dignum eſt, quod hac de re in literis reverſalibus Henrici de Homburg de a. 1409. erga Dominos Duces Brunſuicenſes apud Rehtmeyerum in Chron. Brunſuic. & Luneb p. 695. continetur: **Unde der Vormünde ſchulde der vorſchreven unſe Herre edder ſyne Erven weſen, ſo lange wente de tho ſodanen Jahren quemen, dat ſe nener Vormundſchop bedörpen, edder tho ſodanen Jahren quemen, dat ſe ſülver mit Rechte Vormunde keſen möchten und ſe de Vormünde köhren.** Jure veteri ſtatutario Brunſuicenſi annus duodecimus pubertatis terminus fuit, quo elapſo penes minorem fuit, defenſorem ſibi eligere. *Leg. Municip. Brunſuic.* P. 2. n. 48. apud Leibnitium T. III. Rer. Brunſuic. *Weder des Kindes willen, dat twelffte jar alt is, mach neyn man ſyn vormündere weſen.* Nihilominus eodem jure ſtatutario n. 49. minores decimum octavum ætatis annuum non egreſſi nihil alienare pote-

poterant. Similiter vere in ſtatutis Goslarienſibus continetur, quanquam terminus ibidem pubertatis annus decimus tertius eſt. *Leg. Goslar.* tit. van Vormundeſchop art. 10. ſq. apud Leibnitium T. III. Rer. Brunſuic. p. 490. *Schall en Vormunde en recht don van Kindere wegen, de bynnen oren iaren ſin, dat ſchal he ſülven don, ſin ſe over tho ohren iahren gekomen, ſo ſchullen ſe dat ſulve don, wenne dat Kint to ſynen iaren ghekomen is,* ſo mach id Keſen to vormunden wene id wel, *ſeck eder ſine brodere eder ſuſtere tho vormundene ... Wanne dat Kint to ſinen drittegedenne iare is, ſo is id tho ſinen iaren komen.* Certum igitur eſt, moribus etiam Germanicis puberes & impuberes diſtinctos eſſe, & puberes, perinde ut apud Romanos, defenſorem ſibi elegiſſe, neque ante legitimam ætatem perſonam ſtandi in judicio aut facultatem res ſuas alienandi habuiſſe. Quod ſi recte obſervatur, omnia, quæ ab Heineccio in contrarium allegantur, vi probandi deſtituuntur, neque ſola Codicis Juris Normannici auctoritas ſententiam noſtram convellere poteſt, quanquam ceteroquin Codex ille præclara multa continet.

# OBSERVATIO XLIX.

## *De tutela teſtamentaria apud Germanos.*

Germani quanquam olim ſolennitates teſtandi Romanorum ignorarunt, ut vel reliquiæ nonnullæ docent, quas retulit *Petr. Duker de hod. jure teſtandi C. 3. §. 26.* tamen certe in medio ævo teſtationes ultimæ voluntatis condiderunt & tutores teſtamentarios vel fiduciarios nominaverunt. De a. 921, Aeneas Sylvius in Bohemia commemorat, patrem Vratislaum Regem Bohemiæ ſuprema ordinantem Ludmillæ, cujus integritatem prudentiamque optime noſſet, quousque liberi adoleviſſent, gubernationem provinciæ dimiſiſſe. Sed & de Imperatore Henrico VI. Aeneas Sylvius in hiſtoria Friderici III. Imp. p. 53. refert, Etruriæ Duci Imperatorem ſuprema voluntate mandaſſe, ut regnum Siciliæ cum imperio, quousque Fridericus adoleſceret, pro tutore adminiſtraret. Quanquam adjecit, caſſam ejus voluntatem fuiſſe. Regnum enim Conſtantiam gubernaſſe. Huc pertinent vetera Statuta Stadenſia P. 4. art. 2. *it ne ſi alſo, dhat im ere olderen bi ereme levende willen vormundere gheuen oder beſcheden hebben.* Vid. Gloſſa Juris Sax.

provinc. ad L. 1. Art. 45. pr. & Gloſſa Jur. Sax. feud. C. 56. Hodie jure Romano & teſtamentis Romanorum receptis nulla ratio intelligitur, cur non omnia, quæ jure Romano de legitima, teſtamentaria & dativa tutela caventur, ad Germaniam accommodentur, niſi quod in Germania tutores omnes confirmatione indigent. Inde per teſtamentum tutela defertur, in codicillis autem teſtamento non confirmatis datus fideicommiſſarius potius tutor eſt, ſecundum *Huberum Præl. ad Inſt. tit. qui teſt. tut. dari poſſ.* nihilominus a patre datus ſine inquiſitione recte item a Magiſtratu confirmabitur, quanquam magiſtratus pro re nata confirmationem quoque recte deneget. Nec fas eſt, legitimam tutelam agnatis aliter quam per teſtamentum, vel codicillis & in vim fideicommiſſi adimere. Dubito quoque, an omnino verum ſit, quod *Heineccius* putavit in Elem. Jur. Germ. P. 1. §. 366. quamvis tutela teſtamentaria adhuc ſperetur, dativæ locum eſſe. Poteſt enim utique magiſtratus medio tempore tutorem conſtituere, cujus officium deinceps ceſſet. Et extant hanc in rem præjudicia Scabinorum Lipſienſium & Helmſtadienſium ex Richtero & Hahnio apud *Amadæum Eckolt* in diſſ. *de tutela materna* §. *44.* ubi pronuntiatum eſt, tutorem dativum cedere deinceps tutori teſtamentario oportere.

# OBSERVATIO L.

## *Cur in Germania tutores omnes confirmentur, & an hodie tutela omnis ſit dativa.*

Eſt quorundam doctiſſimorum virorum opinio exiſtimantium, hodie tutelam omnem dativam eſſe, propterea quod tutores omnes a magiſtratu confirmandi ſint. Sed vereor, ut hoc procedat. Tantum enim abeſt, ut Receſſus Imperii, quo confirmatio magiſtratus requiritur, triplicem differentiam tutorum tollat, ut potius confirmet. Nec dici poteſt, in ſuprema Principis tutela rationem ſitam eſſe, cur hodie omnes a Magiſtratu confirmandi ſint. Nam ſi hoc verum foret, univerſi tutores a ſolo Principe vel officialibus ejus & magiſtratibus ab eo conſtitutis confirmandi forent. Potius confirmatio magiſtratus inde orta eſt, quod olim in feudis tutor quoque inveſtiebatur, prædia burgenſia autem & civica ſimilitudinem bene-

beneficiorum habebant omnesque mutationes in iis contingentes auctoritate judiciali fieri oportebat. Nec dici potest, penes judicem fuisse vel esse, pro arbitrio contra jus confirmationem denegare. Igitur differentiam tutorum ex hodiernis quoque moribus recte defenderunt *Hoppius* in Comm. ad §. 5. Inst. de tut. p. 160. *Lauterbach* Colleg. theor. pract. tit. ff. de confirm. tut. §. 7. Dn. *Bœhmer* Introd. in Jus Dig. tit. de confirm. tut. §. 5.

# OBSERVATIO LI.

## *De jurisdictione Curiarum provincialium.*

### §. 1.

Curias provinciales, die Hof- und Land-Gerichte, in terris Statuum Germaniæ ad exemplum Cameræ Imperialis, Cancellarias autem exemplo Senatus Imperii aulici constitutas esse, egregie observavit *Ludolphus Hugo* in Tr. *de Statu Regionum Germaniæ C. 4.* §. 38. Igitur si exemplo Cameræ Imperialis & Senatus Imp. aulici judicandum est, videri poterat, jurisdictionem Curiarum provincialium in causis feudalibus fundatam non esse, quia Cameræ Imperialis jurisdictio in causis feudalibus, si de feudis Imperii contenditur, fundata non est *Ord. Cam. Imp. P. 2. tit. 7.* Vid. *Pfeffinger Vitriar. illustr. T. 4. L. 4. tit. 6. §. 23. not. a.* Et ita in Ordinatione Curiæ provincialis Guelpherbytanæ expressum est. Sed mihi quidem videtur, nisi ordinatione judicii nominatim prohibeantur, Curias provinciales in causis feudalibus recte jus dicere. Sunt enim judex ordinarius & postquam judicia feudalia Parium Curiæ fere desierunt, deficiente judice feudali Curiæ provincialis jurisdictio in causis feudalibus eodem jure, quam Cancellariæ, fundata est. Neque similitudo judiciorum Imperii hucusque proferenda est. Et Curia quidem provincialis Cellensis jam a. 1576. in causis feudalibus pronuntiavit. Quod sequens sententia ex Actis Curiæ provincialis depromta manifestat: In Sachen zwischen Anwald Thilen von Broick, Clegern eins, und Henningen von Broick, Beclagten andertheils, belangende Eglingen vom Broicks seligen nachgelassen Lehengueter, Erkennen V. G. G. Wir Wilhelm der Jünger Hertzog zu Braunschweig und Lüneburg, auf clag, antwurt, ein- und Jegenrede und

De causis feudalibus.

alles

alles fürbringen zu recht, das Eglingen vom Broicks nachgelassen Lehengueter seien auf den Beclagten Henningen vom Broick als den nechsten Agnaten vermöge gemeiner beschrieben Recht, und sonderlich unser Land-Ordnung und gemeiner Bewilligung und Gebrauchs, das die Successiones sollen nach gemeinem beschrieben Kayserlichen Rechten gehalten werden, gefallen und vererbet, und derhalben ehr, ungehindert aller beschehen einreden von angestelter Clage zu erledigen sei, wie wir Ihnen auch hiemit ledig erkennen und die Gerichts-Costen aus bewegenden Ursachen vergleichen. V. R. W. Pronuntiatum am 27. Martii Ao. 76.

§. II.

De causis criminalibus.

Quæ in causis criminalibus Curiarum provincialium potestas sit, hujus loci non est excutere. Sequens tamen sententia ostendit, Curiam provincialem Cellensem a. 1570. quanquam forte incidenter in causa civili remotionem a præbenda & relegationem ex Ducatu decrevisse. Est autem sententia hujusmodi : In Sachen Dechant und Capitul des Stiffts Bardowik und Hartwichen Grothen Vicarien daselbst, auch Hansen Detmers, unterschiedlichen Clegern eins und Jost Lembken Beklagten andern theils, betreffende des Beklagten ergerlich Leben, erzeigte ungehorsame gewaltsame geübte tadten und an andern begangen Leibesbeschedigungen alles in actis unterschiedlich angezogen, Erkennen V. G. G. Wir Wilhelm der Jünger Hertzog zu Brunswig und Lünenburg, uff alles fürbringen, gefurte Kundtschafften und ergangen Handlungen zu recht, das der Beklagte Jost Lembke seiner begangen und erwiesen offentlichen ergerlichen Lebens, erzeigten ungehorsams und geübten gewaltsamen Thatten und Leibesbeschedigung halber, die ehr zum theil vor und zum theil nach gegeben Abscheiden und Frides und anderer Gebotten begangen hat, seines *Canonicats* in Unsern Stifft Bardowick verlustig und uns hinfurder in unsern Fürstenthum nicht zu leiden ist, auch schuldig sey, den beschedigten Hartwigen Grothen und Hansen Dethmer ihren von ihme empfangen Schaden zu erstatten, wie wir ihnen auch hiermit des Canonicats verlustig erkennen und Ihme auflegen, sich hinfürder Unsers Fürstenthums zu enthalten ꝛc. V. R. W. Pronuntiatum den 29. Augusti Ao. 1570.

OBSER-

# OBSERVATIO LII.

## *De veteri in contumaciam procedendi modo judiciario.*

Juvat hoc loco verba privilegii Johannis Nobilis Domini Diepholtani a. 1318. civibus Diepholtanis dati referre, quæ ita habent: Were ok dat eyn Börghere des Avendes vorebodet wörde, unde des Morghenes vor Gerichte nicht en qweme, de ſcholde breken eynen Pennick; wer et dat he des neghesten Richte-Dages nicht en qweme, ſo ſchall he ok breken eynen Pennink, were ok, dat he des derden Richte-Dages nicht en qweme, ſo ſchal he breken twe Penninghe. Were Sake dat he den deme Kleghere nicht vul en dede, ſo ſcholde men des verden Richte-Daghes öme dat Richte legghen vor ſine Döre, unde helpen deme Kleghere, dat öme vul ſche vor ſine Klaghe. Were dat men dem Kleghere richtete Pande ute deme Huſe, de ſchal he holden over de dwer Nacht unde vorkopen ſe tho veerteyn Nachten bynnen der Stad tho Depholte tho guder Lüde Antworde. Were dat he der nicht vorkopen en könde bynnen der Stad, ſo mach he ghan vor dat Richte unde laten ſe ſich eyghenen tho Verteynachten. Quod dicitur in caſu contumaciæ, dat Richte legghen vor ſine Döhre, vel executio, vel ſpecies arreſti, aut pro re nata pignorum capio fuit. De quo in eodem privilegio deinde expreſſum eſt ſic: Were aver, dat unſe Brygen ofte unſe Bulſchuldighen edder unſer Borchmanne Lüde ſchelachtig wörden mit unſen Borchmannen edder myt unſen Börgheren tho Depholte umme Schult ofte umme andere Stücke, wann ſe uns edder unſen Ammet Lüden dat kundech doet unde klaghet, ſo ſchole wy ſe ſcheden bynnen Verteynachten myt Rechte; Were aver dat wy des nicht en deden, ſo möghen beyde Borchman unde Börghere örem Rechte volghen uppe der Strate mit Beſate. Similiter fere in Statutis Stadenſibus P. 6. art. 1. & 2. apud Dn. Senckenberg in Sel. jur. & hiſt. T. 6. continetur: *unde but he ene drudde warve unde ne kumpt he auer nicht, ſo ſcal ome ein thinc legghen vor the were, unde rechten ome vul alſo Stat-Recht is.* Et de hujusmodi arreſto, vel miſſione in bona contumacis Jus Statutarium Ulzenſe de a. 1270. in collectione Jo. Guil. Hofmanni T. 1. mentionem quoque facit, in hæc verba: *Volumus autem, quod advocatus noſter nulli in hac civitate manenti bona*



*ſua*

*ſua occupet, vel impediat ullo modo, quamdiu juſtitiam facere voluerit. Si vero facere juſtitiam recuſaverit, tamdiu cum bonis ſuis eſt cogendus, quousque juſtitiam faciet.* Germanica verſio ita habet: Ok will wi dat unſe voget neneme inwoner deſſer ſtad ſin gut bekummere effte hindere ienigerleye wis, aldewile dat he rechtes plegen wil, wolde he aver nenes rechtes pleghen, wol mach me ene dwingen mid ſinem gude ſo lange dat he rechtes plege.

# OBSERVATIO LIII.

## *Ad L. 4. C. de procur.*

## *An uxor hodie pro marito in judicio admittatur & geſtis ſuis maritum obliget.*

Agricolæ cujusdam uxor pro marito abſente in judicio interfuerat & ſententiam alias ipſo jure nullam comprobaverat. Quærebatur, an maritum hoc facto obligaſſet. Et ſecundum *L. 4. C. de procur.* conſtat, uxoris factum in judicio marito ablenti non obeſſe. Verba hæc ſunt: *Nec oberit tibi, quod uxor tua interfuit judicio, aut etiam acquievit ſententiæ, cum aliena negotia per mulieres non aliter agi poſſint, niſi in rem ſuam & proprium lucrum mandatæ ſint eis actiones.* Movebat autem, quod inter agricolas ſimplicitas potius naturalis ſequenda videretur, quæ mulieres non repellat, ſed præſumat, mandatum uxorem habuiſſe. Sed quia ratio & æquitas legis ad agricolas quoque pertinet, ideo Curia provincialis Cellenſis comprobationem uxoris rejecit in cauſa Cord Brüggemanns, Henrich zum Felde, Peter Meyers und Jürgen Dammans zu Einzingen, Amts Vogtey Fallingboſtel contra Peter im Hofe daſelbſt, modo deſſen Wittwe und Erben in puncto Hud und Weyde.

# OBSERVATIO LIV.

## *De amplificanda probatione pro re nata & ob circumſtantias antea incognitas nec discuſſas.*

Judex incidenter ad melius cognoſcendam cauſam ante ſententiam juſſerat reum demonſtrare, quod in actis affirmaſſet. Agitaba-

tabatur in ea cauſa, an defunctus, de cujus hæreditate quærebatur, jus civitatis ad mortem usque conſervaſſet. Reus affirmaverat, tributum exactionis a defuncto debitum usque ad mortem ejus exſolutum eſſe, adeoque dubitari omnino de conſervato jure civitatis non poſſe. Utrum ſolutio ab ipſo, dum viveret, an poſt mortem ejus ab hærede facta eſſet, de eo reus nihil dixerat, neque hæc circumſtantia in actis ventilata erat. Judex jubebat, reum demonſtrare, quod affirmaſſet, defunctum quotannis usque ad mortem tributum civicum ſolvere continuaſſe. Deinde autem ab actore dicebatur, non defunctum ipſum, ſed hæredem potius poſt mortem ejus reſiduum tributum multorum annorum ſolviſſe. Quamobrem idem judex poſtea pronuntiabat, ut niſi reus, defunctum ipſum ſolviſſe oſtenderet, tum probandum ei eſſet, defunctum hac mora commiſſa, jus civitatis non amiſiſſe. Actor putabat, eam probationem contra rem judicatam admitti. Sed ſummum Tribunal Cellenſe judicavit, recte judicem feciſſe, qui pro his circumſtantiis probationem deinde amplificaſſet. Nam etſi probatio antea injuncta ad cauſam & litem definiendam quadantenus pertinebat, tamen quod judex dixerat, revera ad melius cognoſcendam & citius definiendam litem accommodatum erat, de quo vid. *Donellus Hilligeri L. 27. C. 1. lit. D. p. 1451.* & judex proprie id intenderat, ut *de conſervato jure civitatis* fides ſibi fieret. Quamobrem cum deinde inter partes diſcuteretur, utrum oporteret ſolutionem factam quotannis a defuncto ipſo eſſe, an ab hæredibus deinde facta ſufficeret, merito judex probationem deinde amplificaverat. De qua re ſummum Tribunal Cellenſe d. 17. Dec. 1740. in cauſa weyland Johann Ludolf Königs Wittwe contra Juliane Brümunds gebohrne Stracken zu Coppenhagen und Johann Julius Stracken zu Drontheim pronuntiavit in hunc modum: Alldieweilen jedennoch bey Abgebung des Groß-Vogteylichen Beſcheides vom 5. Jenner 1734. es keine andre Meynung haben mögen, als nach dem damaligen Zuſtande der Acten von Beklagtin eine Beſcheinigung zu erfordern, daß ihr verſtorbener Ehemann König bis an ſeinen Tod ein Zelliſcher Bürger geblieben, hingegen ob der Bürger-Schoß von dem verſtorbenen König in ſeinem Leben bis an ſeinen Tod ſelbſt, oder aber der Nachſtand von Beklagtin und Appellantin nach deſſelben Abſterben nachbezahlet worden, damals noch gar nicht vorgekommen, noch in rechtliche Erörterung

gerahten, mithin darauf wie solcher Umstand sich geäussert, in der Groß-Vogteylichen Urthel vom 17. Aug. 1734. gar wohl und billig auf eine Erweiterung des Beweises erkannt werden mögen, Beklagte und Appellantin auch den ihr obliegenden Beweis, daß ihr abgelebter Ehemann König als ein Zellischer Bürger verstorben, und sein Bürger-Recht durch den Schoß-Nachstand nicht verlohren, bereits nach Nohtdurft beygebracht, als ꝛc.

# OBSERVATIO LV.

*Post factam juratam documenti diffessionem probatione scripturæ per testes instituta an reprobatio admittatur.*

*Ad Ord. Supr. Trib. Cell. P. 2. tit. 8. §. 7.*

Mevius adversus Lucium instrumentum produxerat, quod inter ipsius Mevii & Lucii patrem confectum dicebatur, & ab eodem Lucii patre quoque subscriptum. Lucius autem, secundum quod in Ordinatione Tribunalis Cellensis cautum est, scripturam patris jurato diffitebatur. Quo facto Mevius testes proponebat, probaturus, esse hanc scripturam patris adversarii. Lucius autem contrarium probaturus testes similiter proponebat. Venit itaque in quæstionem, an Lucii reprobatio, postquam jurato diffessus esset instrumentum, reciperetur. Movebat, quod in Ordinatione Tribunalis eo casu probatio quidem ei, qui instrumentum produxit, permittitur, de reprobatione autem nihil cavetur. Tantoque igitur minus admittenda reprobatio videbatur, quod Lucii juramentum jam receptum fuit. Verius tamen visum fuit, reprobationem Lucii admitti. Nam explorati juris est, reprobationem in universum obtinere, nisi quidem singularis ratio in contrarium adsit. Sed hoc casu reprobatio cur rejicitur, ratio nulla adest. Nec potest dici reprobationem reprobationis esse, propterea quod juramentum Lucii purgatorium duntaxat fuit, Mevius autem contra juramentum non reprobationem, sed probationem instituit. Ex eo vero, quod in Ordinatione Tribunalis de ea re expressum nominatim non est, haud conficitur, prohiberi eo casu reprobationem.

nem. Igitur ſummum Tribunal Cellenſe hujusmodi reprobationem admiſit in cauſa Kipp contra Kipp.

# OBSERVATIO LVI.

## *Juramentum neceſſarium acceptatum an poſt mortem habeatur præſtitum.*

Ordinatione ſummi Tribunalis Cellenſis P. 2. T. 8. S. 3. §. 12. jusjurandum delatum habetur præſtitum, ſi is, cui delatum ſit, illud acceptaverit, in mora autem jurandi non fuerit, neque per eum ſteterit, quo minus juraret. Quæ verba Ordinationis ad jusjurandum legale, ſeu neceſſarium non pertinent. Doctores quidem præſumunt, morientem cognita vindictæ divinæ atrocitate non immemorem ſalutis æternæ obiiſſe, ut huic ullum ſeculi commodum anteponeret. *Stryk de morte loco jurisjur. C. 1. §. 2.* Ex quo conficiunt, jusjurandum quoque neceſſarium morte præſtitum haberi, eamque in rem argumentum ex *L. 24. ff. de Cond. & demonſtr.* petunt. *Stryk* c. l. C. 2. §. 6. *Carpzov* L. 6. Reſp. 120. *Gailius* L. 2. Obſ. 43. n. 1. *Græven* L. 2. Concl. 43. Sed jura præſumtionem pro inoriente ignorant. Lex autem *24. ff. de cond. & demonſtr.* ad eum duntaxat caſum accommodari poteſt, ſi alterius interſit, jusjurandum præſtari, ipſe autem impediat, quo minus præſtetur. Quod in juramento judiciali a parte delato merito locum habet. Nam is, qui juramentum defert, hoc pacto intentionem ſuam probaturus eſt, adeoque ejus intereſt, jurari. Quamobrem ſi in cauſa eſt, quo minus juretur, merito poſt mortem jusjurandum præſtitum habetur. Et hunc caſum Ordinatio Tribunalis tractat. Quod ad jusjurandum neceſſarium non pertinet. Exiſtit præterea hac in re alia inſignis differentia inter utrumque juramentum. Nam per jurisjurandi judicialis delationem conventio quædam inter partes fit, ut ſi juretur, verum habeatur id, de quo agitur. Neque poſſunt deinde partes inde recedere. Leges itaque conventionum eo caſu obtinent, ut quoties per alterum ſtet, quo minus conditio impleatur, vel ſi is, qui implere debeat, paratus fuerit, per alterum autem ſteterit, quo minus impleatur, conditio tunc impleta habeatur. Contra jusjurandum neceſſarium non pars, ſed judex defert, prout is quidem arbitratur. Qua in

re neque vera neque quaſi conventio quædam exiſtit, adeoque argumentum a conventionibus deſumtum huc non pertinet, ſed potius judici debet integrum manere, ut moriente eo, qui jurare debeat, denuo in ea cauſa ſecundum rei circumſtantias & arbitrium legale decernat. Quod quidem tanto magis eſt dicendum, quia impoſitio hujusmodi juramenti modus tantum eſt, dirimendi litem, ſi aliter dirimi non poſſit, in eaque re tanta judicem cautione uti oportet, ut diſpiciat, quis juret. Nec dici poteſt, poſt mortem fidem judici majorem vel minorem fieri, præſertim quoniam in præſtando quoque juramento tot cautiones adhibentur, & ſecundum Ordinationes noſtras juraturus de perjurio acriter monendus eſt. Multo magis igitur hoc dicendum eſt, ſi jusjurandum per ſcripturam tum temporis acceptatum ſit, cum res judicata nondum fuit, nec præſtari adhuc juramentum potuit, præſertim, ſi nulla in adverſario malitia amplius litigandi deprehendatur. Igitur judex tum diſpiciet, an hæredes ad jusjurandum credulitatis, an altera pars potius admittendus ſit.

# OBSERVATIO LVII.

## *De reſtitutione in integrum contra rem judicatam ob inſtrumenta noviter reperta.* (*)

Reſtitutionem in integrum contra rem judicatam ob inſtrumenta noviter reperta concedunt *Oddus* & *Svarez*, quando victus impeditus fuerit, inſtrumenta illa producere, ubicunque læſus non ſit in aliqua culpa vel negligentia, quæ ipſi imputari poſſit, quare inſtrumenta non antea produxerit. Sed verius eſt, reſtitutionis auxilium denegari, etſi victus inſtrumenta illa producere non potuiſſet, vel & juſte & probabiliter ignoraſſet, niſi negotium publicum adſit, vel adverſarius forte inſtrumenta fraude ſubtraxiſſet. Nam in negotio quidem publico plane ſingulariter ita conſtitutum eſt ab Imperatoribus Antonino & Vero in *L. 35. ff. de re judic.* his verbis: *Quanquam ſub obtentu novorum inſtrumentorum reſtitui negotia minime oporteat, tamen in negotio publico ex cauſa permittere ſe hujusmodi inſtrumentis uti.* In ceteris negotiis obtinuit, quod Impe-

(*) Conf. T. II. Obſerv. XLVII.

Imperator Gordianus in *L. 4. C. de re jud.* reſcripſit: *ſub ſpecie novorum inſtrumentorum poſtea repertorum res judicatas reſtaurari, exemplo grave eſt.* Sed nec transactiones, quæ vim judicati habent, ob inſtrumenta noviter reperta reſcinduntur, niſi adverſarius ea fraude ſubtraxiſſet. *L. 19. C. de transact.* Quod ſummum Tribunal Cellenſe examinavit & ſecundum hoc decidit in cauſa des Bremiſchen Stadt-Meyers Dierk Tietjen auf dem ſogenannten Teufels Mohr contra Heinrich Wendelken und den Advocatum Cameræ, D. Otto Roſenbruch, in puncto verweigerter Dienſte und Anweiſung einer neuen Feuerſtelle.

# OBSERVATIO LVIII.

## *De computanda parte pretii ſub conditione promiſſa in emtione venditione ad æſtimandam læſionem enormem.*

Species hujusmodi proponitur. Lucius Titius prædium ſuum Sempronio vendiderat, pretio in hunc modum conſtituto, ut filius aliquando venditoris filiam emtoris ducat & liberi ex eo matrimonio nati prædium hoc retineant, præterea emtor certam pecuniæ ſummam venditori penderet, deinde filiæ, cum nuptura eſſet, viginti thaleros in dotem daret, ſed ſiquidem filius venditoris nondum major decederet, filiæ præterea XX thaleros daret, filia denique item innupta defuncta emtor venditori dotem duntaxat dimidiam, ſcilicet XX thaleros daret, XX autem retineret. Filius in minori ætate deceſſit. Filia autem poſtea emtionem venditionem prædii paterni reſcindi petebat ob læſionem ultra dimidium juſti pretii. Quæſtio igitur in aliis incidit, an & quomodo XX thaleri, quas filia fratre mortuo acceptura eſſet, computarentur. Plane hæc pretii pars ſub conditione promiſſa eſt. Conditione autem adjecta pretium minui, *Franzkius* L. 3. Reſol. 2. n. 44 & recte quidem contendit. Sed & in emtione ſpei læſionis enormis rationem habendam eſſe, tenent *Brunnemannus* ad L. 2. C. de reſc. vend. & *Lauterbach* Coll. Pand. tit. de reſc. vend. §. 36. De modo autem æſtimandæ læſionis in eo caſu JCti nihil tradunt. Videamus igitur, quid hac in re definiamus. Atque illud manifeſtum

ſtum eſt, in æſtimationibus & taxationibus æqualitatem inter rem & pretium intercedere oportere. Quamobrem in æſtimando pretio XX thalerorum ſub conditione promiſſorum æqualitas item ex utraque parte exigitur, uterque contrahentium in æqualem lucri & damni partem vel ſpem vocetur. In caſu igitur propoſito XX thaleri ſub conditione promiſſi certe dividendi ſunt, ut dimidia duntaxat pars, X ſcilicet thaleri pretii nomine veniant, qui medium numerum inter 10 & 20 efficiunt. Nam exiſtente quidem conditione emtor viginti ſoluturus decem perdidiſſet, ſed idem conditione deficiente nihil ſolvens decem lucraturus erat. Venditor quoque in hunc modum decem lucrari poterat, quia conditione exiſtente viginti recipiebat, ſed idem deficiente conditione decem perdebat nihil recepturus. Et profecto hoc modo ad ſpeciem noſtram regula transfertur, quam Ill. Dn. *Jo. Ulr. Cramerus* in *ſpecimine de æquitate in probabilibus exemplo emtionis ſpei illuſtrata* §. 13. ſolidiſſime demonſtravit, ut ſumma eorum, quæ quoquo caſu eveniunt, per numerum caſuum dividatur. Conditione autem adjecta duo caſus ponebantur, quamobrem in noſtra ſpecie XX thaleri dimidiandi ſunt. Plane in propoſito caſu deinde aliæ quæſtiones incidebant, ex quo contigit, ut etſi primum ſecundum filiam pronuntiatum eſſet, deinde ea nihilominus in leuterationis inſtantia cauſa caderet. Sed hæc referre hoc loco nihil attinet.

# OBSERVATIO LIX.

## *Emtor partem pretii ſolutam in lege commiſſoria an perdat.*

Contractu emtionis ex lege commiſſoria reſoluto emtorem partem pretii jam ſolutam perdere, tradunt plerique, ut *Huberus* in Præl. ad tit. ff. de lege commiſſ. n. 3. *Brunnemannus* ad L. 6. ff. de Leg. commiſſ. *Lauterbach* Coll. theor. pract. tit. ff. de lege commiſſ. §. 14. *Heineccius* Elem. Jur. ſec. ord. Pand. P. 3. §. 275. & alii. Contra ea *Bœkelmannus* & *Voet* arrham duntaxat, non ſolutum pretium amitti, ſentiunt. Et hodie aliter dicendum eſſe, Huberus ipſe cum Grœnewegio putat. Nobis quidem neutra opinio omnino vera videtur, ſed diſtinguendum putamus, pars ſoluta

pretii

pretii arrhæ nomine, an implendi contractus gratia data ſit. Nam ſiquidem pretii pars in arrham argumentumque duntaxat celebrati contractus data ſit, uti fieri olim ſuevit, *L. ult. ff. de Leg. commiſſ.* & nunc ſimiliter obſervatur, id quod ſolutum eſt, utique perditur. Plane enim ſi quid arrhæ nomine datum ſit, id apud venditorem remanere, in *L. 6. pr. ff. de lege commiſſ.* expreſſum eſt. Et is quidem caſus in *L. 4. §. 1. ff. eod.* continetur. Ceterum hæc lex poſterior de caſu, quo pars ſoluta pretii amittitur, nominatim nihil diſponit, ſed de eo duntaxat, quid ratione fructuum eo caſu obtineat. Quamobrem ex L. 4. §. 1. nihil certi colligi poteſt. In L. 6. pr. adjectum quidem eſt, ſi quid alio quoque nomine datum eſſet. Sed quæ præter arrham alio nomine dentur, explicavit Joh. Voet & Bœkelmannus. Et Bœkelmannus quidem ita accipiendum putat, ſi quid ſimili ratione venditor acceperit, ut deinde lucretur, quemadmodum in arrha fiat. Quo certe pars pretii poſtea implendi contractus gratia ſoluta minime pertinet. Neque dici poteſt, deeſſe actionem ad eam partem pretii ſolutam recuperandam, quamvis in ea, quæ arrhæ nomine data ſit, deficiat. Nam quoniam deinde reſoluto contractu cauſa finita eſt, condictio ſine cauſa obtinet, ſi quid non in argumentum, ſed ex cauſa contractus ejusque implendi gratia datum ſit. Sed ſi in argumentum contractus datum ſit, non poteſt dici, ex cauſa contractus datum, neque finitam cauſam eſſe. Præterea quod in arrham dari ſolet, plerumque non eſt magni momenti, quod merito deinde cum damno venditoris compenſatur. Ceterum nec permittunt jura, cum damno alterius locupletiorem fieri, nec conveniens eſt, eum, qui diligentior fuerit, pœnam diligentiæ ſentire. Quamobrem nobis dicendum ita videtur, ut pretii pars ſoluta tum demum apud venditorem permaneat, ſi arrhæ nomine data ſit.

# OBSERVATIO LX.

## *Contractu vitalitio ex lege commiſſoria reſoluto quæ ratio ſortis reſtituendæ ineatur.*

Quæro, ſi contractus vitalitius, ſeu emtio venditio annuorum redituum ad vitam emtoris, propter moram commiſſam ex

lege commiſſoria contractui inſerta reſolvatur, reditus autem promiſſi ex contractu antea ſorte per ſex vel ſeptem annos ſoluti eſſent, quomodo tum contractus reſolvatur, & quæ ſortis quantitas reſtituenda ſit. Plane ſi verum eſt, quod in ſuperiore obſervatione explicavi, jure etiam Romano in lege commiſſoria emtionis eam pretii partem, quæ non in arrham, ſed implendi contractus gratia ſoluta eſſet, a venditore reſtitui, conſtat, in propoſita quæſtione dicendum eſſe, quod quotannis vel ſtatutis diebus ultra juſtum uſurarum modum ſolutum ſit, id in ſortem imputari, adeoque de ſorte detrahendum eſſe. Quod noſtris quidem temporibus tanto magis ob interdictam omnimo uſurariam pravitatem dicendum eſt. Et ſummum quidem Tribunal Cellenſe hanc in rem ita pronuntiavit: Demnach nunmehro ſo wol die von Marianen Royer, verehelichten Fréren, als auch die von dem Forſt-Secretario von Mackphail, Nahmens deſſen Ehefrauen, wieder eine in Sachen derer ſelben entgegen den Factor, Johann Heinrich Krone, in puncto Leib-Renten, bey Unſrer Juſtiz-Canzley hieſelbſt am 16. Febr. 1741. eröffnete Urthel allhie eingebrachte Gravamina appellationis & leuterationis erwogen, und mit denen vorhin ergangenen Actis zuſammen gehalten, auch von der Beſchaffenheit befunden worden, daß ſie keiner weitern Ausführung bedürfen, als wird die Sache von Amts wegen für beſchloſſen angenommen, die von Appellantin ſowol als Leuteranten eingereichte Schriften dem Appellaten, jedoch bloß zur Nachricht, aus Unſrer Ober-Appellations-Gerichts-Canzley verabfolget, und von Uns Georg II. V. G. G. König ꝛc. zu Recht erkannt: Alldieweilen der zwiſchen dem weyland Commercien-Rath Royer und dem Appellaten Kronen am 16. Octob. 1730. errichtete Vergleich klar ergiebet, daß, wenn Debitor Krone dem darinn enthaltenen Verſprechen ſeines Theils in allen Puncten nicht gehörig nachkommen werde, in ſolchem unverhofften wiedrigen Falle die Forderung ratione des Hauptſtuhls in ihrer völligen Kraft und Valeur bleibe, daneben auch des verſchriebenen halber dem Gläubiger zur Sicherheit alle des Debitoris Güter, in ſpecie aber der zu gleicher Zeit demſelben käuflich überlaſſene Spicker cum pacto conſtituti poſſeſſorii verpfändet worden, und denn gegenwärtig aus denen Actis offenbar zu Tage lieget, daß Appellat Krone ſeinem Verſprechen keinesweges gehörig nachgekommen, ſondern bey erhobener Klage verſchiedene Termine ſchon verſeſſen gehabt, dahero der weyl. Commercien-Raht Royer wol befugt

befugt gewesen, die Immission in den ihm verschriebenen Spieker gerichtlich zu suchen, und daraus, jedoch in der Masse, wie Appellantin in ihrem Libello Gravaminum sich erkläret, daß die über 5. *pro Cent* bezahlte Leib-Renten, so viel davon in jedem Termine über das Gesetzmäßige Zins-*Quantum* bezahlet, an dem Hauptstuhl der 5600. Rthlr. abgekürzet werden, die Erstattung des Hauptstuhls, auch nachständiger Reichs-Constitutions-mäßiger Zinsen und Kosten zu suchen, daß hingegen der weyland Commercien-Raht Royer von seinem Recht abgegangen, und desselben sich begeben, bislang nicht erscheinet, dahero um dieser illiquiden Einrede halber, und da Appellat ohnehin denen Royerschen Erben allemahl in starkem Nachstande bleibet, die Immission in den Spieker quæst. nicht aufzuhalten, als ist Sententia a qua dahin zu reformiren, daß die Royerschen Erben forderſamst und ohne weitern Anstand in den Besitz des ihnen verschriebenen Spiekers zu setzen, dieselben auch daraus wegen Capitals, Zinsen und Kosten in vorbemerkter Masse sich zu erholen wol befugt seyn, als wesfalls dieselben demnächst eine richtige Liquidation allhier einzubringen haben, es könnte und wollte denn Appellat, wofern er zu ruhen nicht gemeynet, sein Vorgeben, daß er mit dem verstorbenen Royer kurz vor seinem Ende sich verglichen, und dieser des Processes ohnbedingt sich begeben, binnen hier und nächstem Gerichts-Tage annoch zu Recht erweisen, als womit er gestalten Sachen nach zwar annoch zu hören, die Immission in den Spieker jedoch vorgängig unaussetzlich nichts destoweniger zu verfügen, immassen denn zu deren Vollstreckung Commissio auf den hiesigen Burg-Vogt Brüggemann erkannt ist. Als wie Wir solchergestalt erkennen, die Unkosten jedoch aus bewegenden Ursachen gegen einander vergleichen. V. R. W. Publ. Celle im Ober-Appellations-Gericht den 23. Mart. 1743.

# OBSERVATIO LXI.

## *De renuntiatione beneficii cedendarum actionum in fidejussionibus.*

Fidejussorem beneficio cedendarum actionum valide renuntiare posse, non ambigitur. *Coler* de proc. execut. P. 1. C. 10. §. 429. *Berger* Oeconom. Jur. L. 3. tit. 3. §. 13. *Strauch* ad Jus Justin. Diss. 14. §. 18. *Ziegler* Discept. 43. §. 5. & th. 41. §. 47. De eo autem

autem quæritur, quis renuntiationis hujus effectus ſit. *Bergerus* in Oeconomia Juris c. l. formulam tradit, renuntiationem hujus beneficii non valere, quoties ejus, cui facta ſit, nihil interſit. Ex quo ſecuturum illud erat, renuntiationem hujusmodi non amplius valere, quam quatenus creditori proficiat, contra ſi creditoris nihil interſit, cum, etſi fidejuſſor renuntiaverit, ad cedendas actiones nihilominus teneri. Quod ſi hac in re intentio contrahentium ipſa, & quid actum inter eos ſit, inſpiciatur, profecto mens contrahentium hæc eſt, ne fidejuſſor ſpecie beneficii cedendarum actionum ſolutionem differat, omnisque dilatio ei præcidatur. Quis autem putet, fidejuſſorem beneficio huic omnino, quatenus creditori damnoſum plane non ſit, nec ſolutionem differat, renuntiare voluiſſe? Quis putet, fidejuſſorem omnino abjicere voluiſſe modum æquiſſimum & optimum, indemnitatis ſuæ conſequendæ? Quis denique creditorem humanum hæc voluiſſe exiſtimet? Merito igitur eo caſu hujusmodi interpretatio accipienda eſt, quæ & jus creditoris ſalvum præſtat & debitoris ſeu fidejuſſoris jura non plane extinguit, vel abſorbet, ut ita utrique ſit conſultum, neque alter altero magis oneretur. Et hanc ſententiam defendunt *Heigius* Quæſt. 38. n 40. ſq. *Ronchegallus* ad L. 2. Reos in princ. ff. de duob. reis n. 57. *Hartm. Piſtor.* L. 1. Qu. 48. n. 9. *Carpzov* P. 2. C. 17. def. 17. & L. 2. Reſp. 70. n. 12. ſq. *Lauterbach* Colleg. theor. pract. Pand. tit. de fidejuſſ. §. 53. *Stryk* ad Lauterbach. Comp. tit. de fidejuſſ. p. 636. verb. renuntiaverint, *Strauch* ad Jus Juſtinian. Diſſ. 14. §. 17. *Ziegler* Diſcept. ſel. th. 41. §. 47. *Voet* ad tit. ff. de fidejuſſ. §. 30. *Ludovici* Doctr. Dig. tit. de fidejuſſ. §. 14. Nec movet, quod ſolutionem hoc obtentu differre fidejuſſor non poteſt, ceſſio autem poſt ſolutionem non utique admittitur, niſi quidem pactum de cedendo anteceſſerit, vel in ipſa ſolutione ceſſio facta ſit. Nam etſi *Sandio* dubitatio hæc tanti momenti viſa fuerit, ut in Tr. *de act. ceſſ. C. 6.* §. 41. exiſtimaverit, ſententiam ſupra propoſitam nunquam illis probatum iri, qui poſt ſolutionem fidejuſſori ne a volente quidem creditore actiones cedi poſſe doceant, niſi ante vel in ipſa ſolutione de cedendis iis actum ſit, quem & *Jo. Voet* ſequitur, mihi tamen tanti momenti dubium hoc non videtur. Semper enim in ſolutione ipſa vel ceſſio vel pactum de cedendo intervenire poteſt, ut ceſſio etiam poſtea facta

valeat,

valeat, neque opus sit, Sandii & Carpzovii sententiam sequi, existimantium, post solutionem factam utique actiones fidejussori contra debitorem & confidejussores cedi non posse.

# OBSERVATIO LXII.

## *De feudo sine consensu domini oppignorato.*

Expediti juris est, feudum sine consensu domini oppignorari non posse, sed oppignorationem hujusmodi nullam esse. Neque praeterea clientelarium bonorum oppignoratio jure Germanico consistit, nisi in judicio facta. Ex quo denuo consequeretur, feudum in curia feudali oppignorandum esse, neque aliter pignus subsistere. Secundum hoc igitur non absurdum foret, dicere, pignus sine consensu domini & curiae feudalis constitutum ne in fructibus quidem feudi subsistere, & debita hujusmodi chirographaria esse. Et ita curia provincialis Cellensis d. 6. Junii 1605. pronuntiavit in Sachen sich enthaltend zwischen weyland Ernst von Ahlden seligen hinterlassener Kinder verordneten Vormündern, auch desselben Schwestern, Oddo und Sophien und angegebenen Creditoren in Actis benannt, *in hunc modum*: Würden die Creditorn die von ihnen fürbrachte Copeien der Verschreibungen mit ihren Originalibus der gebür respective bestercken, daß alsdann in ihrer Auszahlung folgende Ordnung zwischen den Creditorn zu machen, Und erstlich ꝛc. samt allenthalben einem jeden in seiner Ordnung nachstendigen Zinssen zu bezahlen, Und was demselben noch übrig sein wirdt, unter die andern Creditorn, als welche von deswegen, daß sie entweder sich gar nicht in einige guetere versichern lassen, oder aber ob sie gleich sich in Lehen-gueter versichern lassen, darüber von den Lehen-Herrn keinen Consens erlanget, pro Chirographariis zu halten, pro rata ohne einzigen Vorzug der Zeit halben zu teilen sey ꝛc. Hodie receptum est, ut hypotheca talis ratione fructuum, utpote qui allodiales habentur, subsistat.

# OBSERVATIO LXIII.

## *De liberis nobilium in concurſu creditorum ex bonis patris alendis.*

Ad communem & creditorum & filiorum debitoris utilitatem pertinet, adeoque æquum eſt, ſi feudum ſine conſenſu domini & agnatorum oppignoratum ſit, filios ex feudo ali, quia per eos fructus feudi creditoribus conſervantur. Et præterea non iniquum eſt, ſuccurri liberis in bonis avitis, quæ pater ære alieno obligavit, cum innoxii ipſi ſint. Atque hunc in modum Curia provincialis Cellenſis olim pronuntiavit d. 6. Jun. 1605. in hæc verba: In Sachen ſich enthaltend zwiſchen weiland Ernſt von Ahlden ſeligen hinterlaſſener Kinder verordneten Vormündern, auch deſſelben Schweſtern, Oddo und Sophien und angegebenen Creditoren in Actis benannt, Seindt von Uns Ernſt V. G. G. Herzog zu Braunſchweig und Lüneburg gedachten Kindern ihre gebürliche alimenta, wofern ſie dieſelbige aus den Lehenguetern oder ſonſten nicht haben könnten, wie auch bemeldter Sophien an ſtatt ihres väterlichen Erbteilß aus ihres Vaters ſeligen guetern ſo viel als ihre Schweſter die von Marenholz bekommen, auch ferners erkannt ꝛc. Idem in Ducatu Calenbergico obtinet per Ordinationem Cancellariæ Calenbergicæ tit. 36. §. 16. Sed an in Ducatu Cellenſi hodie ita obſervetur, dubito. Certe Cancellaria Cellenſis aliter ſenſit, cujus opinio extat in *B. Par. Introd. in Proc. Civ. Luneb. in addit. p. 805.*

# OBSERVATIO LXIV.

## *De exceptione & querela non numeratæ pecuniæ.*

### §. I.

Chirographorum privatorum apud Romanos exigua fides.

Romanos privatis literis, ſyngraphis & chirographis parum fidei tribuiſſe, adeo ut earum literarum vix ulla vis aut obligatio fuerit, deinde autem introductis temporibus quinquennii & denique biennii vim probandi elapſo tempore hoc acceperint, *Franc. Balduinus in Juſtiniano L. 1. p. m. 17.* obſervavit.

§. II.

## §. II.

Igitur mirari nos non oportet, jure Romano in chirographo intra biennii ſpatium probationem pecuniæ numeratæ in creditorem ex chirographo agentem rejectam eſſe. Ex quo intelligitur, exceptionem vel querelam non numeratæ pecuniæ eo duntaxat pertinuiſſe, ut debitor negaret, pecuniam ſibi numeratam a creditore eſſe, in hunc modum: *Tu te numeroſſe oſtende.* Quo facto creditorem oportuit oſtendere, ſeſe pecuniam numeraſſe. Belliſſime hoc quidem explicavit *Theophilus* in *Paraphraſi Inſtitutionum tit. de liter. oblig. §. fin.* his verbis: *Poſt hoc tempus* (biennii) *exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere non licebat, & dicere creditori*: Tu te numeraſſe oſtende. *Nam id multis Imperatorum conſtitutionibus cautum eſt. Sed quoniam id creditoribus moleſtum erat, Imperator noſter, ne multo tempore elapſo, hoc eſt, triennio aut quadriennio, creditores, cum poſt tantum temporis juberentur, probare, vera omnia eſſe, in difficultates moleſtiasque probationum propter longitudinem elapſi temporis inciderent, & ita ex illa re pecuniis forſitan ſuis defraudarentur, conſtitutionem edidit &c.* Idque præterea *L. 10. C. de non num. pec.* manifeſto probatur.

Exceptio & querela non num. pec. explicatur.

## §. III.

Igitur ſecundum jus civile, biennio elapſo, omnino integrum eſt debitori exceptionem non numeratæ pecuniæ in eum modum proponere, ut debitor ipſe, non factam numerationem eſſe, probet, propterea quod biennio ea duntaxat exceptio excluditur, qua debitor creditori diceret: *Tu te numeraſſe oſtende.* Eaque exceptio doli eſt. Plane ſecundum *L. 6. C. de compenſ.* ſcriptura, qua cautum eſt, accepta, quæ negas tradita, obligare contra fidem veritatis non poteſt. Conf. *L. 1. C. de non num. pecun.* Et hanc ſententiam ex jure civili defendunt *Zæſius ad tit. ff. de Oblig. & act. n. 34. ſq. Voet* in *Comm. ad tit. ff. de reb. cred. n. 33. ſq.* Eaque opinio in foro quoque receptior eſt. Vid. *Mevius* P. 2. Dec. 22. *Strauch.* ad Jus Juſtin. Diſſ. 14. §. 22. in f. *Stryk* in not. ad Lauterbach. tit. ff. de reb. cred. p. 295. *Carpzov* L. 2. tit. 8. Reſp. 91. *Struvius* Evol. Controv. Exerc. 16. th. 50. *Bœhmer* ad tit. ff. de reb.

An debitori poſt biennium probatio pateat.

reb. cred. n. 25. & alii. De qua re ſententiam ſummi Tribunalis Cellenſis §. IV. notavimus.

## §. IV.

Quid jure Electorali Brunſuic. Lun.

Jure Brunſuico-Luneburgenſi Electorali, & conſtitutione quidem, quæ vocatur *Interims-Iuſtiz-Reglement art. 6.* exceptio non numeratæ pecuniæ, correcto jure civili, ad trimeſtre ſpatium reſtricta eſt, adeo ut intra hoc ſpatium quoque non creditor, ſed debitor probare debeat, pecuniam numeratam non eſſe. Dubitatio igitur aliquando incidit, an poſt hanc conſtitutionem debitor elapſo ſpatio trimeſtri omnino eſſet audiendus, ſiquidem finito proceſſu executivo de ea re creditorem in ſeparato reconveniret. Sed ſummo Tribunali Cellenſi placuit, conſtitutionem ita explicare, ut finito proceſſu executivo reconventio nihilominus debitori pateat, etſi biennium & amplius effluxiſſet. Et ita ad Cancellariam Hannoveranam reſcriptum eſt d. 22. Septembr. 1733. in cauſa des Herrn Grafen von Platen und Hallermünde contra Chriſtian Auguſt Strohmer.

## §. V.

Quid ſi debitor in chirographo exceptioni N. N. P. renuntiaverit.

Quæro, ſi debitor in eodem inſtrumento exceptioni non numeratæ pecuniæ renuntiaverit, an nilominus exceptionem hanc deinde recte opponat. Quod merito probatur. Nam quemadmodum confeſſio debitoris in chirographo de pecunia numerata ſub ſpe futuræ numerationis facta præſumitur eſſe, *L. 1. L. 7. C. de non num. pec.* ita ſimiliter dicendum eſt, debitorem in chirographo exceptioni quoque non numeratæ pecuniæ ſub ſpe futuræ numerationis renuntiaſſe. Recteque huc transfertur, quod in L. 1. C. de non num. pec. expreſſum eſt: *intentio dati pignoris, nec numeratæ pecuniæ non aliter tenebit, quam ſi de fide debiti conſtiterit.* Conf. *Hilliger* ad Donellum L. 14. C. 37. lit. F. *Colerus* de proc. exec. P. 1. C. 10. n. 229. & 235. *Mevius* P. 2. D. 22. *Tuldenus* ad tit. C. de non num. pec. th. 5. *Huber* Præl. ad Inſt. tit. de liter. oblig. poſ. 1. ibique Thomaſius in ſchol. Et ita ſummo Tribunali Cellenſi placuit in dicta cauſa des Grafen von Platen und Hallermünde contra Chriſtian Auguſt Strohmer, ut ſententia quoque ſum-

ſummi Tribunalis deinde in eadem cauſa d. 28. Nov. 1739. publicata declarat.

## §. VI.

Quid ſi inſtrumentum juramento confirmatum ſit.

Sed etſi debitor chirographum, in quo exceptioni non numeratæ pecuniæ renuntiavit &, pecuniam ſe accepiſſe, confeſſus eſt, juramento adjecto confirmaſſet, nihilominus exceptionem vel querelam non num. pec. habet, quia juramentum quoque ſub ſpe numerationis & ſub conditione adjectum videtur, adeoque naturam actus retinet. Plane *L. ult. C. de non num. pec.* tanto magis ad hunc caſum accommodatur, quod jure Romano juramentum ſemper acceſſorium eſt, quod naturam actus continet, etſi Donellus & alii eam legem ad hujusmodi ſpeciem accommodant, cum debitor ſolutionem jurato promiſerit. Et noſtram ſententiam defenderunt *Tuldenus* ad Tit. C. de non num. pec. §. 5. *Perez* ad tit. C. eod. n. 20. *Struv.* Deciſ. Sabbath. C. 13. Dec. 15. in f. *Stryk* Caut. Contract. S. 2. C. 7. §. 11. *Bœhmer* ad tit. ff. de reb. cred. §. 26. Sed ita quoque ſummo Tribunali Cellenſi placuit in cauſa Chriſtian Auguſt Strohmer contra den Cämmerer, Georg Ludwig, Grafen von Platen und Hallermünde, quæ ſententia deinde ſubjicitur.

## §. VII.

An ſuper non facta numeratione juramentum liceat deferre.

De illo quæritur, an liceat debitori contra inſtrumenti tenorem præſertim in ſeparato juramentum deferre, pecuniam non eſſe numeratam. Movet ſecundum jus civile *L. 14. §. Illo 3. C. de non num. pec.* ubi ita continetur: *ut in quibus non permittitur, exceptionem non num. pec. opponere vel ab initio vel poſt taxatum tempus elapſum, in his nec jusjurandum offerre liceat.* Quæ verba interpretes fere omnes de jurisjurandi delatione intelligunt. Quamobrem juramenti delationem jure civili hoc caſu non admitti, plerique defendunt, ut *Sichardus* ad L. 14. §. Illo C. de non num. pec. n. 2. *Perez* ad tit. C. de non num. pec. n. 2. *Hartmann Piſtor* L. 4. Qu. 12. n. 14. *Sande* Deciſ. Friſic. L. 1. tit. 11. def. 1. *Fachinæus* L. 2. Controv. C. 82. ſq. *Brunnemann* ad L. 14. C. de non num. pec. n. 11. *Lauterbach* Comp. Jur. tit. de reb. cred. p. 171. & alii, qui cetera hanc in rem argumenta plenius perſequuntur.

## §. VIII.

Alia sententia Practicorum.

Contra ea *Strykius* in Usu moderno ff. ad tit. de reb. cred. §. 15. juramentum in reconventione admittit, putatque L. 14. §. 3. ad illum casum restringendam esse, si quis juramenti delatione sese a parata executione liberare velit. Aliter igitur dicendum esse, si solvat & postea reconventionem instituat. Et plane Imperator ipse in *Nov. 136. cap. 6.* juramenti delationem contra ratiocinia comprobata admittit in hunc modum: *nisi ex abundanti velit vel ipsi creditori vel ejus heredibus jusjurandum deferre, hoc enim solum ei concedimus, intra tamen ea tempora, quæ exceptioni non solutæ pecuniæ attributa sunt.* Atque eam Strykii sententiam Practici fere omnes Batavi & Galli probant. Vid. *Voet* in Comm. ad Dig. tit. de reb. cred. n. 34. *Mornacius* ad L. in contractibus C. de non num. pec. *Menochius* Cons. 47. n. 9. qui secundum æquitatem Canonicam ita tenet.

## §. IX.

Quid jure Electorali Brunsuico-Luneburgico.

Constitutio Electoralis Brunsuico-Luneburgica, *Justiz-Reglement*, art. 5. juramenti delationem contra instrumenti tenorem in processu executivo prohibuit, de separato nihil expressit. Summum igitur Tribunal Cellense juramentum in separato admisit in causa Christian August Strohmers Appellanten, contra den K. und C. Cämmerer, Georg Ludwig von Platen und Hallermünde, Appellaten. In qua causa Cancellaria Hannoverana d. 4. Febr. 1737. ita pronuntiaverat: Würde Herr Vorkl. und Nachbekl. den dem Vorkl. und Nachbekl. deferirten Eyd dahin einrichten, daß derselbe schwere, daß er ihm die in der Obligation vom 14. Febr. 1729. beschriebene 1200. Rthlr. entweder an Gelde, oder an Geldes Wehrt würklich ausgezahlet habe, so ist gedachter Vorkl. und Nachbekl. schuldig, solchen Eyd abzustatten. Reconventus cum ad Tribunal appellaret, d. 28. Nov. 1739. ibi pronuntiatum in hunc modum est: So viel aber die Haupt-Sache anlanget, ist es der eingewandten Appellation ohngeachtet bey voriger Urthel zu lassen, mithin Appellant den ihm darinn auferlegten Eyd nach vorhero von Appellaten abgeleisteten Juramento calumniæ Einwendens ungehindert abzuschweren schuldig; es könte und wollte denn derselbe sein Vorgeben, daß Appellat nach ausgestellter Obligation sich zu der darinn enthaltenen Schuld gestanden, besser als durch die ad Acta gebrachten

Schrei-

Schreibens binnen hier und nächsten Gerichts-Tage erweisen, als welchenfalls so dann ferner ergehet, was Rechtens.

§. X.

Sed etsi concepta instrumenti verba jusjurandum continerent, debitorque jurato exceptioni non num. pec. renuntiasset, nihilominus licebit ei, in separato jusjurandum desuper creditori deferre, ut in eadem causa summum Tribunal Cellense decidit. Quid si instrumento juramentum contineatur.

§. XI.

Illud denique prætermittendum non est, si ex intervallo debitor fidem cautionis præsertim juratæ agnoverit, de non numerata pecunia juramentum certe creditori deferre non posse. Plane in *L. 4. C. de non num. pec.* qui fidem cautionis agnoverit, ad querelam non admittitur. Quibus verbis quanquam probatio contrarii non excluditur, tamen certe debitor, qui fidem juratæ cautionis deinde agnovit, juramentum, quod a principio sub spe futuræ numerationis interveniisse videtur, revera deinde repetiit. Quamobrem ratio juris non patitur, ut adversarium suum juramento postea defatiget. Quin potius debitor hujusmodi omnino ad probationem contrarii admittendus non videtur. Atque in causa §. IX. relata summum Tribunal Cellense ita decidit, ut siquidem creditor probaret, debitorem deinde ex intervallo cautionem juratam agnovisse, jurare creditor minime compelleretur. In qua causa secuta postea d. 17. Dec. 1740. hæc sententia est: Nachdemmalen Appellat nicht in Abrede nehmen mögen, daß er die n. act. 25. in Abschrift dargelegten Briefe vom 27. Nov. 1731. 6. Jan. 1732. und 28ten Merz desselben Jahrs von Appellanten dero Zeit erhalten, und dessen eigne darauf an Appellanten abgelassene Schreibens vom 2. Dec. 1731. und 9. Apr. 1732. auf obige des Appellanten Briefe als Antworten sich beziehen, mithin aus solchem allen nunmehro erhellet, daß Appellat nach ausgestellter Obligation vom 14. Febr. 1729. sich damals zu der darinn enthaltenen Schuld der 1200. Rthlr. gestanden, und Appellant den ihm desfalls in Unserer Urthel vom 28ten Nov. vorigen Jahres vorbehaltenen Beweis nach Nohtdurft beygebracht, als ist Appellant nunmehro von Abstattung des vorhin ihm auferlegten Eydes, und solchemnach auch der gegen ihn angestellten Wieder-Klage lediglich zu entbinden ꝛc. Quid si debitor fidem cautionis ex intervallo agnoverit.

# OBSERVATIO LXV.

## *De exceptione non numeratæ dotis.*

### §. I.

Tempus præscribendæ hujus exceptionis.

Exceptio non numeratæ dotis alio temporis spatio, quam exceptio non numeratæ pecuniæ ex chirographo circumcluſa eſt, omnino autem denegatur decennio poſt contractas nuptias, vel ſi minor maritus fuerit, duodecim annorum tempore elapſo, ſecundum quod in *Nov. 100. c. 1. & 2.* præfinitum eſt.

### §. II.

An eo tempore elapſo maritus ad probationem non factæ numerationis admittatur.

Quæro, an poſt decennium vel in minore poſt duodecim annos a tempore nuptiarum vel inſtrumenti dotalis maritus ad probationem contrarii, non numeratam ſcilicet dotem eſſe, admittatur? Movet, quod in ſuperiore obſervatione dixi, debitorem poſt biennium nihilominus probare poſſe, pecuniam ſibi numeratam non eſſe. Exceptio autem & querela non numeratæ dotis ſimiliter in eo conſiſtit, ut maritus dicat: *Tu te numeraſſe oſtende.* Quo pertinent verba *Novellæ 100. c. 1. damus marito queri & dicere non illatam ſibi dotem.* Ex quo conficiendum videtur, maritum poſt decennium nihilominus ad probationem contrarii admitti. Et ita ſentiunt *Abr. a Weſel* de connub. bon. ſoc. & pact. dot. Tr. 2. c. 1. n. 69. ab eoque allegg. *Petr.* & *Auguſt. Barboſa*, & *Voet.* ad tit. ff. de jure dot. §. 17. ab eoque allegatus *Neoſtadius.* Accepit, quod complures Ddres cum Baldo exceptionem ſimulationis perpetuam habent, putantque confeſſionem mariti de recepta dote ſimulatam ac in fraudem legis donationem inter virum ac uxorem prohibentis præſumi, ut *Fachinæus* refert *Controv. L. 8. C. 82.* Sed enim, ſi verba *Novellæ 100. c. 1.* penitius inſpiciantur, patet, omnino menti Imperatoris repugnare, ut maritus poſt decennium ad probationem non numeratæ dotis admittatur, niſi quidem a marito interea conteſtatio in literis facta ſit. Ait enim Imperator; *ſi tacere elegerit, palam eſt, voluiſſe, vel ſi non accepit dotem, omnimodo eum aut ſuos reddere heredes.* Rectеque *Fachinæus* Contr. L. 8. C. 82. *Imperatorem hoc velle, ut dos reddatur mulieri, ſive ſoluta ſit, ſive non ſoluta.* Et ſecundum hoc ſummum Tribunal Cellenſe pronuntiavit

vit & poſt duodecim annos a marito oblatam deſuper probationem rejecit d. 23. Martii 1741. in cauſa Henrietten Suſannen von Hasberg, gebohrner Roſen contra ihren geweſenen Ehemann, Hartmann Curd von Hasberg.

## §. III.

In eadem cauſa maritus probare intendebat, cautionem de dote accepta ideo datam eſſe, quia uxor, quam præter voluntatem parentum duxerat, timuiſſet, ne cum parentibus reconciliatus ſe deſereret. Sed viſum eſt, hanc etiam exceptionem poſt X. vel XII. annos Novellæ 100. c. 1. repugnare. Nam etſi ab initio dotem, quam accepiſſe confeſſus erat & de reſtituenda caverat, reddere noluiſſet, tamen ex ſilentio diuturno ſubſecuto palam erat, reddere eum dotem omnimodo voluiſſe, etſi non accepiſſet. Ut in eadem cauſa judicatum eſt. Declaratur.

# OBSERVATIO LXVI.

## *Dos a patre obærato filiæ promiſſa an ex concurſu recte petatur.*

## §. I.

Pater obæratus in pactis dotalibus filiæ dotem ſatis amplam promiſerat. Poſt mortem ejus concurſu creditorum coorto, filia quoque & deinde gener cum filia poſtulabant, ſe inter ceteros creditores hypothecarios ſecundum temporis antiquitatem collocari. Continebantur autem maſſa concurſus feuda plurima, ex quorum fructibus creditores ordine ſuo paulatim dimitti potuerunt. Caſus.

## §. II.

Atque in hac ſpecie duplex inſpectio occurrit, altera de jure generi, altera de jure filiæ. Utrumque probe ſeparandum eſt. Inſpectio duplex.

## §. III.

Videamus primo, an gener dotem a ſocero obærato promiſſam ex concurſu recte petat, & quo loco collocandus ille ſit. Movet, quod dos pro facultatibus patris & ſoceri conſtituenda eſt, facultatem autem & bonorum ratio non initur, niſi deducto ære alieno. De jure generi rat. dubit.

alieno. Neque enim bona aliter intelliguntur. Ex quo conficias, dotem a ſocero obærato conſtitutam non valituram, niſi exſoluto omni ære alieno ſoceri. Quo facto concurſus finitus eſt, adeoque a concurſu ipſo repellendus gener videtur.

## §. IV.

Deciſio. Sed verius videtur, generum ob promiſſam dotem in concurſu creditorum ſoceri inter creditores hypothecarios ex cauſa temporis conſtitutæ hypothecæ ſeu promiſſæ dotis collocandum eſſe. Principio enim ſocer, qui ad dotandam filiam pro dignitate & modo facultatum naturaliter obligatus fuit, ex promiſſione ſua in eam ſummam, de qua convenit, civiliter & ex cauſa legibus probata obligatus eſt. *L. 46. §. 2. ff. de jure dot.* Quamobrem quia dotis quantitas pacto & promiſſione ſoceri definita eſt, non inſpicimus, an ſocer dotem pro modo facultatum & ita promiſerit, quemadmodum ex æquo & bono conſtitui eam oporteat, de quo tum quærimus, ſi quantitas certa definienda demum ſit, ſed illud potius inſpicimus, quid in promiſſionem deductum ſit, in quod condemnandus ſocer genero eſt, in quantum facere poteſt, *L. 84. ff. de jure dot.* Eſt autem hoc beneficium competentiæ, quod diremto quidem matrimonio ex cauſa tantum & perſona ſocero competit, jus perſonale. Ex quo conſequitur, contemplatione aliorum extra ſocerum & patrem non inſpici, pro modo facultatum dos promiſſa ſit, nec ne. Dos præterea & dotis datio in contractibus recenſetur *L. 5. §. 2. ff. commod. L. 23. ff. de reg. jur.* & cauſa dotis in genero hæc eſt, quia onera matrimonii ſubit. Eſtque ea cauſa ratione generi oneroſa, tantum abeſt, ut donationem vel lucrum contineat *L. 8. §. 13. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolv. L. 25. §. 1. in f. ff. quæ in fraud. cred.* Quamobrem non intelligitur, cur generi cauſa deterior in concurſu, quam aliorum creditorum habenda ſit. Et plane leges ipſæ generum ratione dotis aliorum creditorum ſimilem habent. Nam ita in *L. 25. §. 1. f. ff. quæ in fraud. cred.* exprimitur: *non magis, quam in creditorem, qui a fraudatore, quod ei deberetur, acceperit, cum is indotatam uxorem ducturus non fuerit.* Quæ ſi vera ſunt, intelligimus, generum ex tempore acceptæ hypothecæ, ſeu promiſſæ dotis, ratione dotis & uſurarum inter creditores hypothecarios collocandum eſſe. Hypothecæ enim dotibus

bus insunt, & bona ejus, qui promisit dotem, tacite pro ea obligantur. *L. un. §. 1. C. de rei ux. act.* Neque vero ceteri creditores hypothecarii habent, quod querantur, quippe eo tempore nondum hypothecam habuerunt. Et ita *Brunnemannus* sensit in *Proc. Conc. Cred. C. 5. §. 51. n. 10.* Conf. *Sam. Stryk ibidem in not.*

## §. V.

Deinceps vero de filia videamus. Et a filia quidem dos a patre accepta, quia quasi ex donatione accepit, creditoribus patris restituenda est, sive æris alieni paterni conscia illa fuerit, sive minus, possuntque creditores desuper actionem Paulianam adversus illam movere, etsi fraudis conscia non fuerit. *L. 25. §. 1. ff. quæ in fraud. cred.* Accedit, quod in *L. 2. C. de revoc. his quæ in fraud. cred. al.* expressum est, filiam, etsi paterna hæreditate abstineat, tamen de dote accepta a creditoribus patris conveniri posse, si bona defuncti non sufficiant, & dos in fraudem creditorum constituta probetur. Præterea in *L. 25. §. 1. ff. quæ in fraud. cred.* continetur, filiam certe cavere oportere, restituturam se, quod consecutura de dote fuerit. Igitur filia omnino a concursu patris repellenda videtur, tantoque magis, quod secundum *L. 5. C. de promiss. dot.* non uxor, sed maritus dotem exigit. Sed verius videtur, nec filiam repelli, sed potius cum marito eodem loco inter creditores poni, adigendam autem esse, ut caveat iis, qui ante dotem promissam creditores paterni jam extiterunt, etsi in chirographariis locum acceperunt, dotem vel dotis partem sese, cum soluto matrimonio ad illam pervenerit, ad dissolvenda ea debita restituturam esse. Nam quod ad jus agendi pertinet, *L. cit. 5. C. de dot. promiss.* casum continet, cum pater marito stipulanti dotem promisisset. In pactis autem dotalibus promissio ita concepta erat, ut ad filiam æque pertineret, cautumque erat, dotem deinceps ad filiam ejusque hæredes reversuram. Igitur etsi maritus dominus dotis civilis sit, tamen cum eo uxor ex pacto actionem movere potuit. Deinde leges in contrarium allatæ ponunt, dotem in fraudem creditorum constitutam esse, *L. 2. C. de rev. his quæ in fraud. cred.* Qua in re oporteret, patrem certe animum fraudandi creditores habuisse. *Lauterbach* Coll. theor. pract. Pand. tit. quæ in fraud. cred. §. 10. 11. Sed de hoc in casu proposito non constabat. Neque enim in fraudem

De filia.

dem creditorum ceterorum hypothecariorum geſtum quidquam erat, utpote qui tum temporis, cum dos promitteretur, creditores nondum erant, ſed pecuniam deinde crediderunt. Sed neque in fraudem chirographariorum poſteriorum actum quidquam erat. Nec poſſunt creditores ſive hypothecarii, ſive chirographarii poſteriores Paulianam actionem adverſus filiam deſuper movere. *Lauterbach* Coll. Pand. tit. quæ in fraud. cred. §. 12. Nihil igitur amplius a filia exigi poteſt, quam ut creditoribus antiquioribus, etſi chirographariis, ſatis faciat, cum dotem conſecutura fuerit.

## §. VI.

Sententia ſummi Tribunalis.

Quibus rationibus permotum ſummum Tribunal Cellenſe ita pronuntiavit: Demnach nunmehro das von dem Fürſtlich-Holſtein-Eutinſchen Hofmeiſter, Chriſtian Auguſt von Eyben, für ſich und Nahmens deſſen Ehefrauen, Eliſabeth Sophien Marien von Hasbergen, Appellanten, in Sachen deſſelben entgegen und wider den Fürſtlichen Braunſchweig-Lüneburgiſchen General-Major von Völkening, den Juden Meier Gumpel in Vormundſchaft Lazarus Gumpels ſo wol als für ſich ſelbſt, wie auch den Juden Samſon Gumpel, ferner die Hasbergiſchen Geſchwiſter, und endlich den Raht Hertel, nun deſſen Erben, Eggelings Erben, den Cammer-Schreiber Hoffmann, den Kaufmann Tilly und den Kaufmann Schmalen, als ſämtlich des weyland Landdroſten, Georg Wilhelm von Hasbergen, Gläubiger, Appellaten, allhie eingebrachte Gravamen mit denen Actis voriger Inſtanz zuſammen gehalten und erwogen, auch dergeſtalt befunden worden, daß es fernerer Ausführung nicht bedarf, ſo wird die Sache damit von Amts wegen für beſchloſſen angenommen, denen Appellaten Abſchrift von des Appellanten Eingaben aus Unſrer Ober-Appellations-Gerichts-Canzley auf Verlangen, jedoch bloß zur Nachricht, mitgetheilet, und von Uns Georg II. V. G. G. König ꝛc. zu Recht erkannt: Daß zuförderſt ꝛc. Die Sache ſelbſt anlangend, ſo iſt die am 25ten October 1738. eröffnete Hasbergiſche Concurs- und Priorität-Urthel in Anſehung des Appellanten dahin zu reformiren, daß derſelbe wegen ſeiner Ehefrauen Brautſchatz-Gelder von dem Concurs des weyland Landdroſten von Hasbergen nicht abzuweiſen, noch ſo lange, bis die Güter von Schulden befreyet ſeyn, ſich zu gedulden ſchuldig, vielmehr Appellant damit ſamt denen Zinſen von Zeit der vollzogenen Ehe an zu rechnen, in der drit-

dritten Reihe derer Gläubiger, welche ein Pfand-Recht haben, nach dem Alter dessen Hypothec unmittelbar nach N. 19. mithin vor des General-Majors von Völkening Forderung zu setzen, jedoch daß denen, mit einem Pfand-Recht zwar nicht versehenen, jedennoch an sich der Zeit nach ältern Gläubigern des weyland Landdrosten von Hasbergen bevorbleibe, auf erfolgende Auszahlung dieser Gelder, wenn die dermalige Ehe zwischen Appellanten und dessen Ehefrau aufgehöret, an den Haupt-Stuhl, und die nach geendigter Ehe anfangende Zinsen wegen ihrer Forderungen sich zu halten, und davon ihre Befriedigung zu suchen, mithin sodann des Appellanten Ehefrau, oder deren Erben und diejenigen, welchen nach geendigter Ehe der Haupt-Stuhl heimfällt, wegen desjenigen, was sie davon erlangen werden, zu besprechen, immassen denn des Appellanten Ehefrau gedachten Gläubigern Sicherheit dahin zu bewirken schuldig, daß sie von demjenigen, was von solchem Brautschatz ihr selbst oder ihren Erben zu Handen oder Genuß kommen wird, beregte Gläubiger', wenn diese jedoch sämtlich ihre Forderungen liquidiret, vergnügen wolle. Vermeynten auch die dem Appellanten nunmehro nachgesetzten Gläubiger, weniger nicht der Advocatus Münter, als Vormund des Cridarii Sohnes, August Wilhelm von Hasbergen wegen des dem Appellanten von dem Cridario ausgelobten Brautschatzes in puncto quanti annoch gegen denselben etwas auszuführen, bleibet ihnen solches unbenommen, und haben dieselben sodann ihre deshalbige Nohtdurft allhie vorzustellen, worauf, wenn solches geschehen, dem Befinden nach ferner ergehen soll, was Recht ist. Als wie Wir solchergestalt reformatorie erkennen, vorbehalten und auferlegen, die Unkosten jedennoch aus bewegenden Ursachen gegen einander vergleichen. V.R.W. Publ. Zelle im Ober-Appellations-Gericht den 18. Mart. 1741.

# OBSERVATIO LXVII.

## *De dote a patre & matre simul constituta.*

Vir & uxor in pactis dotalibus filiæ natu maximæ dotem ambo nominatim promiserant, simul caverant, utroque parente mortuo filiæ portionem hæreditatis reservari deducta dote jam accepta. Deinde paulo post iidem testamentum reciprocum conficiebant, in quo continebatur, ut, quoniam ambo filiam natu maxi-

mam in hanc ſummam antea dotaſſent, & præterea eidem ter mille thaleros præcipuos dediſſent, reliquæ filiæ ex amborum parentum hæreditate tantundem dotis nomine haberent, quantum filia natu maxima habuiſſet. Quod ſi filium deinde obtinerent, eum præter bona feudalia duplum ejus conſecuturum, quod filia perceperit. Filio deinde nato, utroque autem parente mortuo, gravis contentio inter filias & filium ejusque hæredes orta eſt. Mater tutrix filii fuerat & filiæ dotem acceperant. Matre autem defuncta illud inprimis in diſceptationem venit, utrum dos profecta & ſoluta integra ex bonis paternis cenſeretur, an pro dimidia parte ex maternis. Quo adſumto acceptæ dotis quantitas dimidia in hæreditatem matris, ſeu potius legitimam filiabus relictam imputanda erat. Movebat, quod dotatio paternum officium eſt, non maternum, præſertim quod in *L. 7. C. de dot. prom.* continetur, patrem de ſua ſubſtantia dotem integram videri promiſiſſe, etſi dixerit, ex rebus tam ſuis quam maternis & aliis, quæ non acquiruntur, dotem ſe conſtituere. Sed verius eſt, in caſu propoſito dotem ex utriusque parentis bonis conſtitutam fuiſſe, ex utriusque etiam bonis pro dimidia portione ſolvi oportere & niſi deinde aliud actum ſit, ita acceptam pro dimidia parte in legitimam maternæ hæreditatis imputari. Nam etſi verum eſt, patris, non matris, officium eſſe, ut filiam dotet, tamen matrem, ſed & quemvis extraneum volentem æque filiam dotare poſſe, conſtat, & in propoſito non quærimus, cui dotatio incumbat, ſed potius an ab utroque parente promiſſa & accepta dos a patre ſolo profecta videatur. Quod neutiquam eſt dicendum, quia pater ſolus tantam dotem non conſtituit, ſed parentes ambo totam ſummam ex utriusque facultatibus promiſerunt. Conſtat autem, ſi duo tot vel tot aureos ſpoponderint, neque adjectum ſit, ſingulos in ſolidum ſpopondiſſe, ita ut duo rei promittendi fierent, partes viriles deberi. *L. 11. §. 2. ff. de duob. reis conſt.* Igitur hoc caſu parentum uterque pro parte virili dotem promiſerat, & quæ ita accepta a filiabus erat, pro dimidia parte ex bonis maternis profecta fuit. Nec dici poterat, uxorem pro marito velut interveniſſe. Neque enim maritus & pater ejusque hæredes principaliter obligati ad tantam ſummam in ſolidum erant. Et ſecundum hoc a ſummo Tribunali Cellenſi pronuntiatum eſt d. 8. Mart. 1737. in cauſa Annen Chriſtinen von Ran-

zow des weyland Königl. Preußischen Cämmerers Schenken von Winterstedt hinterlassenen Wittwe, Curatorio nomine ihrer Kinder, Beklagtin und Appellantin, contra die verwittwete General-Majorin von Malortie, verwittwete General-Majorin von Bonar, und verwittwete Hauptmannin von Lützow, jetzo dieser Erben, Klägere und Appellaten in puncto der mütterlichen Erbschaft, in hunc modum: *Quoad Grav. III.* ist zwar die mitklagende General-Majorin von *Malortie* (filia natu maxima) - - - es kan aber dieselbe sich nicht entbrechen, dasjenige, was sie laut ihrer Ehestiftung §. 4to und des *testamenti parentum reciproci* §. 5to an Brautschatz, Mobilien, Kleidung und Hochzeits-Kosten von beyden Eltern erhalten, zur Hälfte, als die mütterliche Portion *ad massam hæreditatis qv.* zu *conferiren*. Die *General-Majorin* von *Bonar* hingegen und die Lützowische Erben werden, weil die bey den Actis befindliche Vergleiche und Quitung klärlich ergeben, daß die von *Bonar* und die verstorbene von Lützow das erhaltene auf ihr väterliches Antheil allein bekommen, und die mütterliche Erbschaft sich ausdrücklich vorbehalten, von der *prætendirten Collation* frey gesprochen. * * * So viel hiernächst *quoad Grav. VItum* das der *General-Majorin* von *Malortie* in ihrer Ehestiftung und in dem Elterlichen *testamento reciproco* verschriebene *præcipuum* der drey tausend Thaler anbetrift, so ist zwar jetzt erwehnte Klägerin dieses *præcipuum* samt Zinsen *usque ad alterum tantum* annoch zu fordern wol befugt. Die Hälfte des *Capitals* aber, samt denen bey Lebzeiten des Ober-Hauptmanns Schenk auf sothane Hälfte schon fällig gewesenen Zinsen hat die Beklagtin aus dem väterlichen Nachlaß zu bezahlen, und die andre Halbschied des *Capitals*, wie auch die übrigen *usque ad alterum tantum* rückständige Zinsen werden der Klägerin aus dem mütterlichen Vermögen billig zum voraus verabfolget.

# OBSERVATIO LXVIII.

## *An filiæ vasalli ab agnatis vel domino alimenta & dos ex feudo debeantur, si aliunde, forte ex maternis, se exhibere possit.*

Filiæ in subsidium alimenta & dotem ex feudo ab agnatis etiam vel domino deberi, non ambigitur. 1. Feud. 6. & 2. F. 36.

Videamus autem, an & debeantur, ſi filia aliunde, ex maternis forte, bona habeat & exhibere ſe inde poſſit. Quod tenent *Struvius* Obſerv. Jur. feud. C. 14. & *Berlich* P. 2. Concl. 55. Sed vereor, ut extra Saxoniam hoc procedat. Neque enim ex jure feudali vel aliunde ratio ſufficiens adduci eam in rem poteſt. Plane 1. F. 6. eis, qui ſuccedendi incapaces ſunt, alimenta tum demum adſignantur, ſi feudo ei ablato exhibere ſe non valeat. Ex quo conſequitur, ſi perſona inhabilis ablato feudo habeat, unde ſe ſuſtinere poſſit, nihil eam alimentorum nomine ex feudo capere. Idque juri naturali & civili conveniens eſt. Nam jure quidem naturali liberis a parentibus alimenta tam diu duntaxat debentur, quam diu ipſi alere ſe nequeunt. *Pufendorff de Jure Nat. & Gent. L. 4. C. 11.* §. 8. Jure civili Romano pater ad alimenta ſuppeditanda filio non obligatur, ſi locuples filius ſit, vel qui opificio aliquo ſe exhibere poſſit. *L. 5. §. 7. ff. de agnoſc. lib.* Nec mater in ſubſidium filio, vel avus nepoti, vel liberi parentibus alimenta debent, niſi ipſi alere ſe non poſſint. *Wiſſenbach* Diſp. 49. ad ff. n. 14. 15. 17. *Huber* Præl. ad tit. ff. de agnoſc. & al. lib. n. 5. 6. Quod merito ad ſubſidiarium onus dotandi quoque transfertur. Nam etſi in *L. fin. §. f. C. de dot. promiſſ.* dotatio officium paternum dicitur, tamen hoc ad onus dotandi ſubſidiarium non pertinet. Præterea nec patrem ad dotandam ex ſuo filiam locupletem omnimodo teneri, multis argumentis defendit *Wiſſenbach* Diſp. 46. ad ff. tit. de jure dot. n. 8. cui adſentit *Huberus* Præl. ad ff. eod. n. 2. Dicendum igitur eſt, filiæ, quæ aliunde ſe exhibere poſſit, ab agnatis vel domino ex feudo alimenta vel dotem non deberi. Tantoque magis hoc dicendum eſt in feudo exiguo, quia 1. F. 6. muto ex feudo magno duntaxat alimenta tribuuntur.

# OBSERVATIO LXIX.

## *Dos profectitia an filia in matrimonio defuncta liberis autem ſuperſtitibus, patri ſit reſtituenda.*

### §. I.

Dos profectitia quæ?

*Dos profectitia eſt*, quam pater pro filia ut parens de ſuo dedit, ſive ſub poteſtate ejus filia ſit, ſive emancipata. Nam ita *L. 5.* §. *11.*

*§. 11. ff. de jure dot.* habet: *Si pater pro filia emancipata dotem dederit, profectitiam nihilominus dotem esse, nemini dubium est, quia non jus potestatis, sed parentis nomen dotem profectitiam facit; sed ita demum, si ut parens dederit.*

## §. II.

Filia in matrimonio defuncta dos a patre profecta patri est reddenda. Et hoc patris gratia & in solatium ejus singulariter constitutum est, ne & filiæ amissæ & pecuniæ damnum sentiret. Certe in *L. 6. ff. de jure dot.* expressum ita est: *Jure succursum est patri, ut filia amissa solatii loco cederet, si redderetur ei dos ab ipso profecta: ne & filiæ amissæ & pecuniæ damnum sentiret.* Filia in matrimonio mortua patri redditur.

## §. III.

Pater autem dotem eam non ut hæres, neque jure successionis, sed alio nomine repetit. Fingamus enim, patrem ut hæredem duntaxat jus repetendæ dotis profectitiæ habere. Tum sane favor patris nullus intelligitur. Neque hac contemplatione opus erat, jure patri succurri, ut in *L. 6. ff. de jure dot.* dicitur. Neque intelligitur, cur profectitia duntaxat, non adventitia recipiatur, etiamsi ab avo profecta esset, *L. 79. pr. ff. eod.* Sed nec intelligitur, cur pater solus, non item mater jus trium vel quatuor liberorum habens admitteretur. Plane in *L. 59. ff. sol matr.* pater ab hæredibus filiæ nominatim distinguitur, in hæc verba: *Filiæ meæ emancipatæ & ægræ vir in hoc repudium misit, ut mortua ea dotem potius hæredibus ejus, quam mihi redderet. Sabinus dicebat, utile mihi ejus dotis recuperandæ judicium dandum esse.* Et ea causa est, cur in legibus dicitur, dotem patri reddi, dotem ad patrem reverti *L. 10. pr. ff. sol. matr. L. 59. eod. L. 6. ff. de jure dot. L. 79. pr. eod.* Quo jure pater recipiat.

## §. IV.

Ex quo consequitur, dotem ad hæredes filiæ non pervenire, si in matrimonio patre vivo defuncta fuerit. Quod præsertim in relatis verbis *L. 59. ff. sol. matr.* manifestum est. Ad hæredes filiæ non pervenit.

## §. V.

Quod si verum est, ad hæredes filiæ eo casu dotem profectitiam Neque ad liberos.

tiam non pertinere, consequitur, ad liberos quoque filiæ, hæredes ejus, non pertinere.

## §. VI.

Quod amplius probatur.

Atque illud ex Ulpiani fragm. tit. 6. §. 4. manifesto intelligitur, in hæc verba: *Mortua in matrimonio muliere dos a patre profecta ad patrem revertitur, quintis in singulos liberos in infinitum relictis penes virum.* Sed retentionem ob liberos Justinianus Imp. in *L. un. §. 5. C. de rei ux. act.* sustulit, quia naturalis stimulus parentes ad liberorum suorum educationem hortetur. Plane ex conventione quoque tum demum dos liberorum nomine a genero retinetur, si id actum inter contrahentes appareat. *L. 26. §. 2. ff. de pact. dot. L. 48. ff. sol. matr.*

## §. VII.

Quid si stipulatio interposita.

Quod si stipulatio de reddenda dote interposita esset, novatio intercedere videbatur, neque tum actione dotis pater, sed ex stipulatu dotem repetebat. Quod ex *L. 6. C. de jure dot.* intelligitur, ubi continetur, patris pactum actionem dotis profectitiæ nomine competentem conventione simplici minime innovare, in eaque re aliam causam patris & matris esse. Igitur consequitur, stipulatione interposita actionem patris novari, ut ex stipulatu agendum esset, & de verbis stipulationis, non de jure patris extra stipulationem quæreretur.

## §. VIII.

Explicatio L. 40. ff. sol. matr.

Quod si meminerimus, *L. 40. ff. sol. matr.* facile intelligitur, ut Cujaciana emendatione opus non sit, quam & *Jauchius* ut frustraneam rejecit. Papinianus enim eam speciem tractat, ut post dotem datam & nuptias contractas stipulatus pater sit, filiæ voluntate, divortio facto dotem dari. Quærebatur, ad quem casum ea stipulatio pertineat. Et ICtus patrem ad agendum admittit, si conditio stipulationis impleatur, & postea filia sine liberis decesserit. Quid igitur, cur ita restringenda ea stipulatio est? quid dicemus? Sed ratio in promtu est. Neque enim post dotem datam & nuptias contractas stipulari pater de dote poterat, ut deteriorem filiæ conditionem in dote faceret, nisi ea consentiente. *L. 29. pr. ff. sol. matr.* Verba igitur ita intelligenda erant, quemadmodum ex volun-

luntate mulieris colligendum esset. Neque vero maternus affectus admittit, ita verba explicare, ut ad casum liberorum quoque superstitum pertinerent. Quamobrem quia patri hoc casu ex stipulatu agendum erat, ut antea declaravi, & in ipsa L. 40. continetur, liberis superstitibus merito repellebatur, neque ad eum casum stipulatio ex voluntate mulieris pertinebat.

## §. IX.

Refutantur cetera argumenta contraria.

Cetera argumenta in contrarium adducta multo quidem facilius refelluntur. Nam in *L. ult. §. 1. ff. ut legat. nom.* casus continetur, cum maritus ex conventione dotem retineret. Quod ex eo intelligitur, quia præter conventionem dos vel patri, vel certe hæredibus restituenda erat, patri autem tanto magis in casu proposito, quia hæres filiæ erat. Neque vero præterea ad rem pertinet, quod nepotes in hæreditate avi dotem maternam conferunt. *L. 19. C. de collat.* Hoc enim de casu intelligendum est, cum jure dos apud nepotes remansit, scilicet ex stipulatione. Reliqua argumenta, quæ in contrarium proferri solent, solidissime refutavit *Wissenbach Disp. 48. ad ff. §. 17.* quem secutus fere est *Huberus* in *Præl. ad tit. ff. sol. matr. §. 4.*

## §. X.

An inter filiamfam. & emancipatam interfit.

Existunt autem doctissimi viri, qui hac in re distinctionem filiæ sub potestate patris adhuc constitutæ & emancipatæ servandam putant, ut leges Romanæ ad filiam sub potestate patris constitutam, non item ad emancipatam pertineant. Quam sententiam defendunt *Fachinæus Controv.* L. 3. c. 71. *Jo. Voet* ad tit ff. sol. matr. §. 6. & 7. *Diod. Tuldenus* & præterea alii magni nominis viri. Quamobrem, quia moribus filia per nuptias patria potestate liberatur, conficiunt, moribus dotem profectitiam ad patrem neutiquam reverti, sed penes liberos remanere.

## §. XI.

Quod negatur.

Sed vereor, ut hæc sententia defendi possit. Manifesti enim juris est, in filia emancipata idem servari, nec jus potestatis, sed parentis quæri. Atque dotem profectitiam eam quoque esse, quæ pro emancipata datur, neque jus potestatis, sed parentis nomen dotem profectitiam facere, probavi §. 1. Accedunt aliæ leges manifestæ.

nifeſtæ. Nam ita L. 5. ff. de divort. *Si filia emancipata idcirco diverterat, ut maritum lucro dotis afficiat, patrem fraudet, qui profectitiam dotem potuit petere, ſi conſtante matrimonio deceſſiſſet, ideo patri ſuccurrendum eſt, ne dotem perdat, non enim minus patri, quam marito, ſuccurrere Prætorem oportet. Danda igitur eſt ei dotis exactio, atque ſi conſtante matrimonio deceſſiſſet filia.* L. 10. pr. ff. ſol. matr. *Si ab hoſtibus capta filia, quæ nupta erat & dotem a patre profectam habebat, ibi deceſſerit, puto dicendum, perinde obſervanda omnia, ac ſi nupta deceſſiſſet, ut etiamſi in poteſtate non fuerit patris, dos ab eo profecta reverti ad eum debeat.* Conf. *L. 59. eod.* ſupra relata §. III. & *L. 71. ff. de evict.* Nec movet, quod in *L. 4. C. ſol. matr.* Imperator Alexander Apollonio reſpondit, dotem a patre profectam, ſi in matrimonio deceſſerit filiafamilias, ad patrem redire debere. Nam plane lex correctoria hæc non eſt, & præterea conſtat, Imperatores in reſcriptis Codice comprehenſis ad caſus propoſitos fere reſpondiſſe. Ex quo minus recte conficitur, in filia emancipata aliter obtinere. Vid. *Dion. Gothofredus* in not. ad h. L. qui & Theodorum Græcum jam ita ſenſiſſe, annotavit. Denique *L. un. §. 11. C. de rei ux. act.* omnino nihil probat, ſed hoc tantum declarat, mulierem in hæreditate patris dotem ſuam præcipuam accipere, etſi emancipata, vel exhæredata ſit, vel cum aliis hæredibus ſcripta.

## §. XII.

De uſu. De illo autem quæritur, utrum jus Romanum hac in parte abrogatum & moribus antiquatum ſit. Quod plerique defendunt. Sed hæc ſententia Dno *Aug. Leyſero Vol. 5. ſpec. 319. med. 1.* nimis periculoſa videtur, qua admiſſa de juris Romani auctoritate actum foret. Quamobrem is alio modo contrarium moribus defendere tentat. Plane in Curia provinciali Calenbergica ſecundum Jus Romanum aliquoties pronuntiatum eſt. Nam in cauſa Johann Hinrich Schwerings, Beklagten und Appellanten contra Hans Hinrich Lempſer, Kläger und Appellaten Curia ea provincialis d. 16. April 1733. pronuntiavit in hunc modum: Nachdemmalen klaren Rechtens, geſtalten ein Vater *dotem profectitiam* nach Abſterben ſeiner Tochter, wann ſelbige auch gleich Kinder nachgelaſſen, wieder fordern könne, daß dannenhero Appellant nicht allein von angeſtellter Klage zu ab-

abſolviren, ſondern Appellat auch, ſo viel er von dem ſtipulirten Brautſchatz bereits erhalten, dem Appellanten zu reſtituiren, ſchuldig und gehalten, mithin *Sententia a qua* dahin zu *reformiren* ſey. *Compenſatis expenſis.* Poſtea reus lite quidem cecidit, ſed ideo, quia ſecundum pacta dotalia a patre ſubſignata filiæ bona poſt mortem ejus apud virum remanere debeant. Quæ ſententia d. 11. Mart. 1737. concepta in hunc modum eſt: Wann gleich klaren Rechtens, daß ein Vater *dotem profectitiam* nach Abſterben ſeiner Tochter, wann ſelbige auch gleich Kinder nachgelaſſen, wieder fordern könne; Nachdemmalen jedennoch Appellant Schwiering durch Unterſchreibung der zwiſchen ſeiner Tochter und Schwieger-Sohn errichteten Eheſtiftung und darinn befindlichen Clauſul: längſt Leib, längſt Gut, in die Erb-Folge *conſentiret*, daß es dahero bey dem von Leipzig eingeholten, und allhier am 17. *Martii* 1735. *publicirten* Urthel zu laſſen, ſelbiges zu confirmiren, und zu beſtätigen. Eadem Curia provincialis Calenbergica d. 4. Oct. 1734. in cauſa Jobſt Friderich Seemann, Kläger und Appellanten, contra Johann Hermann Lohmeyer, Beklagten und Appellaten ita judicavit: Daß es bey denen gemeinen Rechten, vermöge welcher ein Vater *dotem profectitiam ſoluto matrimonio* wieder fordern könne, ſein unveränderliches Verbleiben behalte, es wäre dann, daß Beklagter und Appellat innerhalb 6. Wochen *a publicato* dieſes rechtlicher Gebühr nach beybrächte, daß der Kläger und Appellant mit der dem bey dem Amte zur Hoya angeblich abgehaltenem Ehe-*Protocollo inſerirten* Clauſul längſt Leib, längſt Gut, friedlich geweſen, worauf ſodann ferner ergehet, was recht iſt. Als Wir dann ſolchergeſtalt erkennen, die *Sententiam a qua* dahin *reformiren*, mit Vergleichung der Unkoſten. In alia cauſa des Schatz-Verordneten und Apotheker Naumann contra Meyer coram Curia provinciali Calenbergica actorum transmiſſione petita ex ſententia JCtorum Roſtochienſium & Gryphiswaldenſium aliter pronuntiatum eſt, quia leges Romanæ de filiafamilias tractarent. Appellatione ad ſummum Tribunal interpoſita junctaque nullitatis querela proceſſus in ea cauſa denegati ſunt, quod appellans jam uſus fuerat remedio ſupplicationis, nec ſumma appellabilis exiſtebat, nullitas autem non intelligebatur.

# OBSERVATIO LXX.

## *De dote vel antiphernis ante matrimonium consummatum non lucrandis.*

Pacta dotalitia tacitam conditionem semper continent, si nuptiæ fuerint secutæ. *L. 10. §. 4. L. 41. ff. de jure dot.* Igitur nec dos nec ἀντιΦερνη in pactis dotalibus debetur, si nuptiæ secutæ non sint, nisi forte per alterum steterit, quo minus sequerentur. Et ita summum Tribunal Cellense decrevit d. 19. Nov. 1742. in causa Thomas Heorg Meyer, Nahmens seiner Tochter, Cathrinen Marien, contra Johann Simon Hering und Cons. in pto successionis ex pactis dotalibus: Alldieweilen die in denen Ehe-Pacten sich einander geschehene Verschreibungen regulariter eine künftige Heyraths-Vollziehung præsupponiren, verfolglich, wenn solche nicht geschiehet, daraus keine Verbindlichkeit erwächset, daß aber unter denen Verlobten ein anders beliebet worden, mittelst der übergebenen Articulorum nicht erwiesen werden mag, gestalten solche nicht darauf specifice, sondern nur, daß die errichtete pacta dotalia überhaupt nicht wieder rückgängig gemachet werden sollten, gerichtet sind, als hat das Suchen pro Processibus keine Statt.

# OBSERVATIO LXXI.

## *Si maritus bonis cesserit, fruatur autem ratione officii annuo salario, quod condicere creditores nequeant, an eo casu condicere creditores usuras uxoris dotales possint.*

Agitata hæc quæstio fuit in summo Tribunali Cellensi inter Curatorem bonorum B. & cridarii Magni Satrapæ B. uxorem. Curator contendebat, *Legem 29. C. de jure dot. & Novellam 97.* ad hanc speciem non accommodari. Nam etsi secundum eas leges, marito ad inopiam redacto, uxor dominium & pleniſſimam administrationem dotis ipsa consequeretur, tamen negabat ille, inopem maritum dicendum esse, propterea quod ratione officii annuo salario satis opimo frueretur, ex quo sese & familiam sustentare posset.

Contra

Contra ea ex parte mulieris reſpondebatur, maritum, qui bonis ceſſiſſet, omnia bona, mobilia & immobilia, ſupellectilem quoque omnem creditoribus edidiſſe, adeoque nihil retinuiſſe earum rerum, quæ ad neceſſitatem & uſum humanæ vitæ inſerviunt. Igitur quoad ex retento annuo ſalario domum & rem familiarem denuo nondum inſtruxiſſet, inopem certe dicendum eſſe. Inopiam enim ſignificare privationem opum, conſequenter rerum externarum, quæ ad uſum vitæ pertineant. Non inſpici, quid forte habeat, ſed quæ deſint. In hunc modum *Senecam* Epiſt. 87. de paupertate ſcribere: *Paupertas eſt, non quæ pauca poſſidet, ſed quæ multa non poſſidet. Ita non ab eo dicitur, quod habet, ſed ab eo, quod ei deeſt.... Ego non video, quid aliud ſit paupertas, quam parvi poſſeſſio.* Certe igitur ſecundum hæc dicendum eſſe, quoad inopia iſta duret, jus condicendi creditorum ceſſare, & ſe ipſam mulierem & uxorem dominam dotis plenam eſſe, ut in relatis legibus expreſſum ſit. Etſi vero ſubſidia inopiæ tollendæ in promtu eſſe, adeoque dicendum forte prima ratione videretur, a condictione uſurarum dotalium creditores ad tempus, non autem penitus excludi, tamen deinde reputandum eſſe, cauſam mariti ob multitudinem creditorum, qui nihil ex concurſu recipiant, omnino perplexam univerſam eſſe, propterea quod per bonorum ceſſionem maritus non omnino a creditoribus liberetur, ſed ſi ad meliorem fortunam redierit, denuo bona ſalvo quidem competentiæ beneficio adimi ei poſſint. Nec niſi debitis univerſis exſolutis cauſam mariti perplexiſſimam eſſe deſinere. Dici igitur non poſſe, ut ſupellectile a marito denuo comparata inopia ejus hoc caſu deſierit. Quo facere, quod *Seneca* Ep. 85. paupertatem Græco vocabulo ἀπορίας exprimere tentaverit, quod perplexam cauſam ſignificet, ſecundum Lexicon Græcum Baſileenſe voc. ἀπορέω & ἀπορία. Præterea mulieris patronus adjiciebat, dotem ad ſuſtentanda matrimonii onera pertinere, eaque cauſa promitti & conſtitui, neque eam cauſam ſeparari a dote poſſe. Onera autem matrimonii familiæ ſuſtentatione definiri, creditorum nomina per ſe non continere. Sed quamvis uxori maritus quidem in ea re ad rationes reddendas non teneretur, utrum ad familiæ ſuſtentationem, an ad alia ipſius nomina pecuniam dotalem impenderet, ex eo tamen non ſequi, extra cauſam ſuſtentandorum matrimonii onerum exigi dotem poſſe, ut creditoribus ma-

riti inde satisfiat, potius hoc pacto naturam dotis violari & jus in dote præter conventionem tribui. Neque omnino creditores, qui familiam non sustentarent, succedere in hoc jus mariti debitoris posse, quod causa conventionis ad eos non accommodetur. Et placuit summo Tribunali Cellensi in ea causa secundum mulierem pronuntiare eamque ab actione instituta penitus absolvere.

# OBSERVATIO LXXII.

## *Ad Constitutionem Regiam & Electoralem de sponsalibus de* 1733.

## *De parentum ratihabitione.*

In constitutione Regia & Electorali Brunsvicensi & Luneburgensi de sponsalibus §. 1. expressum est, ut deinceps omnes sponsalia contracturi primum quidem consensum parentum suorum requirant & deinceps eo impetrato sponsalia ineant. Quæ autem sponsalia ita comparata non sint, ex utraque parte irrita habenda esse, etsi jurejurando confirmata sint. Ex quo videtur illud confici, consensum parentum expressum necessario antecedere debere, nec ratihabitionem deinde subsecutam ad firmanda sponsalia sufficere. Movet quoque, quod jure civili jussus patris similiter debet antecedere, consensus autem subsecutus matrimonium in tempus futurum non item ratione præteriti corroborat. Vid. *Dn. de Ludwig* in diss. *de connub. imper. consensuque par. diff. 2. C. 2.* Neque consensum patris in nuptiis filiorum jure civili retrotrahi, defendit *Voet ad tit. ff. de Ritu Nupt. §. 8.* Nihilominus contraria sententia verior videtur. Nam quod ad jus civile pertinet, ego cum Hubero ex natura ratihabitionis consensum quoque accedentem retrotraxerim, & præterea hæc quæstio juris civilis in legitimatione demum liberorum ante consensum natorum usum præstat. Est autem regula tam naturalis quam civilis juris, omnem ratihabitionem ad initium retrotrahi, eamque mandato & jussui æquiparari, & constitutio nostra consensum, non jussum requirit. Quod autem constitutio dicit, primum esse parentum consensum petendum, ad ordinem & convenientiam pertinet. Ex quo non sequitur, ratihabitionem

tionem nullam & nullius momenti esse. Quamobrem summum quoque Tribunal Cellense ita pronuntiavit d. 16. Junii 1742. in causa Christianen Dorotheen Leunigs zum Clausthal contra Johann Dietrich Creutzburg und dessen Mutter zu Dörrissen, Amts Rotenkirchen, in puncto zu vollziehender Ehe in hæc verba: Dasjenige aber, was Appellaten zu statten kommen könnte, theils in einer ganz unerwiesenen exceptione transactionis, theils darinn beruhet, daß dessen annoch lebende Mutter, die Mit-Appellatin, ihre Einwilligung darein nicht gegeben, Appellantin inzwischen behauptet, daß dieselbe solche Ehe-Beredung nachhero genehmiget, und denn dahero zuförderst nöthig seyn will, diesen Umstand in Gewißheit zu setzen, als wird hiemit auf den Superintendenten zu Einbeck, Ehrn Just Friderich Grupen, und den Amtmann zu Rotenkirchen, Johann Conrad Rettberg anderweit Commissio dahin erkannt, um die Mit-Appellatin vor sich zu fordern und zu vernehmen, ob sie dieser ihres Sohnes Ehe mit Appellatin zu widersprechen gemeinet sey, oder nicht, erstern Falls ihr auch zugleich den von Appellantin derselben bereits vorläufig deferirten Eyd dahin, gestalten sie, nachdem sie die Verlobung ihres Sohnes mit Appellantin erfahren, ihre Einwilligung nachhero nicht darinn gegeben, vorzulegen, und deren Erklärung zu erfordern, ob sie denselben zu acceptiren oder zu referiren Willens, weniger nicht sodann mit würklicher Abnahme des Eydes von ein oder anderm Theile, jedoch allenfalls nach vorgängigem Eyde für Gefährde in sämtlicher Theile Gegenwart zu verfahren.

# OBSERVATIO LXXIII.

## *De juramenti delatione in causis matrimonialibus.*

Etsi omnino verum esset, quod ex jure Canonico vulgo traditur, juramentum contra matrimonium deferri non posse, tamen id ad sponsalia Evangelicorum minus recte accomodari, ostenderunt *Sam. Stryk* de dissensu sponsalitio S. 3. §. 33. & Dn. *Bœhmer* in J. Eccl. Protest. T. I. L. 2. tit. 24. §. 60. sq. Et Bœhmerus quidem c. l. §. 65. contra Bergerum quoque defendit, intervenienti etiam matri super consensu ejus deferri juramentum posse. Et secundum hoc summum Tribunal Cellense pronuntiavit in causa Christianen Dorotheen Leunigs contra Johann Dietrich Creuzburg und dessen Mutter in puncto zu vollziehender Ehe-Verlöbniß.

# OBSERVATIO LXXIV.

## *Ad Conſtitutionem Regiam & Electoralem de ſponſalibus de a. 1733. art. 1. quousque parochi præſentia exigenda.*

In conſtitutione Regia & Electorali de - - - 1733. art. 1. cautum eſt, ut in ſponſalibus ruri celebrandis præter alios teſtes Parochus quoque ejusdem loci a plebe adhibeatur. Incidit autem, ut quidam ruri degens in oppido cum puella ibi degente & cum matre habitante ſponſalia tribus teſtibus maſculis ſecundum conſtitutionem adhibitis celebraret. De qua re poſtea lis inter eos exoriebatur. Movebat, quod ſponſus ruri degeret, neque ſecundum conſtitutionem adhibitus parochus eſſet. Sed hoc non placuit, quia in contractibus locum contractus inſpicimus, (*) qui tanto magis in hoc negotio inſpiciendus erat, quod ſponſa ibidem habitaret. Id quod inprimis in matrimonio obſervandum eſſe, oſtendit *Huberus* in Præl. ad tit. ff. de Legibus, rubr. de conflictu leg. §. 3. Igitur ſummum Tribunal Cellenſe hujusmodi dubitationem præcidit in cauſa Chriſtianen Dorotheen Leunigs zum Clausthal, Klägerin und Appellatin, contra Johann Dietrich Creuzburg und deſſen Mutter zu Dörissen, Amts Rotenkirchen, Beklagte und Appellaten, in puncto zu vollziehender Ehe, ubi pronuntiatum ita eſt: Alldieweilen es allhie nicht auf den Ort, wo Appellate wohnhaft, ſondern auf denjenigen vielmehr ankommt, wo die Ehe-Beredung geſchloſſen und Appellantin zugleich wohnet, mithin dasjenige, was in Unſerer Ehe-Verlöbniß-Conſtitution de 1733. §. 1. von der Gegenwart des Predigers auf dem Lande verordnet worden, auf dieſe zum Clausthal getroffene Verlobung nicht zu deuten ſtehet ꝛc.

# OBSERVATIO LXXV.

## *Ad Conſtitutionem Regiam de ſponſalibus de neceſſaria parochi præſentia.*

Ex eo, quod in conſtitutione regia & electorali de 1733. §. 1. in ſponſalibus inter plebejos ruri celebrandis parochi præſentia

(*) Conf. T. III. Obſ. LXXXVII.

tia exigitur, alia dubitatio incidit. Quidam enim ſponſalia celebraturi parocho id denuntiaverant, eumque, ut præſens intercederet, rogaverant. Is quoniam noverat omnia rite ſe habere, neque adeſſe, quod matrimonium impediret, & quod præterea officii neceſſitate diſtrictus præſens ipſe non poterat eſſe, ædituum miſit, ut ipſius nomine proſpiceret, quo rite & ordinate omnia fierent. Qui quidem parochi nomine ſponſalibus interfuit. Deinde ſponſam negotii pœnituit, cauſamque illa obſerebat, parochum ex conſtitutione præſentem non fuiſſe, adeoque ſponſalia nulla eſſe. Sed ſummo Tribunali Cellenſi placuit ex æquitatis ratione ob ſingulares rei circumſtantias ſecundum ſponſalia pronuntiare, in cauſa Lülf Henrich Küetmann, Appellanten, contra Sophien Cahrinen Bierwirths, weyland Johann Jürgen Ritters nachgebliebene Wittwe, Appellatin, in hunc modum: Weil in der von beyden Theilen eingeſtandenen und von dem Paſtore Hölſcher einberichteten und atteſtirten Maſſe demſelben die fürſeyende Verlobung gehörig gemeldet, und er derſelben beyzuwohnen, ausdrücklich erſuchet, ihm auch beſage obangezogenen ſeines Atteſtati ermeldeten Verlobung und derer daran Theil nehmenden Umſtände, und daß keine die Ehe zu behindern vermögende Urſachen fürhanden, gar wohl bekannt geweſen, hiernächſt Nahmens erwehnten Paſtoris Hölſcher, welchem andere unaufſchiebliche Amts-Geſchäfte zugleich fürgefallen, der des Endes ſpecialiter von ihm bevollmächtigte Küſter Schmidt der oft angezogenen Ehe-Beredung mit beygewohnet; daß dannenhero und bey Eintretung ſothaner beſondern Umſtände das quæſtionirte Ehe-Verlöbniß für ungültig nicht zu achten, verfolglich das Decretum a quo vom 13. Jan. a. c. (1741.) dahin zu ändern: daß Appellatin das mit Appellanten getroffene Ehe-Verlöbniß mittelſt prieſterlicher Einſegnung zu vollenziehen ſchuldig ſey ꝛc.

# OBSERVATIO LXXVI.

## *De transactione ſponſi & ſponſæ contra matrimonium.* (*)

Conſtat, jure Canonum de rebus & cauſis eccleſiaſticis tranſigi non poſſe, neque tranſactionem contra matrimonium valere. Quod a Canoniſtis ad ſponſalia quoque de præſenti, utpote ipſum matri-

(*) Conf. T. III. Obſ. XLV.

matrimonium accommodatur. Quanquam autem noſtra Evangelicorum ſponſalia minus recte de præſenti vocantur, adeoque matrimonium plane non ſunt, tamen *Carpzovius* & *Heigius* idem ad ſponſalia noſtra extendunt. Quod conveniens non eſt. Neque enim ſponſalia noſtra matrimonio ipſi neque ſponſalibus de præſenti Canoniſtarum æquiparanda ſunt. Deinde quando adhuc diſputatur de vinculo & utrum matrimonium inter litigantes unquam contractum fuerit, jure Canonico quoque transactionem prohiberi, utique certum non eſt. Adeoque contra ſponſalia noſtra tranſigi omnino poteſt. Vid. *Dn. Bœhmer J. Eccl. Proteſt. T. 1. L. 1. tit.* 36. §. 4. *Stryk de diſſenſu ſponſalitio S.* 3. §. 33. Quod ſummum Tribunal Cellenſe conſideravit in cauſa Chriſtianen Dorotheen Leunigs contra Johann Dietrich Creuzburg und deſſen Mutter, adeoque in ſententia non ut invalidam, ſed ut non probatam rejecit.

# OBSERVATIO LXXVII.

## *De rebus a marito uxori antè nuptias donatis.*

### *Ad Conſtit. Reg. de decoctor. d.* 15/26 *Mart.* 1726. §. 8.

Conſtitutione Regia & Electorali Georgii I. d. 15/26. Mart. 1726. §. 8. cautum eſt, ut ſi bona mariti veneant, concurſu creditorum exorto, quodcunque is uxori donaverit, ſive diu in matrimonio vixerint, ſive minus, ſive obæratus tum fuerit, ſive minus, ſive conſcia uxor æris alieni fuerit, ſive non conſcia, ſive res alicujus momenti ſit, ſive nullius, id omne non donatum habeatur, ſed maſſæ bonorum concurſus cedat. Verba edicti hæc ſunt: Daß 1) eines ſolchen fallit gewordenen Mannes Schenkungen an ſeine Frau, er mag lange oder kurze Zeit in der Ehe gelebt haben, damalen ſolvendo geweſen ſeyn, oder nicht, ſie mag an dem Verfall mit oder nicht Schuld haben, ſie mögen von Importance oder auch geringe ſeyn, alle null und nichtig ſeyn ſollen; Und es beſtehen ſolche Schenkungen entweder in Kleinodien, Silber-Geſchirr, Kleider oder Leinen-Geräthe, ſolches alles zum Concurs gezogen, und dahin von denen Frauen ausgeliefert werden ſoll. Quæro, an hæc ad ea pertineat, quæ ante nuptias ſponſus ſponſæ donaverit. Quod dicendum non eſt, quia verba conſtitutionis ad eas duntaxat donationes accommo-

data

data ſunt, quæ a marito in uxorem fiant. Quam in rem accedit, quod longe alia omnino in jure ratio donationum inter conjuges eſt, quam inter ſponſum & ſponſam. De illis igitur ſuperioribus, non de his in conſtitutione Regia cautum eſt. Et ita ſummum quoque Tribunal Cellenſe pronuntiavit in cauſa des Landdroſten von B. Ehefrauen contra den B - - ſchen Curatorem bonorum, Advocatum Topp in puncto vindicationis illatorum, ubi uxor cridarii præter ceteras res illatas inſtrumentum quoque muſicum vindicabat, a marito ſibi ante nuptias ut ſponſæ donatum.

# OBSERVATIO LXXVIII.

## *An maritus recte compenſet, quod uxori debeatur.*

Gener ſocerum mutuam pecuniam rogaverat, qua accepta & ſocero invito dotis nomine retenta ſocer denique facultatibus labebatur, & Curator bonorum pecuniam mutuam datam a genero cum uſuris repetebat. Conſtabat, ſocerum jam tum temporis ære alieno obrutum fuiſſe, ut filiam dotare nec poſſet, nec deberet. Et quod mutandi animo ſocer genero ita roganti dederat fidem generi ſecutus, mox recepturus, creditum erat, *L. 1. ff. de reb. cred.* & condici poterat, etſi gener aliter accepiſſet. *L. 18. §. 1. ff eod.* Actio igitur Curatoris bonorum fundata erat. Excipiebat autem reus, ſe uxoris nomine compenſare poſſe, propterea quod ſocer de bonis filiæ maternis tantundem debuiſſet. Sed placuit, compenſationem eam non admitti. Nam etſi de bonis uxoris maternis fides facta jam fuiſſet, tamen quia neque ſocer neque uxor dotem conſtituerat, non dotalis pecunia, ſed paraphernalis erat. In bonis autem paraphernalibus maritus facultatem duntaxat habet, actiones movendi & pecunias uxoris percipiendi ex mandato quidem uxoris præſumto & quoad mulier mandatum non revocaverit, ita quoque, ut pecunias ſervet mulieri. *L. fin. C. de pact. conv.* Eſt igitur maritus hac in re procurator uxoris, & procurator quidem ſimplex, non in rem ſuam, quia in alienam rem, non in ſuam, procurator conſtitutus eſt, *L. 4. pr. ff. de re jud. Voet ad tit ff. de procur.* §. *8.* & pecuniam uxori ſervare debet, quanquam permiſ-

ſum ei eſt, uſuras circa ſe & uxorem expendere. Quamobrem etſi procurator in rem ſuam compenſare poſſit, *L. 18. ff. de compenſ.* hoc ad maritum ratione paraphernalium uxoris non pertinet. Eſt potius ceteroquin expediti juris, neminem in compenſationem deducere poſſe id, quod alii debeatur, *L. 18. §. 1. ff. de compenſ. L. 2. L. 16. pr. eod. L. 9. eod.* adeo ut nec tutor nec procurator ſuo nomine conventus nomine pupilli vel mandantis aut invicem compenſare poſſit. *L. 23. ff. de compenſ. Huber Præl. ad tit. ff. de compenſ. §. 9. Zæſ. ad ff. eod. §. 27. 28.* Quod merito Doctores ad maritum accommodant, ut compenſare is non poſſit, quod uxori debeatur, & contra. *Lauterbach Comp. Jur. tit. de comp. verſ. Non etiam, Voet ad tit. ff. de compenſ. §. 10.* Quanquam in dote, ubi maritus procurator in rem ſuam eſt, aliud dicendum. Summum igitur Tribunal Cellenſe ſecundum hoc pronuntiavit d. 4. Junii 1740. in cauſa des Canzley-Procuratoris Schorkopfs, als beſtellten Uslarſchen Curatoris bonorum & ad lites, contra den Amtmann zu Rotenkirchen, Johann Conrad Rettberg, in hæc verba: Alldieweilen Beklagter und Appellat in dem act. Canc. n. 5. befindlichen Schreiben d. d. 13. Dec. 1714. ſelbſt bekennet, daß ſein Schwieger-Vater die anjetzo in Streit befangene Tauſend Reichs Thaler ihm dero Zeit vorgeſchoſſen, auch darüber eine Obligation und die jährliche Zinſe verlanget, hingegen die Einrede, daß deſſen Ehefrau an ihren Vater wegen ihres Mütterlichen ſchon dero Zeit ſo viel zu fordern gehabt, Beklagten in dieſer Sache nicht zu ſtatten kommen kan; Als iſt vom vorigen Richter übel geſprochen und wohl appelliret, mithin die Canzley-Urthel vom 11. Junii 1738. dahin zu reformiren, daß Beklagter und Appellat alles in Actis beſchehenen Einwendens ohngeachtet ſchuldig, die eingeklagten Eintauſend Reichs Thaler ſamt Reichs-Conſtitutions-mäßigen Zinſen von Zeit des Empfangs dieſer Gelder an Klägern zu bezahlen, er könnte und möchte denn erweiſen, daß ſein verſtorbener Schwieger-Vater geringere Zinſen von ihm verlanget. Es bleibet jedoch des Beklagten Ehefrau vorbehalten, den vermeynten Anſpruch wegen ihres Mütterlichen bey dem Uslarſchen Concurſu annoch ein- und auszuführen, und daſelbſt behörige Claßification zu gewarten.

# OBSERVATIO LXXIX.

## *An moto concurſu creditorum debitor idemque creditor cridarii recte compenſet.*

Pervulgatum eſt, moto concurſu creditorum bona ejus omnia ad concurſum & maſſam bonorum trahi, creditores quoque universos debita ſua in foro concurſus ad liquidum perducere. Sed hoc intelligendum eſt de iis, quæ in patrimonio cridarii adhuc ſunt & de hujusmodi debitis, quæ ex concurſu ſolvenda adeoque ad liquidum perducenda ſunt. Ceterum in mutuis petitionibus & debitis, quæ ante concurſum jam extiterunt, compenſatio utique admittenda eſt, utpote quæ ipſo jure fit, & debitum vel creditum ipſo jure minuit. Quam in rem ſummum Tribunal Cellenſe d. 22. Nov. 1740. in cauſa des in weyland des Cammerſchreibers Schelen Concurs-Sache beſtellten Curatoris, Advocati Cämmerers zu Hannover, contra den Anwald der Königl. und Churfürſtl. Rent-Cammer ita decrevit: Weilen jedennoch die compenſatio ipſo jure geſchiehet, das mutuum debitum & creditum auch vor entſtandenem Concurs exiſtiret ꝛc.

# OBSERVATIO LXXX.

## *De acquirenda vel amittenda civitate.*

### §. I.

Jus civitatis nativitate acquiri, expediti juris eſt. *Stæſſer* de jure civit. §. 28. *Knipſchild* de jure & privileg. Civit. Imper. L. 2. C. 29. n. 18. ſq. *Mevius* P. 7. D. 188. n. 3. Civium igitur liberi cives ſunt. De qua re Statuta vetera municipalia Brunſvicenſia P. 2. art. 21. apud Leibnitium T. III. Rer. Brunſvic. p. 438. ita declarant: *Nenes borgeres ſone darf burſchap winnen eder ſweren.* Et ita civitate quoque Cellenſi obtinet. Nam in veteri Ordinatione Politica civitatis Cellenſis tit. Von Bürgerſchaft ita continetur: Bürgers Sohn darf die Bürgerſchaft nicht kaufen. De qua re & fidem facit Senatus teſtimonium ad petitionem viduæ Johann Ludolf Königs datum d. 4. Jun. 1736. in hæc verba: Auf geziemendes Nachſuchen Johann Ludolf

Jus civitatis nativitate acquiritur.

Königs nachgelaſſener Wittwen wird damit gerichtlich atteſtiret, daß deſſen Vater, der geweſene hieſige Schloß-Kramer, Johann König und deſſen Frau, Marie Hohmanns in a. 1663. das Bürger-Recht allhier acquiriret, von welchen es ihr Sohn, Johann Ludolf König nach hieſiger Obſervance wieder geerbet.

## §. II.

Diſtinctio.

Hoc autem Ordinarius Senatus Brunſvicenſis juſſu Senatus a. 1408. conditus art. 47. apud Leibnitium Tom. III. Rer. Brunsvic. p. 460. ita declarat, ut ad liberos antea natos non pertineat, ſed ad eos demum, qui eo tempore nati ſint, cum pater civis eſſet. Verba hæc ſunt: *Ock ſchall me wethen, we aldiis de borgerſchopp winnet, hefft he Kinder, de geboren ſyn eir der tydt, dat he borger wart, de en hebben an der borgerſchopp nicht. Welk Kind aver geboren werdt, dewile ſin vader borger is unde ſick an de borgerſchopp holet, alſo dat he ſtadt pflicht unde Borgerrecht deit, dat ervet de borgerſchopp.* Quod in civitate quoque Cellenſi obſervatur, adeo ut nec ſufficiat, patrem eo tempore, cum liberi naſcerentur, civem fuiſſe, ſed matrem quoque jus civitatis habuiſſe oporteat. Plane quod ad liberos antea natos pertinet, hoc ratione non caret. Neque enim naſcendi conditio liberis tribuere poteſt jus, quod pater ipſe tum temporis non habuit. Ceterum an utroque parente cive natum eſſe oporteat, in ea re mores gentium & conſuetudines variant. Nam Athenienſes & Romanos olim voluiſſe, ut utroque parente cive natus eſſet, Juſtinianeo autem jure patrem civem ſufficere, oſtendit *Stæſſer* in diſſ. *de jure civit.* §. *28.* Igitur in ea re conſuetudo loci maxime inſpicienda & ſervanda eſt.

## §. III.

An quis duarum civitatum civis eſſe poſſit.

Jure veteri Romano cives duarum civitatum nemo eſſe potuit, poſtea autem aliud invaluit. Vid. *Heineccii Synt. Antiquit. Rom. in app. L. I. C. 1. §. 72.* Germanorum moribus ſimiliter neminem duarum civitatum civem eſſe poſſe, defendunt *Knipſchild* de jur. & privileg. civit. Imper. L. 2. C. 29. n. 143. ſq. & *Wenker* in diſſ. de Pfalburgeris §. 5. ſq. Eamque ob rem Wenkerus putat, pfalburgeratum in Germania noviſſime a Carolo IV. Imperatore interdictum & ſublatum eſſe, quod pfalburgeri in terris priſtini domini

mini domicilium retinere vellent & nihilominus alibi in urbe quadam jus civitatis quærerent, & hujus quoque civitatis jura & privilegia affectarent. Quod quidem Aureæ Bullæ quoque verba C. 16. convincunt.

## §. IV.

Quod si moribus Germanorum nemo civis duarum civitatum esse potest, sequitur, ut qui in aliam civitatem migraverit, domiciliumque ibi constituerit, jus civitatis pristini domicilii amittat. Vetera Statuta Verdensia in Vogts monum. ined. p. 280. ita habent: *We ok myd Wyllen uth der Stad ward anderswo to wonende, efte sine Kinder beret buten der Stadt, wel erer welk dar wedder yn, de scal de burescop wynnen. Vore over we uth van Noth, efte van Armode, den en heft der Burscop nycht vorbort.* Et hanc in rem vetera statuta Brunsvicensia P. I art. 21. apud Leibnitium T. III. Rer. Brunsvic. p. 438. ita habent: *Nenes borgeres sone darf burschapp winnen eder sweren, id en si, dat he ut der stad varen unde sick anderes war wonhafftig neder legge tan unde dach, kumpt he weder, unde wil me des nicht enberen, he mot winnen de burschapp.* In Ordinario autem Senatus Brunsvicensis art. 47. in f. apud eundem p. 460. ita continetur: *We ock sek anders wor nedder leide to wonende jar unde dach, wolde he hier wedder komen to wonende, he moste de borgerschopp upp eyn nye winnen unde sweren. Wandert aver ein borger uth na siner Kopenschapp eder na sinem Werve, teyn iar myn edder mer, de en verlust siner borgerschopp dar nich mede, also vorder, dat he schote unde stadt pflichte doe.* Et in veteri Ordinatione Politica civitatis Cellensis tit. von Bürgerschaft ita exprimitur: Bürgers Sohn darf die Bürgerschaft nicht kaufen, er wonete dann anderswo Jar und Tagk, dann wann er alsdann sich wieder hie setzen wolte, sol er die Bürgerschaft zu kaufen verpflicht seyn. Idem statuta Luneburgensia habent P. 9. tit. 18. quæ tamen simul supponunt, tributum civicum quoque intra annum & diem non solvi.

Mutatione domicilii jus civitatis amittitur.

## §. V.

Quid igitur, si in suburbio civis extra Senatus urbani jurisdictionem domicilium fixerit, an jus civitatis amittat? Quod neutiquam dicendum est. Neque enim suburbium alia civitas, sed in subur-

Quid in cive, qui

bio domicilium fixerit.

potius, ut in obſervatione de ſuburbiis dixi, acceſſorium quoddam ejusdem civitatis eſt, & advocatia civitatis ſuburbia continentur; etſi forte Senatus urbani jurisdictio eo non pertineat. Et hoc ſummum Tribunal Cellenſe quoque examinavit & ſecundum ea pronuntiavit in cauſa weyland Johann Ludolf Königs nachgelaſſener Wittwe, contra Juliane Brumunds, gebohrne Stracken zu Coppenhagen, und Johann Julius Stracken zu Drontheim, in puncto hæreditatis.

## §. VI.

De amittenda civitate ob ſtatuto tempore non ſolutum tributum civicum.

Jure communi civis ob non ſolutum ſtatuto tempore tributum civicum, quod *Schoſs* dicitur, de quo in Tr. de Jurisd. Germ. P. II. S. III. C. I. §. 188. ſq. dixi, jus civitatis non amittit, ſed potius ad ſolvenda tributa debita adigendus eſt. Exiſtit enim inter cives & Senatum ſocietas quædam. Neque vero leges ſocietatis permittunt, ut illico ſocietate excidat, qui leges ejus utique non impleverit. Certe ſecundum quod JCti Romani tradunt, ad implendum contractum ſocietatis agendum foret. Germani autem ſecuti potius hoc videntur, ut ſi quis in ſocietate inæquali inter dominum vel magiſtratum & vaſallum, vel beneficiarium & ſubditum legem contractus non impleverit, is jus ſocietatis perdat. Veluti in feudis & ſocietate feudali inter dominum & vaſallum conſpicitur, ubi tam vaſallus quam dominus ob feloniam jure ſuo privantur. Et hoc nonnullis locis, neque enim de conſuetudine univerſali Germaniæ dicere ſuppetit, in jure civitatis quoque obſervatur, ut civis, qui munera civilia obire recuſet, veluti tributum exactionis, Schoß, Magiſtratui debitum non ſolvendo, jure civitatis privetur. Qua de re in Ordinario Senatus Brunſvicenſis art. 47. apud Leibnitium ita continetur: *Welk Kind aver geboren werdt, dewile ſin vader borger is*, unde ſick an de borgerſchopp holet, alſo dat he ſtadt pflicht unde borgerrecht deit, *dat ervet de borgerſchopp.* Item: *Wandert aver ein borger uth na ſiner Kopenſchapp eder na ſinem werve, teyn iar myn edder mer, de en verluſt ſiner borgerſchopp dar nich mede, alſo vorder, dat he ſchote unde ſtadt plichte doe.* Atque hanc in rem in ſtatutis, quæ olim in judicio ſolenni civitatis Cellenſis, quod *Echte Ding* vocatur, recitabantur, art. 2. expreſſum eſt: Daß ein jeder Bürger in und vor Zelle, nachdem

zum

zum Schoß geschworen, 14. Tage darnach, und so er nicht einheimisch wäre, in 8. Tagen darnach, wenn er wieder anheim kommt, da er aber an andern Orten gewesen wäre, innerhalb Jahr und Tages den Schoß dem Rath entrichten soll, bey Verlust der Bürgerschaft. An hoc statutum a Principe unquam confirmatum fuerit, non constat, adeoque magis vim pacti quam legis habiturum esset. Sed neque observatum hoc statutum est. De qua re Senatus Cellensis in nova ordinatione tributi exactionis d. 19. Mart. 1732. consensu Reiminis promulgata ita expressit: Daß im Art. 2. Statutorum Civicorum stehet, es solle ein jeder Bürger in und vor Zelle, nachdem zum Schoß geschworen, in 14. Tagen darnach, und so er nicht einheimisch wäre, in 8. Tagen darnach, wenn er wieder anheim kommt, da er aber anandern Orten gewesen wäre, innerhalb Jahr und Tages den Schoß dem Rath entrichten, bey Verlust der Bürgerschaft; ein solches ist gleichwol theils aus Nachläßigkeit der Administratorum, theils aber, daß die Schoßpflichtigen sich mit der Unwissenheit entschuldiget, aus der Acht gelassen worden. Sed notandum quoque est, in veteri Ordinatione Politica civitatis Cellensis pœnam duntaxat semifloreni obtinuisse, ut tit. von Bürgerschaft dicitur: Es soll ein jeder seinen Schoß, nachdem er geschworen, in vierzehn Tag darnach, und so er nit einheimisch were, in acht Tagen darnach, wenn er wieder anheim kommt, dem Rath entrichten, bey Poen eines halben Guldens. Denique per novissimam Ordinationem d. 19. Mart. 1732. pœna caducitatis remissa est, & sufficit, si tributum residuum & pœnæ nomine dimidium pretium juris civitatis solvatur.

## §. VII.

Quæro autem, num hujusmodi statuto civis civitate ipso jure privetur, an sententia privatoria opus sit, & an deinde penes Senatum sit, caducitatis pœnam remittere. Et dicendum est, non tantum sententia privatoria opus esse, sed & penes Senatum esse, caducitatis pœnam remittere. Nam & in feudis propter feloniam sententia privatoria vel certe declaratoria opus est. Dn. *Senkenberg Prim. lin. Jur. Feud. P. 2. C. 15. §. 399.* Remittere autem Senatum pœnam posse, tanto minus ambigitur, cum & dominus feloniam recte remittat, & revera Senatui duntaxat jus ex ea re quæratur, cujus gratia quoque id statutum est, & penes quem præterea

An privatio ex hujusmodi statuto fiat ipso jure.

ea eſt, numerum civium illico augere & ſupplere. Quamobrem ſi Senatus privatum eſſe juris civitatis nondum declaraverit, neque nomen ejus de numero civium expunxerit, ſed potius in rationibus reſiduorum tributorum adhuc contineatur, jure civitatis privatus dici nondum poteſt, ſed potius civis adhuc habendus eſt. Inde in ſtatutis municipalibus Brunſvicenſibus P. 1. art. 21. in caſu quoque mutati domicilii ita declaratur: *unde wil me des nicht en beren, he mot winnen de burſchapp.* Quod quidem in caſu non exſoluti tributi exactionis tanto magis dicendum eſt, quia penes Senatum ſemper fuit, non tantum ex cauſa tributum hoc ad tempus remittere, ſed etiam de quantitate ejus paciſci. Quod charta quædam Senatus Hannoverani de a. 1464. illuſtrat apud Rehtmeyerum in Chron. Br. & Luneb. p. 745. *de Bœrger word und von den ſaenen Ding Plicht dede, uhtbeſcheden des Schott, des he ene tied lang von bede wegen des ehrſamen Herrn Ludolfs von Barum medde befriet unde begnadet was.*

## §. VIII.

Continuatur.

Igitur etſi hujusmodi ærarii civici debitor civis decederet, tamen ſi jure civitatis a Senatu privatus nondum fuit, jus iſtud ad mortem usque conſervavit, adeoque illud in liberos tranſit, & jure ſtatutario civitatis omnino ei ſucceditur. Et ita in civitate Cellenſi ſemper obſervatum eſſe, ut jus civitatis nihilominus in liberos tranſiret, modo ii reſiduum tributum ſolvant, Senatus ad petitionem viduæ Johann Ludolf Königs declaravit. Quamobrem cum quæſtio aliquando agitaretur, utrum civis jus civitatis ad mortem usque conſervaſſet, qui per multos ante obitum annos tributum exactionis non ſolviſſet, a Senatu autem civitate privatus non eſſet, cum potius Senatus eum debitorem ærarii ſui ſemper habuiſſet & poſt mortem a vidua ejus reſiduum tributum accepiſſet, ſummum Tribunal tam ex his rationibus, quam quod ſtatutum obſervatum non eſſet, judicavit, defunctum jus civitatis ob moram tributi ſolvendi non perdidiſſe, ut pronuntiatum eſt d. 17. Dec. 1740. in cauſa weyland Johann Ludolf Königs Wittwe zu Celle, Beklagtin und Appellantin, contra Juliane Brumunds, gebohrne Stracken zu Coppenhagen, und Johann Julius Stracken zu Drontheim, Kl. und Appellaten.

OBSER-

# OBSERVATIO LXXXI.

## *De ſuburbiis & ſuburbicariis an jure ſtatutario urbis utantur.*

§. I.

Suburbicarii an ſtatutis urbis utantur.

Urbis appellationem muris, Romæ autem continentibus ædificiis finiri, Paulus & Marcellus tradiderunt in *L. 2. & 87. ff. de Verb. Signif.* Et ſane in Germania quoque ſuburbia & agri hortique ſuburbani etſi ab urbe diſtinguantur, tamen cum urbe adeo connexa ſunt, ut quemadmodum Romæ, ita noſtrarum urbium nomen ad ſuburbia quoque & prædia ſuburbana pertineat. Certe ſuburbia & prædia ſuburbana cum urbe totum aliquod conſtituunt & terminis civitatis continentur. Vid. locus Foreſcuti de Laude apud *Du Freſne* voc. *villa*. Conf. *Ahaſv. Fritſch* de jure & ſtatu ſuburb. C. 3. n. 3. 4. *Knipſchild* de jur. & privil. civit. Imper. L. 1. C. 1. n. 79. ſq. Atque olim judicis vel advocati urbis jurisdictio non muris, ſed terminis agrorum civitatis finiebatur. Privil. Magni & Erneſti Ducum Brunſvic. civit. Brunſvic. dat. a. 1345, apud Rehtmeyerum Chro. Br. & Luneb. p. 631. *We ok in der Stadt tho Bruneſwich Vogeth iſs von uſer weghene, de ſcall richten in der Stadt unde buten, alſo verne, alſo oere Vedrifft wendet.* Et jus urbanum extra urbem quoque protendebatur, quod bannum urbanum, bannum leucæ, jus oppidanum, Weichbilds-Recht, dictum fuit. De quo in veteribus legibus municipalibus Brunſvicenſibus P. 3. art. 60. apud Leibnitium T. III. Rer. Brunſvic. p. 442. exprimitur: *Der ſtad recht went alſo verne alſe ere weyde went*, & P. 2. art. 52. ibidem: *Alle garden edder worde, de to wikbilde ligget, ſe ſin papen, edder Goddeshuſen, de ſcholen dem Hertoghen unde der ſtad ſcotes plegen.* Et de civitate Cellenſi conſtat ex Conſtitutione Ducum Henrici & Wilhelmi junioris de 1562. in appendice Juris Statutarii Cellenſis lit. F. bona ad eam Weichbildica extra portas pertinuiſſe, quamvis jam tum temporis confuſiones inde ortæ fuiſſent. Probabile quoque eſt, olim ſtatuam Rolandinam ante portam civitatis Cellenſis, verſus Helam, extitiſſe, quia ea regio adhuc *Roland* appellatur, qualis ſtatua in civitatibus Saxonicis vel intra vel ante urbem poſita fuit, & a multis ſynonymum vocis *Weichbild* habetur. Vid. *Pfeffinger Vitr. illuſtr.* T. 2. L. 1. tit. 18. §. 15. & not. a. b. p. 823.

Jus autem Weichbildicum nihil aliud quam jus oppidanum esse, constat ex charta Lambeciana apud Dn. *Grupen* in *Orig. Hannov. C.* 3. *p. 163.* Sed etsi nuper vir quidam doctissimus nobisque amicissimus existimavit, urbanum bannum extra urbem civitatibus novioribus in constitutione Friderici II. quæ exstat apud *Schilterum* Inst. Jur. Publ. T. II. tit. 16. p. 118. sq. a Principibus Imperii denegari, tamen constitutio ipsa ostendere id non videtur. Neque enim plus continet, quam ne civitates Imperatoris proprie vel Imperiales noviter constructæ bannitum quoddam militare haberent, scilicet quod in Principum & Statuum territorium extenderetur. Verba constitutionis hæc sunt: *Item in civitatibus* nostris novis *bannitum militare deponatur. Item civitates nostræ jurisdictionem suam ultra civitatis ambitum non extendant, nisi ad nos pertineat jurisdictio specialis.* Quamobrem dicendum potius videtur, advocatiam urbis plerumque certe extra muros prolatam esse. Neque ambigitur, omnia, quæ ad urbanum bannum & jus Weichbildicum pertinuerunt, advocatia urbis comprehendi. Quanquam ideo non dixerim, Senatus civici jurisdictionem extra urbem extendi, si advocatus adsit. Aliud enim est advocatia urbis & advocati urbani jurisdictio, aliud Senatus civici jurisdictio. Advocatus judex proprius & ordinarius fuit, habuit autem vicarios suos seu scultetos, qui de causis minoribus judicarent, cum ipse in judicio duntaxat solenni, quod *Echte Ding* vocabatur, præsideret. Vid. charta de advocatia civit. Ulm. de a. 1255. apud Dn. Senkenberg in Select. jur. & histor. T. II. p. 264. In civitate inter cives Senatus civicus, scabini & sculteti advocati fuerunt, quia cives civium judicio judicari fas erat. Sed quoniam in suburbiis cives fere non habitarent, & suburbicariorum conditio multo deterior esset, potuit advocatus procul dubio alium sculletum in suburbiis constituere. Nihilominus tamen, quia statuta & leges civitatis ad totam advocatiam urbanam pertinent, suburbicarios quoque eis uti & obligari, fas est. Et ita in jure statutario civitatis Cellensis tit. 10. quod de prædiis extraneo legatis cautum est, ad suburbana quoque accomodatur, verbis: Ein liegend Gut hie gelegen, oder das hieher gen Zell von dem Absterbenden ist gebrauchet worden. Plane quod ad conditionem, privilegia & libertates suburbicariorum attinet, multum sane a civibus distant. *Fritsch. de jure & statu suburb.* C. 6. n. 1. *Heineccius Elem. Jur. Germ.* T. I. L. I. tit. 5.

tit. 5. §. 125. Et huc pertinet, quod in Legibus municipalibus Brunſvicenſibus P. I. art. 36. apud Leibnitium expreſſum eſt, in utenſilia vel res expeditorias intra murum advocati jus nullum eſſe, ſed extra civitatem advocati partem eam eſſe, quæ optimam excipiat. *Swar beſterfft rede gud eder herwede binnen der müren, darne heft de Voghet negn recht an, man gheuet buten de ſtad, ſo is des Voghedes dat ſtücke neyſt dem beſten.* Atque ſuburbicarii Cellis Luneburgicis adhuc ſervitiis obnoxii ſunt, aliter quam cives. Hoc autem non impedit, quo minus ſuburbicarii jure ſtatutario civitatis obligentur, modo advocatia urbis contineantur, etſi Senatus civici jurisdictioni non ſubſint. Quod hactenus verum eſſe putem, niſi conſuetudo aliter introduxerit. Quanquam an in ſuburbiis civitatis Cellenſis extra Senatus jurisdictionem in iis, qui civès non ſunt, ita obſervetur, non affirmaverim.

## §. II.

An ſucceſſio ſtatutaria ad eos pertineat.

Ex eo autem conficitur, in hæreditatibus & ſucceſſionibus quoque ſuburbicariorum jus ſtatutarium civitatis ſervandum eſſe, niſi conſuetudo aliter ferat, ſecundum quod in ſuperiore Obſervatione oſtendi, eas ſucceſſionum leges ſervandas eſſe, quibus defunctus uſus ſit.

## §. III.

De civibus ſuburbicariis.

Multo magis hoc in civibus dicendum eſt, qui in prædiis ſuburbanis habitaverunt, etſi ea habitatione Senatus civici jurisdictioni non ſubeſſent, modo prædium ſuburbanum ſit, quod advocatia urbis contineatur. Veluti Cellis Luneburgicis advocatia urbis ad ſuburbia quoque & hortos prædiaque ſuburbana pertinet, an autem Senatus civici jurisdictio in hortos ſuburbanos ulla ſit, nondum certe conſtat. Nihilominus cum aliquando civis, qui in horto ſuburbano domicilium fixiſſet, mortem oppetiiſſet, vidua ejus ad ſucceſſionem ex jure civitatis ſtatutario admiſſa eſt. Ut judicatum poſtremo loco a ſummo Tribunali Cellenſi eſt d. 17. Dec. 1740. in cauſa weyland Johann Ludolf Königs nachgelaſſener Wittwe, Beklagtin und Appellantin, contra Juliane Brumunds, gebohrne Stracken, zu Coppenhagen, und Johann Julius Stracken zu Drontheim, Kl. und Appellaten in puncto hæreditatis.

# OBSERVATIO LXXXII.

## *Succeſſio ex ſtatuto an ad incolas quoque non exemtos, jus autem civitatis non habentes, pertineat.*

Incolæ larga civium appellatione veniunt, & quod diſpoſitum in cive eſt, ratione ſimilitudinis inter eos exiſtentis locum etiam habere videtur in incola. Ex quo incolæ etiam, niſi exemti ſint, veluti Principis miniſtri, ſtatutis civitatum, quas incolunt, obligantur. *Knipſchild de jur. & privil. civit. Imper. L. 2. C. 29. n. 78. ſq.* Et jus quidem ſtatutarium Cellenſe nominatim ad incolas quoque pertinet, ut in proœmio declaratur in hæc verba: Welcher Bürger oder Inwohner dieſer Stadt Zelle gegen den andern ꝛc. Quod vetera quoque jura municipalia Cellenſia apud Leibnitium T. III. Rer. Brunſuicenſ. probant. Omnino igitur in hujusmodi incolarum ſubditorum hæreditatibus ſucceſſio ſtatutaria obtinet, etſi jus civitatis non habuiſſent. Nam ex iis legibus, quibus defunctus uſus eſt, in hæreditatem ejus ſucceditur, ut in obſervatione ſuperiore XXVIII. oſtendi, cum tractavi, ex quibus legibus exemto ſuccedatur. Vid. *Knipſchild de jur. & privil. civit. Imper. L. 2. C. 10. n. 68.* Neque in ſucceſſione ſtatutaria privilegium vertitur, quod in cives duntaxat conveniat. Potius ſtatuta civitatum Germanicarum & quæ in iis de ſucceſſione continentur, reliquæ veteris Juris Germanici vel univerſalis vel particularis, loci cujusdam ſunt. Merito igitur incolis quoque, non exemtis, domicilium in civitate habentibus, ex jure civitatis ſtatutario ſucceditur, etſi jus civitatis non habeant. Et ita Senatus Cellenſis judicavit d. 18. Oct. 1719. in cauſa Lützauen Erben contra Lützauen Wittwe.

# OBSERVATIO LXXXIII.

## *De ſucceſſione collateralium in bonis colonariis.* (*)

Ad ſucceſſionem in bonis colonariis in Ducatu Luneburgico ſequens ſententia Curiæ provincialis Cellenſis pertinet: In Sachen Heinriche Hawen Clegern an einem, gegen und wider Heineken Hawen Beclagten andern Theils erkennen V. G. G. Wir Ernſt ꝛc. allem Vor-

(*) Conf. T. II. Obſ. LXX. & T. III. Obſ. XXVI.

Vorbringen nach zu Recht, daß Beclagter dasjenige, was ihm zu erweisen, wegen fürgewandter Abfindung aus den Kohten und zugehörigen Länderey und Erbwiesen auferlegt, der gebuer nach nicht beygebracht, sondern Cläger zur beruhrten Guettern fur einen Mit-Erben zu declariren und zu ercleren, Immassen wir Ihne hiemit declariren und erkleren und Beclagte darauf dieselbe, jedoch in dem Stande, wie sie in Zeit seines Vatern totlichen Abgangs befunden und erlediget worden, Mit-Clegern, vermuge der Policey-Ordnung und Landesgebrauches, wie dan auch wegen der aufgehobenen Abnutzungen abzufinden schuldig, Wan aber Beclagter ohne Eheliche Leibes-Erben abgehen wirtt, so soll Clegern sein zustehendes Recht unbenommen sein, Vnd werden die hinc inde aufgewandte expensen aus bewegenden Ursachen compensiret. Publ. 8. Jun. 1610. Cujus sententiæ verba extrema ostendunt, Curiam provincialem tum temporis judicasse, fratrem accepta portione sua a casa separatum nihilominus deinde fratri sine liberis extincto in casa succedere. Extant hanc in rem novissima Curiæ provincialis Cellensis præjudicia contraria apud Dn. *Struben* in Tr. *de Jure Villicorum C.* 8. §. 7. *not. a.* Sed summum Tribunal Cellense in casu quodam ex Comitatu Hoyensi fratres ad successionem admisit, quas sententias retulit Dn. *Struben* in Tr. *de Jure Villic.* C. 8. §. 7. & in *Access. ad Jus Villic. P. 1. Obs. 15.*

# OBSERVATIO LXXXIV.

*Ad Ord. Polit. Luneb. C. 44. & Constitutionem Georgii Wilhelmi Ducis de redintegrandis bonis villicalibus d. 1. Jul. 1699.*

*De divisione hæreditatis & bonorum paternorum inter rusticos, colonaria qualitate non præditorum.*

Ordinatione Politiæ Luneburgica C. 44. cavetur, ne curiæ & casæ mansique & prata eo pertinentia dividantur & separentur, quia aliter eventurum esset, ut possessor curiæ vel casæ Domino Duci & casæ dominis onera debita præstare nequeat. Georgius Wilhelmus Dux in constitutione d. 1. Jul. 1699. denuo

alienationes omnes in bonis colonariis ſuſtulit, utpote tam ſibi & dominis curiæ, quam colonis ipſis perniciosas. In qua conſtitutione allodium quoque inter hæredes omnes dividendum Cap. 2. definitum eſt. Incidit autem, ut caſæ cujusdam domino directo nulli ſubjectæ poſſeſſor a fratris defuncti liberis judicio fam. hærciſcundæ pulſaretur. Contendebant actores, & calam ipſam, ſeu curiam & ædificium & agros omnes, eo tum temporis pertinentes in diviſionem venire, & ſuam portionem inde ſibi deberi. Et quod ad agros attinet, conſtabat, matrem ejus, de cujus hæreditate quærebatur, eos demum acquiſiviſſe, exceptis duobus pratis, quæ is, de cujus hæreditate agebatur, ſub qualitate emphyteuſeos acceperat. Aream autem curiæ pater vel mater ejusdem emerat & ædificium ibi conſtruxerat. Reus autem exiſtimabat, illud demum in diviſionem venire, quod in Conſtitutione d. 1. Jul. 1699. allodii nomine compredenderetur. Viſum autem ſummo Tribunali Cellenſi fuit, Conſtitutionem eam ad hunc caſum non pertinere. Quam in rem d. 14. Dec. 1741. ita pronuntiavit: Nachdemmalen Appellant, daß der Hof quæſt. eine Guts-herrliche oder vom Amte rührende Kohte ſey, nicht erwieſen, vielmehr aus dem act. Trib. n. 44. beygebrachten Amts-Giffhorniſchen Atteſtato das klare Gegentheil erſcheinet, annebſt auch aus denen Zeugen-Verhören act. Canc. n. 71. und ſonſt ſich offenbaret, daß Marie Kochs, des verſtorbenen Hans Gaden Mutter, oder deren Ehemann die Kohte erſt erbauet, und das meiſte zugekaufet, dasjenige aber, was Hans Gaden ſelbſt ausgewieſen worden, nach Inhalt der darüber vorgewieſenen Conceßion eben wenig dem Hofe beygeleget, ſondern nur gemeldtem Hans Gaden nach Erbzins-Recht eingethan, ... als iſt ſolchemnach das Decretum a quo in Anſehung derer dagegen aufgeführten Beſchwerden zu beſtätigen ꝛc. In cauſa Hans Jürgen Gaden aus Wilſche, Amts Giffhorn, Beklagten und Appellanten, contra weyland Caſpar Gaden nachgelaſſene Töchter, als Anne Marie und Anne Magdalene Gaden, Kl. und Appellaten, in puncto hæreditatis.

OBSER-

# OBSERVATIO LXXXV.

## *De jure repræſentationis nepotum in hæreditate avi ſecundum Jus Hadelenſe antiquum.*

Apud Germanos olim nepotes cum filiis avo non ſucceſſiſſe nec patrem defunctum repræſentaſſe, oſtendit *Heineccius* in *Elem. Jur. Germ. L. II. tit. 9. §. 229. ſq.* Otto M. demum in univerſa Germania jus repræſentationis nepotum ſtabilivit, ut locus Witichindi apud Heineccium §. 231. relatus probat. Et hoc in jure municipali Ottendorfienſi in terra Hadelenſi quoque art. 10. expreſſum eſt. Jure autem provinciali Hadelenſi nihilominus diutiſſime aliter obtinuit, & nepotes ab hæreditate avi excluſi fuerunt, donec a. 1583. ab Henrico Archi-Epiſcopo Bremenſi & Duce Saxoniæ jus hodiernum provinciale conderetur, quo admiſſi nepotes ſunt, ut P. 3. tit. 13. §. 2. expreſſum eſt: Nachdem von Alters hero vermüge des Hadeleriſchen Land-Rechtens Kindes Kinder in niederſteigender Linie von ihrer Großvater oder Mutter Erbſchaft ſein ausgeſchloſſen worden, und aber ſolchs den Kayſerlichen beſchriebenen Rechten, der Natur und Billigkeit, auch den darüber ausgekündigten Conſtitutionibus zuwidern, damit nun hierinn ein Gewißheit und Gleichheit hinferner gehalten, und die Partheyen in keine unnöthige Appellationes gefürdert mügen werden, als ſoll vermüge angezogener Recht und Conſtitution in dieſem Fall geſprochen werden, und der alte Gebrauch aufgehoben ſein, jedoch mit dieſem ausdrücklichen Bedinge und Anhang, daß die Erbfelle, ſo nach Publicirung dieſes Land-Rechtens künftig vorfallen werden, darnach ſollen geurtheilet, die vorigten aber zu verhüten unaufhörlichen Gezengs in ihren Würden ſein und bleiben. Und ſollen demnach Kindes Kinder mit ihres Vatern und Mutter Brüdern und Schweſtern der Groß-Eltern Güter erben nach dem Stamme, und ſo viel zu erben nehmen, als ihr Vater und Mutter, wann ſie im Leben geweſen, genommen hätten, ihrer ſein viel oder wenig. Quanquam autem & jure communi & jure provinciali recentiore Hadelenſi nepotes avo ſemper in ſtirpes ſuccedunt, tamen *jure municipali Otterndorfienſi art. 10.* cautum eſt, ut nepotes ſoli, ſi nemo adſit, qui gradu eos antecedat, avo in capita ſuccedant: Averſt Kindes

Kinder

Kindere theen des Grothe Vaders Frue nha Hövet Tall, dat nemandt im Grade vor se iß.

# OBSERVATIO LXXXVI.

## *De ſucceſſione inter conjuges in terris Regiis & Electoralibus Brunſvicenſibus & Luneburgenſibus, item Bremenſibus & Verdenſibus.*

### §. I.

De Comitatu Hoyenſi.

In Comitatu Hoyenſi conſuetudo obtinet, ut deficientibus liberis conjuges ſibi invicem in bonis univerſis ab inteſtato ſuccedant, ſecundum formulam vulgarem, längſt Leib, längſt Gut. (*) Idque coram Curia provinciali Calenbergica in judicio contradicto firmatum eſt per ſententiam d. 21. Jul. 1731. in cauſa Wolter Borcherdings Appellanten und Supplicaten contra den Schmidſchen Curatorem bonorum, Bürgermeiſter Semler, Appellaten und Supplicanten, quæ ita habet: Nachdemmalen in notorietate beruhet, daß in der Grafſchaft Hoya Eheleute, wenn keine Kinder vorhanden, einander ab inteſtato beerben, daneben in der Schmidſchen beym Amte Steyerberg am 27. Febr. 1725. publicirten und in Kraft Rechtens getretenen Prioritæt-Urthel dieſe Erbfolgs-Gewohnheit längſt Leib längſt Gut feſtgeſtellet worden, der dagegen gemachte Einwurf aber, ob wäre ſothane Gewohnheit nur von bonis dotalibus zu verſtehen, unerheblich, ſo iſt Appellant und Supplicat Einwendens ohngehindert die quæſt. 100. Rthlr. an das Schmidſche Corpus bonorum zu bezahlen ſchuldig, mithin die von Cölln eingeholte allhie am 20. Dec. 1730. publicrte ſub num. act. 33. befindliche Urthel zu ändern, und dagegen die ſo wol beym Amte Steyerberg am 5. Oct. 1726. eröffnete, und allhier unterm 28. Oct. 1728. erfolgte ſub num. act. 13. ſich befindende Confirmatorie-Urthel lediglich zu confirmiren, die Unkoſten aber gegen einander zu compenſiren, als wir dann ſolchergeſtalt reſpective ändern, beſtätigen und vergleichen.

### §. II.

De Succeſſione conju-

In civitate Cellenſi ſecundum jus ſtatutarium tit. Von Weib und Mannen ꝛc. §. Verſtürbe aber ꝛc. talibus nullis teſtamenti neque pactis dotali-

(*) Conf. T. III. Obſerv. XXV. & T. II. Obſ. LXV.

talibus extantibus & liberis deficientibus conjux conjugi in bona universa succedit. Et ait statutum: sollen der Wittwen die Güter bleiben, sollen die Güter bey dem Manne bleiben. Quod sapit formulam längst Leib, längst Gut. Quo casu parentibus merito legitima cedit, (*) ut in notis ad jus Statut. Cell. probatur. Quo pertinet præjudicium d. 30. Julii 1721. in causa der Wittwen Ziegenhirts contra Johann Schlomann. Quod si tamen uxor binuba ex priori matrimonio liberos, non autem ex secundo matrimonio habeat, bona ejus non marito secundo, sed liberis prioris matrimonii cedunt, ut judicatum quoque est a Senatu in causa Wittwen Cord Heinrich Gekkenholz Kl. contra Christian Dirschhausen Bekl. gum improlium sec. jus statut. Cellense.

## §. III.

Liberis autem extantibus eodem jure conjux superstes in quintam partem, vel pro majori liberorum numero in virilem portionem hæreditatis ab intestato succedit, ut eodem tit. §. Wenn aber einer ꝛc. declaratur. Est tamen eodem loco beneficium viduis datum, ut, quamdiu in viduitate permaneant, nec bona dissipent, possint cum liberis suis ex se natis in possessione vel communione omnium bonorum consistere, mit ihren Kindern aus ihrem Leibe gebohren in den Gütern sitzen bleiben. De quo jam in antiquissimis legibus municipalibus Cellensibus art. 32. apud Leibnitium T. III. Rer. Brunsvicens. ita continetur: *Hevet en borghere Kinder, de ne mogen ene nicht to delinge dwinghen, de wile dat he levet.* Vetere jure Statut. Brunsvic. P. I. art. 30. apud Leibnitium T. II. Rer. Brunsvic. quod ad civitatem Cellensem quoque pertinet, ut in extremis Statutis municip. Cellensibus apud Leibnitium declaratur, hac de re expressum ita est: *Swelik vrowe ane man Kitschliken levet na eres mannes dode, unde eren Kindern wol vore ret, de ne mæghen ere Kinder to neyner delinge dwingen, dewile se ane man is.* Idem fere in jure statutario Hamburgensi P. 3. tit. 3. art. 5. expressum est, de quo videatur *Heineccii* Diss. *de usufr. materno* §. 3. De jure statutario civit. Cell. in casu liberorum.

## §. IV.

Ex quo apparet, viduam luxuriose viventem beneficio statuti indignam reddi & a bonis repelli. Quod æquitati congruit, ne impudicitia præ castitate præmium ferat. Et hoc non tantum re- Declaratur.



(*) Conf. T. III. Observ. CXVII. ubi ab hac sententia receditur.

lata Statuta Brunſvicenſia declarant, ſed & Bremenſia: und holt' ſich die Frawe wol und ehrlicken nach öhres Mannes Dode. Vid. *Heinecc. de uſufr. mat.* §. 20.

## §. V.

An retentio uſusfructus portionem ſtatutariam tollat.

Quæro, an mater, quæ ad mortem usque in communione hæreditatis cum liberis perſtitit, portionem hæreditariam ex ſtatuto retinuerit, ut deſuper teſtari poſſit. Plane ſi uſumfructum bonorum mater vidua hoc pacto conſequitur, iniquum foret, duplex lucrum ei tribuere, præſertim quia ſtatutum electionem ei dat, illata ſua & portionem ſtatutariam repetere, an cum liberis in bonis conſiſtere velit.

An mater vidua uſumfructum bonorum habeat.

Videamus igitur, an mater vidua uſumfructum bonorum habeat. Et ſecundum *Mevii* ſententiam in *Comm. ad Jus Lubec. P. 2. tit. 2. art. 8. n. 25. ſq.* adminiſtrationem bonorum mater & fructuum perceptionem habet, quod rationibus & uſu juris Lubecenſis probat. Conf. *Heineccius de uſufr. materno* §. 20. 23. *Hert. præm. Jur. Germ. L. 1. par. 68.* Igitur ſecundum hoc dicendum eſt, matrem, quæ ad mortem usque in communione cum liberis perſtiterit, qui uſumfructum bonorum habuit, de portione ſtatutaria deinceps teſtari non poſſe, omnino autem de iis, quæ ex uſufructu perceperit & quatenus ſubſtantiam bonorum majorem effecit. Et ita Curia provincialis Cellenſis decidit in cauſa Brabants Ehefrau contra Wildhagenſchen Curatorem, Adv. Gœſſel und die Wittwe Schellers.

## §. VI.

Mater vidua jurejurando tutricis conſtringitur.

Annotabimus præterea, in civitate Cellenſi receptum eſſe, ut mater hujusmodi fructuaria jurejurando tutricis conſtringatur, ſed in hunc modum, ut verbis conceptis jurisjurandi de reddendis rationibus nihil contineatur.

## §. VII.

An inventarium conficiat.

Illud hoc loco commodiſſime quæritur, an mater vidua uſufructuaria ad conficiendum inventarium obligetur. Quod merito dicendum eſt. Adminiſtratorem enim & uſufructuarium conficere inventarium oportet. *L.* 1. §. 4. *ff. uſufr. quem cav.* Quod in vidua matre tanto magis convenit, quia cum bona dilapidare incipit, adminiſtrationem & uſumfr. perdit. Quod ſi igitur inventarium

tarium nullum conficiat, difficulter oſtendi poteſt, bona eam diſſipare. Et ita ſecundum Jus quoqe Lubecenſe *Mevius* definit in *Comm. ad Jus Lubec. P. 2. tit. 2. art. 8. n. 76.* Conf. *Heineccius de uſufr. materno* §. *34.* Quamobrem merito a Senatu Cellenſi confectio inventarii injuncta eſt viduæ Dietrich Broyhahns d. 24. Febr. 1720.

## §. VIII.

Ceterum ad cautionem vidua mater non adigitur, etſi uſufructuario nomine bona teneat. Certe neque in jure ſtatutario Lubecenſi, neque in Hamburgenſi, neque in noſtro Cellenſi de cautione quidquam continetur, negantque *Mevius* & *Heineccius* ſecundum jura Lubecenſium & Hamburgenſium cautionem exigi. Qua in re quanquam argumentum Heineccii non placet, quod mater jure Germanico poteſtatem in liberos habeat (veriſſimum enim eſt, non habere,) tamen a cautione ideo liberanda mater videtur, quia origo hujus juris ex communione bonorum profecta eſt, & ipſa certe jure cohæredis bona poſſidet, affectu quoque materno adjuvatur. Et ita in civitate quoque Cellenſi obſervatur, ut cautio a matre nunquam exigatur. An ad cautionem adigatur.

## §. IX.

*Illud expediti juris* eſt, quanquam jure ſtatutario Cellenſi expreſſum non ſit, matrem liberis ex communibus bonis non alimenta duntaxat, ſed dotem quoque & quæ elocationis vel inſtruendæ familiæ gratia neceſſaria ſunt, ſuppeditare debere. Quod ratio juris declarat. Et ita *ſtatuto Hamburgenſi P. 3. tit. 3. art. 5.* continetur: Jedoch iſt ſie denſelben nothdürftige Alimenta, ſo wol auch, wann es die Zeit und ihre Jahre erfordern, ein billiges Heirath-Gut und Ausſteuer Geſtalt und Gelegenheit der Güter nach zu geben verpflichtet. Quid liberis ex bonis ſubminiſtret.

## §. X.

Quid ſi liberi æs alienum contraxerint, an creditores contra matrem recte agent, quo aut æs alienum liberorum ſolvat, aut bona ipſorum paterna creditoribus dimittat? Sed hoc utique negandum eſt. Neque enim in poteſtate liberorum eſt, uſumfructum omnium bonorum matri a ſtatuto datum ære alieno contracto intervertere, vel minuere. Et ſecundum hoc pronuntiavit Senatus Cellen- An creditores liberorum ad diviſionem bonorum recte agant.

Cellenſis d. 10. Junii 1720. in cauſa König contra des Poſtmeiſter Henken Ehefrau und deren Mutter, des Rathsverwandten Behren Wittwe. Quæ ſententia deinde a Cancellaria in appellationis inſtantia confirmata eſt. Quod ſi liberi ad ſeſe alendos & exhibendos æs alienum contraxerint, aliter dicendum foret.

## §. XI.

De jure ſtatutario civitatis Luneburgenſis.

Jure Statutario Luneburgico, ſimulac proles naſcitur, communio bonorum inter conjuges exiſtit, quæ deinde poſt mortem quoque alterutrius conjugis inter ſuperſtitem & naturales liberos continuatur. Ex quo illud venit, ut conjux conjugi deinde in univerſa bona cum liberis ſuis ſuccedat, in hunc modum, ut diviſione deinde facta dimidiam bonorum omnium capiat. Jus Statut. Luneb. P. 2. tit. 1. §. Weil auch ꝛc. & P. 6. tit. 1. pr. Vid. relatio Senatus Luneburgici ad Cancellariam Regiam Cellenſem in B. Par. Introductione in Proceſſum Civilem P. 1. C. 4. §. 41.

## §. XII.

Quid in hominibus infimi ordinis.

Illud aliquando graviter agitabatur, utrum eadem communio & ſucceſſio inter conjuges improles infimi ordinis, gemeine Leute, obtineret. Movebat, quod in Jure Statut. Luneb. P. 2. tit. 13. Und weil ꝛc. & P. 3. tit. 4. pr. expreſſum eſt, uſurpatum eſſe inter homines infimi ordinis, ſchlechten gemeinen Leuten, ut pacta dotalia inter eos in hunc modum ineantur, ut omnino conjux ſuperſtes defuncto ſuccedat, ſive liberi exiſtant, ſive minus, daß das Ueberbleibende die Thür zuſchleußt und allen Nachlaß behält, es ſeyn Leibes-Erben vorhanden oder nicht. Allegabatur quoque hanc in rem conſuetudo. Summum autem Tribunal Cellenſe cognita cauſa decidit, neque ſtatutum eo pertinere, neque conſuetudinem probatam eſſe, ut ſubjecta ſententia d. 16. Oct. 1733. in cauſa Chriſtinen Urſulen Spangenbergs, weyland Jürgen Werners nachgelaſſener Wittwen Bekl. und Appellantin contra Gottlieb Heerklotz uxorio nomine Kläger und Appellaten declarat: Alldieweil nach klarer Vorſchrift des Lüneburgiſchen Stadt-Rechts part. 6. tit. 13. eine unbeerbte Wittwe zweyter Ehe, die mit ihrem Manne kein überlebendes Kind hat, dasjenige, was ihr ihr Mann, der aus erſter Ehe Kinder verlaſſen, zugebracht, nur ihr Lebelang gebrauchet, die dawider von der Beklagtin angeführte

geführte Gewohnheit von ihr, wie sie zu thun sich angemasset, nicht beygebracht, und dann die von der Bekl. allegirte loca gedachten Statuti, als part. 2. tit. 13. und part. 3. tit. 4. nur von Ehe-Beredung oder Ehe-Stiftung reden, verfolglich auf gegenwärtigen Fall, da die Beklagte mit ihrem verstorbenen Manne eine dergleichen Ehe-Beredung nicht errichtet, nicht gezogen werden mögen, so wird es bey dem von Unsrer Justiz-Canzley am 27. Nov. 1730. abgegebenen Decreto lediglich gelassen ꝛc.

## §. XIII.

Conjuges improles quomodo succedant.

Quod ad conjuges improles pertinet, siquidem ex priore forte matrimonio liberi existant, conjux superstes contra liberos defuncti ex priore matrimonio jure usufructuario bona retinet. *Jus Stat. Luneb. P. 6. tit. 13.* Alias superstes mobilia duntaxat capit, exceptis rebus expeditoriis & geradicis, morgengaba autem promissa vidua ad tempus vitæ utitur fruitur. Conf. *Dassel ad Consuetud. Luneburg. art. 8. vet. stat. n. 1. 2. 3.*

## §. XIV.

Mobilium appellatione nomina & actiones non continentur.

Mobilium autem appellatione nomina jure statutario Luneburgico non continentur, sed potius nomina & actiones omnes, sive ad mobilia, sive ad immobilia pertineant, in rebus soli habentur, ut Stat. Luneb. P. 2. tit. 1. §. 4. declaratur in hæc verba: desgleichen rechtliche Ansprüche, die jemand auf liegende oder fahrende, auch unbewegliche Güter haben möchte. Et ita jam ante reformationem statuti de a. 1577. obtinuit, ut subjecta sententia JCtorum Wittenbergensium manifestat: Auf Klage, Antwort, geführte Beweisung und ferner Einbringen Albrecht Ratken vor sich und Joachim Schmalfeld in ehelicher Vormundschaft seiner Hausfrauen Klägern und Zeugenführern an einem, Ilsabey des Hieronymi Ratken nachgelassener Wittwen und derselben Kriegischen Vormunde Beklagten andern Theils, erkennen wir Bürgermeister und Rath zu Lüneburg nach gehabten Rath vor Recht, daß Kläger die articulirte Ehestiftung (der Beklagten Einreden ungeachtet) zur Nothdurft dargethan, und darum so folgen der beklagten Wittfrauen aus ihres verstorbenen Ehemanns hinterlassener Erbschaft die funfzehen Mk., damit er sie in der Ehestiftung bemorgengabet, auf ihr Leblang vermöge des aus dem Statuto eingebrachten 9. Artic. billig; was auch an reidem Gut oder fahrender Habe ihr Ehemann, als er sie geehelichet,

ehelichet, zu ihr gebracht, solches behält die Beklagte nach Inhalt des eingebrachten 8. Articuls der Statuten vor den Klägern. Anlangend aber die Erbstücke und unbewegliche Güter oder ausstehende Schulden, welche vermög der Rechte den unbeweglichen Gütern vergleichet werden, so der Verstorbene zu seiner Ehefrauen der Beklagtin gebracht, oder aber dieselbe in stehender Ehe erlanget, samt allen andern, was er sonsten zu Erbe und Erbe-Gerechtigkeit nach sich gelassen hat; hat sich die Beklagte derselben nicht anzumassen, sondern die folgen Klägern vermöge obgedachten 9. Artic. und sonsten billig, und ist Beklin solche Güter vermittelst eines beständigen Inventarii, oder in Mangel desselben auf eydliche Anzeigung den Klägern abzutreten und einzuräumen, auch die Abnützung derselben von Zeit der gebetenen Erbschaft zu erstatten schuldig. Zu dem allen wir sie hiemit vertheilen, aber die Gerichtskosten werden aus bewegenden Ursachen gegen einander verglichen und aufgehoben. V. R. W. (*)

## §. XV.

An portio statutaria testamento possit imminui.

Quæro, an portio statutaria secundum jus Luneburgense marito vel uxori per testamentum possit vel diminui, vel auferri. Quod minime dicendum est. Et ita Luneburgi observari subjectæ sententiæ declarant. Una hæc est: In Summarischer Sachen Hans Harneyen, Klägern an einem, entgegen und wider Jacob tho Asparn, als Casten Meyers seel. Wittwen Vormündern, andern Theils in puncto 500. Thlr. Legati, erkennen wir Bürgermeister und Rath zu Lüneburg vor Recht, daß gedachter Meyer seel. seiner Wittwen dasjenige, was ihr sonst nach unserm Stadt-Rechte aus seiner Verlassenschaft gebühret, durch seinen lezten Willen, der ohnedem in Rechten nicht beständig ist, zu entziehen, und seinen Freunden zu vermachen, oder auch ihnen zum besten per modum legati aut fideicommissi zu beschweren nicht befugt gewesen, und dannenhero von angestellter Klage zu entbinden sey. Wie wir ihn dann hiemit davon entbinden, und werden die Gerichts-Kosten aus bewegenden Ursachen compensiret. V. R. W. Lüneburg d. 26. Septembr. anno 1667. Altera sententia hujusmodi est: Auf das in Sachen Johann Erich Fränkens, Klägers, wider Heinrich Patzmann, Beklagten, in puncto prætensi legati, eingebrachte und erwogene Protocollum, dessen Copia beyden Theilen zur Nachricht für die Gebühr erkannt wird, werden acta ex officio für beschlossen hiemit

(*) Conf. T. III. Observ. CLXXIV.

mit angenommen, und ist nach Entstehung der versuchten Güte der Bescheid: Weil vermöge hiesiger Rechte und Statuten der unbeerbte Mann hæres mobiliaris seu statutarius defunctæ conjugis ist, und portio statutaria dem marito per testamentum nicht genommen werden kan, einfolglich die angemaßte probatio, wenn gleich rechtszulänglich dieselbe geschehen wäre, dennoch selbige ad decisionem causæ für Klägern nichts inferiren würde, daß also Beklagter von angestellter Klage zu absolviren sey, wie er dann auch compensatis expensis absolviret wird. V. R. W. Decretum in Senatu Lüneburg d. 1. Julii 1721.

## §. XVI.

De jure veteri Ducatus Luneb.

Ceterum hodie in Ducatu Luneburgico, nisi statuta vel consuetudines speciales aliter habeant, secundum jus civile Romanum succeditur. Olim autem, antequam jus Romanum reciperetur, maritus secundum Jus Saxonicum provinciale hæres uxoris mobiliaris fuit, ut subjecta sententia Curiæ provincialis Cellensis, vel potius tum temporis Ulzensis de a. 1549. declarat: In Sachen zwischen den Erbarn und Vesten Heinrichen und Christoffern geprudern von Dannenberg Clegern eins und Arpen von Weige Beclagten anderteils 300. Gulden angezogen leibgedinges gelt und der Cleger gepurlichen Anteil von 300. Gulden, so der Beclagte Arp von Weige mit seiner ehefrawen, der Clegere mutter seliger zur mitgifft empfangen haben solle, wie solches in Actis unterschiedlich gemeldet, betreffende: Erkennen Hofrichter und Beisitzer nach gehabten rat der Rechtverstendigen uff die eingeprachten Acta zu recht, Dieweil der Beclagter geständig, das ehr mit seinem eheweibe der Clegerinn mutter sechshundert Gulden überkommen, Vnd ob nun wol vermoge Sechsischer Rechte nach absterben des Weibes die farende habe dem Manne folget, so ist ehr dennoch den Clegernn als der verstorbenn Kindern von solchen sechshundert Gulden Jhre gepurliche legitima, das ist dißfalls, nachdem die verstorbene 5. Kinder nach sich gelassen, einem Jedern 60. Gulden herauszureichen und zu geben schuldig ꝛc. V. R. W. Pronunt. Dinstags post Joh. Bapt. Ao. &c. 49.

## §. XVII.

De jure civit. Stadensis.

Jure statutario civitatis Stadensis liberis ex matrimonio deficientibus conjux conjugi in dimidiam bonorum partem succedit. Verba statuti Cap. 9. hæc sunt: Störve averst de Mann, alsodahne

Gut,

Gut, also dar wäre, dat schall de Frau hebben halff, mar de Schuld schall men tho von gelden van dem menen Gude, und so wat darbaven iß, dat schölen se dehlen gelik ꝛc.

## §. XVIII.

Declaratur.

Quærebatur, an secundum hæc verba statuti uxor sua bona conferret, ut de communibus bonis dimidiam capiat. Sed pronuntiatum est in causa Agnesen von der Aa und Consorten, contra Rebecken, Gerhards von der Aa hinterlassene Wittwe d. 20. April. 1719. a Senatu Stadensi & d. 4. Febr. 1721. a Curia provinciali Stadensi, uxorem bona sua non conferre, sed de mariti bonis dimidiam capere. Appellatione in eadem causa interposita, summum Tribunal Cellense d. 20. April. 1724. sententiam hujusmodi publicavit: Würde Appellant (Bürgermeister Peter Kuhle) seinem Erbieten nach bey nächster Juridica ordinaria gebührend beybringen, daß entweder in der Stadt Stade eine solche Communio bonorum inter conjuges üblich, vermöge welcher beyderseits Eheleute Güter bey denen in statuto enthaltenen casibus successionis gemein und nicht separiret seyn, oder aber die vor ihm militirende Observantiam gehörig darthun, und also beweisen, daß unter dem gemeinen Gute, insonderheit in causa prædefuncti mariti, des Mannes und der Frauen Güter verstanden, und solchergestalt in judicando gesprochen würde, so ergehet sodann ferner, was sich zu Recht gebühret. Appellans deinde probationem susceperat, sed postea liti & causæ renuntiavit.

## §. XIX.

Ulterius declaratur.

Quod si vidua cum liberis prioris matrimonii concurrit, ipsa autem defuncto marito improlis est, ad quartam partem duntaxat admittitur, deductis tamen præcipiendis & deducendis. Et ita Senatus Stadensis d. 5. Dec. 1709. decidit in causa der Alberschen Erbtheilung.

## §. XX.

De jure Wursatico.

In terra Wurstensi communio bonorum inter conjuges tam ratione creditorum, quam ratione successionis obtinet, ita ut bona communia conjugum inter conjugem superstitem & defuncti conjugis liberos prioris matrimonii dividantur. Exstat hanc in

rem

rem ſententia ſummi Tribunalis Cellenſis d. 20. Maji 1719. in cauſa weyl. Franz Heinrich Martens Wittwe contra Conrad Schulzen und deſſen Ehefrau, in hæc verba: Daß vom Richter voriger Inſtanz übel geſprochen, wohl davon appelliret, und die Urthel a qua dahin zu reformiren, daß wie die communio bonorum inter conjuges im Lande Wurſten nicht nur ratione creditorum, ſondern auch ratione ſucceſſionis feſt zu ſetzen, und bewandten Umſtänden nach vor erwieſen zu achten, alſo ſolchemnach gedachter Franz Heinrich Martens und deſſen Ehefrauen geſammte Güter in dem Stande, wie ſolche eo tempore, da dieſer Martens mit jetziger Appellantin zur andern Ehe geſchritten geweſen, in zwey gleiche Theile zwiſchen der Wittwen und der Tochter erſter Ehe, oberwehnten Conrad Schulzen Ehefrau zu theilen, und ein jeder von ihnen, was er von ſolchen Gütern nach Franz Hinrich Martens Tode in Beſitz und Genuß gehabt, zu liquidiren ſchuldig und gehalten ſey. Was aber die quæſt. Großmütterlichen Güter betrifft, behält ſolche die Tochter erſter Ehe, wenn ſie der vorigen in dieſem Punct in Rechts-Kraft getretenen Urthel gemäß, worinn ſolche beſtehen, ordentlich beſcheiniget, zum voraus alleine, und wird deshalb die Wittwe Martens mit ihrem Geſuch abgewieſen.

## §. XXI.

Jure civitatis Verdenſis, niſi aliter conventum ſit, communio bonorum inter conjuges omnino obtinet, ſive liberi exiſtant, ſive minus, & conjuges improles quoque ſibi invicem ſuccedunt, ſed ita tamen, ut ſuperſtes ad ſolvendum æs alienum defuncti ante matrimonium contractum ex propria bonorum ſubſtantia, niſi id ſpecialiter conſenſerit & deſuper caverit, non teneatur. De qua re etſi olim dubitabatur, tamen nunc ita conſtitutum eſt, ut ſequens protocollum Senatus Verdenſis de 21. Maji 1729. declarat: Nachdem Bürger-Aelteſte und Vierzige bey der in anno 1724. geweſenen Commiſſion über hieſiges Stadt-Weſen ſub gravamine novo 16. mit vorgebracht: Magiſtratus ändere zuweilen die Statuta, oder erkläre ſie wider die Obſervance, zum Exempel, dem Statuto 22. de communione bonorum inter conjuges würde nur alsdenn nachgegangen, wenn Kinder vorhanden; Und Magiſtratus darauf verſprochen, wegen beſagten Statuti 22. ſich mit der Bürgerſchaft vergleichen zu wollen, wesfalls auch Königliche Regierung zu Stade per Reſcriptum vom 5. Dec. 1727. mit erinnert und die Bewerkſtelligung ſothanen Vergleichs demandiret

De jure civit. Verdenſis.

hat, worauf der Bürgerschaft frey gestellet worden, ihre Gedanken und Meynung über beregtes Statutum schriftlich einzubringen, welches Bürger-Aelteste durch ein den 26. Februarii lezthin übergebenes gehorsamstes Memorial also gethan haben, so ist heute Conventus inter Senatum & cives dieser Sache wegen anberahmet, und denen erschienenen Bürger-Aeltesten und Vierzigern die Contenta jener übergebenen Memorials und was sie wegen Wiederher- und Feststellung der Observance ratione des Statuti 22. und daß auch unbeerbte Eheleute hiesiger Bürgerschaft einander succediren und beerben, nicht weniger eine Gemeinschaft der Güter unter ihnen seyn müste, vorgestellet, deutlich eröffnet worden. Da dann nach hinc inde geschehenen Remonstrationen und Consultationen unanimiter dahin geschlossen und verglichen worden, daß die pro successione conjugum civium Verdensium, etiam improlium, inter illosque communione bonorum angeführte Argumenta vor gegründet zu halten, mithin solche Successio & communio bonorum inter conjuges cives Verdenses, etiam improles, wofern sie nicht ein anders unter sich paciscirt hätten, damit ausser allen Zweifel und wieder festgestellet, der überlebende Ehe-Gatte jedoch ohne seinen besondern Consens und Uebernehmung des zuerst versterbenden ante contractum matrimonium schon gehabte Schulden de suo zu bezahlen, nicht gehalten seyn sollte. Woneben ferner abgeredet und verglichen, daß nach dieser nur wieder hergestellten Observance nicht nur die casus obvenientes futuri, sondern auch pendentes & nondum decisi entschieden werden sollen. Quod deinde a Regimine confirmatum est.

## §. XXII.

De Ducatu Calenbergico.

In Ducatu Calenbergico Ernestus Augustus Elector edicto d. 21. Dec. 1694. emisso, quod exstat in Corpore Constitutionum Calenbergicarum T. II. p. 624. cavit, ut in successionibus ab intestato, si maritus vel uxor sine pactis dotalibus vel testamento vel codicillis moreretur, jus deinceps scriptum commune Cæsareum observaretur, nec conjux præ cognatis ad successionem ab intestato admitteretur. Ac prima quidem facie videtur, legislatorem hac constitutione contrarias etiam consuetudines speciales sustulisse. Ita enim principium constitutionis habet: Demnach Uns unterthänigst vorgetragen worden, daß bey Unsern Gerichten über der Frage, ob Eheleute einander ab intestato erben, und der überlebende Ehegatte, wenn keine

keine Kinder vorhanden, des Verstorbenen Anverwandte und Collaterales von der Succession ausschliesse, oder nicht, zwischen denen Partheyen zum öftern viel disputirens vorfalle, indem der eine Theil sich deßfals auf die allgemeine beschriebene Kayserliche Rechte, der andre Theil aber auf die angebende Gewohnheiten ein, oder andern Orts in contrarium vielmals zu beziehen pfleget; und sich dann findet, daß bey denen Gerichten desfalls nicht allemahl gleich und auf einerley Weise gesprochen, sondern bald dieser, bald jener Meynung in judicando beygepflichtet worden, welches dann eine Anzeige, daß desfalls keine beständige Gewohnheit hergebracht; Als haben Wir zu Abschneidung der vielen bishero darüber entstandenen Streitigkeiten darunter etwas gewisses in Unsern Landen zu determiniren und denen dabey oftmalen vorkommenden Zweifeln durch eine Verordnung abzuhelfen, der Nothdurft ermessen. Sed primo quidem nondum constat, utrum hæc constitutio ad totum Ducatum Calenbergicum, an ad civitatem Gœttingensem duntaxat pertineat. Et cum declaratio desuper a Regimine peteretur, Regimen ad preces Heinrich Andreas Heinen und dessen Geschwister zu Osterode d. 14 Apr. 1741. respondit, was massen wegen der Landes-Constitution vom 21. Dec. 1694. in pto successionis conjugum sich einige Dubia ereugnet, welche annoch vorher in weitere Ueberlegung zu ziehen, ehe man eine Declaration ertheilen könne, ob solche Constitution nur bloß auf die Stadt Göttingen gerichtet gewesen, oder im ganzen Lande gültig seyn solle. Osterodæ certe hæc constitutio non obtinet, sed conjux conjugi ab intestato, si liberi deficiant, succedit. Nam in causa Heinrich Andreas Heinen und Cons. contra Dorotheen Elisabeth Cludius, gebohrne Köntgs, Senatus Osterodanus d. 20. Apr. 1742. ita pronuntiavit: daß - - - Imploratin - - in Conformitæt hiesiger beständigen wohlhergebrachten Observanz und von allen Bürgern mit einem Eyd bekräftigten Stadt-Statuten bey der auf Zulassung des Magistrats hieselbst ergriffenen Possession weyl. Cathrinen Magdalenen Königs, gebohrner Heinen (mariti antea defunctæ sororis) Verlassenschaft so lange zu schützen sey, bis Imploranten ein anders rechtlicher Gebühr nach ausgemachet. A qua sententia cum ad Cancellariam Hannoveranam appellaretur, rejecta appellatio est per Decr. d. 2. Junii 1742. his verbis: Nachdemmalen die von weyl. S. Churfürstl. Durchl. Herzog Ernst August glorwürdigsten Andenkens in a. 1694. emanirte Constitutio de successione conjugum in der Stadt Osterode

Specialiter de civitate Osterodæ.

nicht in Observanz getreten, überhin auch Klägere, modo Appellanten, nicht in Abrede seyn, daß in pto mutuæ successionis conjugum nach denen Osterodischen Stadt-Statutis gesprochen worden, die von ihnen aber in contrarium angeführte Præjudicia nichts bescheinigen, als kann der von denen Klägern, modo Appellanten eingewandten Appellation wegen Unerheblichkeit derer Gravaminum nicht deferiret werden, sondern man lässet es bey der am 20. April a. c. von Schultheiß, Bürgermeister und Rath zu Osterode eröffneten Urthel lediglich bewenden. Cum deinde ad summum Tribunal appellaretur, decretum d. 28. Aug. 1741. hujusmodi datum est: Wann gleich summa appellabilis gehörig angezogen und bescheiniget worden; alldieweilen jedoch das formirte Gravamen von keiner Erheblichkeit ist, anerwogen die Constitution von 1694. auf die Oerter, da ein gewisses Statutum vorhanden, sich nicht applici-ren lässet, Imploranten auch, daß darauf bishero in judicando nicht reflectiret worden, so wenig beygebracht, daß sie vielmehr solches nicht behaupten mögen, wie dann allenfalls einige wiedrige Præjudicia, wofern solche gleich produciret werden könnten, bey solchen Umständen eine contrariam consuetudinem einzuführen, nicht vermögend sind, als hat das Suchen processuum keine statt.

## §. XXIII.

Consuetudo Hardegsensis.

Existunt præterea in Ducatu Calenbergico aliæ consuetudines locorum speciales. Veluti Hardegsæ obtinet, ut vidua secundo nubens, siquidem tum illata sua in communem hæreditatem conferat, de mariti defuncti hæreditate universa cum liberis suis virilem portionem capiat. Quod sequens sententia summi Tribunalis d. 28. Mart. 1740. in causa Joachim Fahlbusch und dessen Ehefrauen, Margarethen Sanders, Bekl. und Appellanten contra Julius Proffen und dessen Ehefrau, Dorothee Elisabeth Heisen, Kl. und Appellaten declarat: So viel die Hauptsache betrifft: Nachdemmalen Bekl. und Appellantin den ihr auferlegten Beweis: Wasmassen es in Hardegsen also hergebracht, daß wenn eines verstorbenen Bürgers Wittwe zur zweyten Ehe schreitet und vorgängig ihr Eingebrachtes in gemeine Erbschaft geworfen, dieselbe sodann von des verstorbenen Mannes gesammten Nachlaß gleich ihren Kindern einen Theil zu heben habe, nothdürftig beygebracht, daß dannenhero von dem Richter voriger Instanz übel gesprochen, wohl appelliret, mithin sententia a qua dahin zu reformiren sey: daß

Bekl. die Helfte des Heisischen Nachlasses zu behalten wol befugt, einfolglich ein mehrers als die Helfte des von ihrem ersten Manne herrührenden Hauses, und was sie sonst über die Helfte von dessen Nachlasse noch unter sich hat, mit denen seit besagtem ihres Mannes Absterben davon gehobenen Nutzungen nach Abzug der Helfte der erweislich bezahlten Schulden und angewandten Meliorationum, in so fern selbige annoch vorhanden, ingleichen auf der Klägerin Erziehung verwandten Kosten der Beklagtin und Appellatin abzutreten nicht schuldig sey. ꝛc.

## §. XXIV.

De jure Hadelensi.

Jure Hadelensi conjuges, simulac nuptias contraxerunt, bona sua sibi invicem communicant & mortua uxore vir dimidiam bonorum partem sibi retinet, dimidia autem jure hæreditario in liberos transfertur, quanquam pater, quamdiu a secundis nuptiis abstinet, nec bona diminuit, communionem cum liberis continuare potest. Quod si deinde novam uxorem ducit, liberis prioris matrimonii materna bona cum augmento, quod forte accessit, edere antea debet, & si postea decedat liberis quoque ex secundo matrimonio procreatis, vidua cum liberis suis dimidiam bonorum partem capit, dimidiam autem liberi prioris & secundi matrimonii inter se dividunt. In uxore paulo aliter servatur, & distinguitur, quot liberi superstint. Nam siquidem filius duntaxat unus supereſt, vidua dimidiam bonorum partem accipit, sin plures, tertiam, & si deinde iterum nubat, eadem ratione vel dimidiam vel tertiam bonorum partem capit. Ut Jure provinciali Hadelensi P. III. tit. 17. expressum est.

# OBSERVATIO LXXXVII.

## *De usu & auctoritate collectionis Juris provincialis Wursatici & de successione liberorum secundum jus Wursatiense.*

Exstat collectio quædam consuetudinum Wursaticarum, quæ ita inscribitur: Wurster Land-Recht und alte Gebräuche, so auf Befelch des Hochwürdigsten Durchleuchtigsten Hochgebohrnen Fürsten und

Herrn, Herrn Johann Friedrichen, erwehlten und postulirten zu Erz- und Bischoffen der Stifter Bremen und Lübeck, Erben zu Norwegen, Herzogen zu Schleßwig, Holstein und der Ditmarschen, Stormaren, Grafen zu Oldenburg und Delmenhorst, die Vollmächtigte des Landes Wursten aus allen Kirchspielen hierzu erkohren, in nachfolgende Form zu Papier bringen lassen. Geschehen anno 1611. Quæ collectio ex editione Haro Eide Fowes typis exiit Giessæ 1667. (*) sed publica auctoritate destituitur, nec amplius observatur, quam quatenus usu viget & consuetudo probatur. Quod sequens testimonium manifestat: Auf Anhalten Arent Coppelmanns nomine uxorio und Eyben Adikes, ihnen ein Attestatum, wie und welchergestalt es mit denen zwischen Brüdern und Schwestern wegen ihrer ab intestato verstorbenen Eltern Verlassenschaft vorgegangenen Erbtheilungen nach hiesigem Wurster Land-Rechte und Gewohnheiten gehalten würde, zu ertheilen, wird der Wahrheit zu Steuer hiemit attestiret und bezeuget, daß ob zwarten bey des Herrn Erz-Bischoffen Johann Friedrichen Zeiten in anno 1611. einige Casus anstatt des Land-Rechts zu Papier gebracht, dieselben doch niemalen confirmiret, weniger allhier in totum observiret, besondern mehr ad usum & observandum, quam ad verba des angezogenen Aufsatzes eine Reflexion gemacht wurde, daß man eben ein gleiches von unserm vermeynten Land-Rechte (si tamen parva licet componere magnis) was von dem Jure Saxonico Hartmann. Pistor parte 2. quæst. 13. in fine schreibet, quod juris Saxonici auctoritas magis ex usu & observantia quam verbis ejus sit æstimanda, auch wol sagen und judiciren mag. Dahero dann so lange wir Endsbemeldte in Bedienung allhier gestanden, derer ab intestato verstorbenen Eltern Verlassenschaft unter den Kindern utriusque sexus in gleiche portiones, so mannig Mund, so mannig Pund, nebst Schuld und Unschuld, wie man allhier redet, getheilet, auch da sich darunter eine ausgesteurte Tochter befunden, dieselbe ihren empfangenen Brautschatz conferiren, und wenn sie mehr als ihren kindlichen Antheil genossen, den Ueberschuß wiederum in Theilung bringen, da sie aber zu wenig bekommen, ihr Anpart deroselben erfüllet werde, dagegen aber auch, wie schon gedacht, secundum proportionalitatem die Schulden mit über sich nehmen und den im väterlichen Wohnhofe verbleibenden Bruder ihrer Competence der Schulden halber indemnisiren und schadlos halten müsse, wie wir dann dieser Observance und Gewohn-

(*) In appendice hujus Tomi subjecta.

wohnheit gerichtlich contradiciret, oder jemalen darinn das contrarium deducirt zu seyn, uns nicht, aber wol zu besinnen wissen, daß wir vielen Erbtheilungen erzehlter massen beygewohnet. Welches denen Impetranten also zu ertheilen keinen Umgang haben können. Landwursten den 12. Augusti anno 1685. Subscripserunt Johann Friderich Hipstett, Secretarius des Landes Wursten, Philipp Jacob Eberhardi, als Königl. Schwedischer 24. jähriger Vogt daselbsten, & Frederich Haück Störß. In quem modum summum Tribunal quoque Cellense d. 20. Maji 1719. pronuntiavit in causa Franz Heinrich Martens Wittwe contra Conrad Schulzen und dessen Ehefrau his verbis: Wollte und könte auch Conrad Schulze und dessen Ehefrau gegen künftiger Extraordinaria darthun und erweisen, daß der Articulus 6. §. 3. des so genannten Wurstischen Land-Rechts, vermöge welches das Kind erster Ehe, wenn es gleich schon einmal das halbe Gut empfangen, dennoch nachmalen mit den Kindern andrer Ehe theilen kan, gleichfalls der Ort zur Observanz gekommen, so erginge deshalb anderweit was Rechtens. Proferebatur deinde tententia, quæ publicata fuerat Dorum den 27. Martii 1694. in causa Heintich Salken nomine seines Pupillen, Albert Siade Hinners, Kläger contra Siade Eiden Siaden Beklagten, in hunc modum: daß Kl. Pupillen die verhandene Güter bey Absterbung seiner Mutter halb anheim gefallen, auch nunmehro befugt sey, mit denen Kindern lezter Ehe wieder einzugreifen, und pro quota wegen seines seel. Vatern die Erbschaft zu geniessen. Præterea testes offerebantur. Sed lis denique transactione sopita est.

# OBSERVATIO LXXXVIII.

## *De spuriorum successionibus & hæreditatibus.*

### §. I.

Spurios & illegitimos liberos jure Germanico olim ne matri quidem successisse, *Heineccius* in *Elem. Jur. Germ. T. I. L. 2. tit. 9.* §. 235. & 241. explicavit. Conf. Jus Lubec. L. II. tit. 2. art. 9. Et ita jure statutario quoque Luneburgico P. 5. tit. 2. expressum est: Aber nach unserm Stadt-Recht erbet kein unecht Kind die Mutter so wenig als den Vater. Hadelenses item a successione matris spurios excludunt, sed ita demum, si liberi legitimi adsint, quibus deficientibus

De successione spuriorum in bona matris.

tibus

tibus ad maternam ſucceſſionem admittuntur. Jus Prov. Hadel. de 1583. P. 3. tit. 16. in. f. Die Mutter aber erbet ihren natürlichen und unehelichen Kindern ihre Güter, wenn ſie keine eheliche Kinder hat, ſein aber eheliche Kinder vorhanden, werden die unehelichen ausgeſchloſſen, und erben nichts, es wollen ihnen dann die andern etwas aus Gunſt und gutem Willen zukommen laſſen. Jus municip. Otterndorf. art. 10. Dat unehelike Kind nimbt nicht Erue mit den ehelickenn Kinderenn, wann auerſt keine ehelicke Kinder verhanden, nimbt dat unehelicke Kind der Moder Erue. Aber nicht gelickes valles des Vaders Erue, ſondern dat unechte Kind werd von den negeſten Eruen uhtgeſchlotenn.

## §. II.

Plura de ſucceſſionibus & hæreditatibus ſpuriorum.

Sed neque cognatos etiam illegitimis, nec illegitimos ſibi invicem ubique ſuccedere, recte monuit Heineccius in Elem. Jur. Germ. T. I. L. II. §. 281. Charta Joh. & Gerh. Comit. Holſatiæ a. 1255. in Staphorſtii Hiſtoria Eccleſ. Hamburg. T. II. p. 34. *Volumus inſuper, ut hæreditates eorum, qui de illegitimo thoro nati ſunt, ad eorum hæredes poſt ipſorum obitum devolvantur.* Et ita Jus Statutarium Luneburgicum P. 5. tit. 2. §. 2. habet, ut niſi quidem illegitimus ſobolem legitimam relinquat, vel teſtamentum fecerit, vel mortis cauſa donaverit, vel in pactis dotalibus conjugi proſpexerit, hæreditas ejus fiſco civitatis cedat: (*) Wie denn auch eines unechten Menſchen Güter dem gemeinen Gut allhie anſterben und heimfallen, ſonderlich wo keine eheliche Leibes-Erben von ihm vorhanden, oder er kein beſtändig Teſtament aufgericht und nach ſich gelaſſen, oder auch keine beſtändige Uebergabe auf den Todes-Fall gemacht, noch in ſeiner Eheſtiftung verſehen hätte, daß der überbleibende Ehegatte alles Gut behalten ſolte ꝛc. Jure provinciali autem Hadelenſi P. 3. tit. 16. illegitimi eadem matre nati ſibi invicem ſuccedunt.

## §. III.

Quosque pater jure Hadel. legare ſpuriis poſſit.

Illud quoque jure provinciali Hadelenſi ſingulare eſt, quod pater ne legare quidem liberis illegitimis ultra centum marcas poteſt, ne legitimi hæredes damno afficiantur.

OBSER-

(*) Conf. T. III. Obſ. XIII.

# OBSERVATIO LXXXIX.

## *De ſucceſſione hodierna liberorum illegitimorum ex Novella LXXXIX. C. XII. §. 4.* (*)

Novella LXXXIX. C. 12. §. 4. concubinam & filios ex ea natos, ſi quidem neque legitima ſoboles neque conjux legitima exiſtat, ab inteſtato ad ſucceſſionem in duas uncias admittit. Sed hæc conſtitutio obtinet in libera muliere in ſchemate concubinæ ſociata, & tum quidem, ut verba nominatim habent, *ubi omnino indubitatus eſt & concubinæ in domo affectus & filiorum ibidem proles*, Intelligitur hanc legem non ad quosvis liberos extra matrimonium etſi ex honeſta virgine natos pertinere, ſed ex Novella etiam requiri, ut mater concubinæ nomine in domo habeatur & indubitatus concubinæ in domo affectus ſit, filii quoque nati in eadem domo educentur. Quam in rem in muliere ingenua & honeſtæ vitæ teſtatione opus erat, manifeſtum hoc faciente *L. 3. pr. ff. de concub.* Conf. Dn. *Bœhmer* in *Jur. Eccleſ. Proteſt. T. II. L. 3. tit. 2.* §. *9.* Ex quo conficitur, egregie falli eos, qui hanc legem ad liberos extra matrimonium natos, ſeu naturales, univerſos transferunt, hodieque liberos omnes naturales admittunt. Quæro autem, an liberi ex concubina in domo nati, quos Juſtinianus ad ſucceſſionem vocavit, hodie abrogato concubinatu admittendi ſint. Quod vix dicendum eſt. Nam olim quidem unam concubinam habere permiſſum fuit, quod in oriente Leo demum Imperator ſuſtulit, in occidente autem diutius ſervatum eſt. Juſtinianus igitur, qui concubinam & liberos ex ea natos in caſu inteſtati ad ſucceſſionem in duas uncias vocavit, ipſum concubinatum cum una muliere probavit. Quod idem in ſequentibus verbis §. 5. plenius oſtendit, ubi hujusmodi concubinatum cum una muliere pudicitiæ appellatione deſignat, tales parentes pudicos nominans & a luxuriantibus & effuſa concupiſcentia, quæ odibilis ſit, ſejungens, Verba hæc ſunt: *Si vero effuſa concupiſcentia ei fuerit & alias ſuperinduxerit priori concubinas & multitudinem habuerit mulierum fornicantium (ſic enim dicere melius eſt) & ex eis filios habens moriatur, multas ſimul deſerens concubinas*, odibilis quidem eſt iſte talis:



(*) Conf. T. II. Obſ. XLIX.

procul autem hac lege modis omnibus cum talibus filiis & concubinis excludatur. *Sicut enim, ſi quis legitimæ copulatur uxori, alias ſuperinducere non poterit matrimonio conſiſtente, & ex his legitimos procreare, ita neque poſt agnitam, quo diximus modo, concubinam & ex illa filios, dabimus, ſi etiam aliquod opus libidinis aliud fecerit, etiam hos ad ſucceſſionem ejus introduci, ſi mortuus fuerit inteſtatus. Nam ſi hoc non ſanciverimus, indiſcreta quidem erunt, quæ mulierum ſunt, quam potius aut quam minus amaverit, indiſcreta quidem & quæ filiorum ſunt. Et nos* non *damus* luxuriantibus ſed pudicis *legem.* Hodie autem per Receſſus Imperii concubinatus etiam cum una muliere, omnisque concubitus extra matrimonium odibilis eſt & impudicitiæ aſſignatur. Nam poſtquam Leo X. Pontifex in Concilio Lateranenſi concubinatum Clericorum ſuſtuliſſet, Receſſus Imperii de a. 1530. 1548. & 1577. tit. Von leichtfertiger Beywohnnug, concubinatum omnemque concubitum extra matrimonium damnaverunt, eosque, qui concubinatum exercerent, die auſſerhalb von GOtt geſetzter Ehe zuſammen wohnen, impudicos, leichtfertige Perſonen, omnemque hujusmodi concubitum leichtfertige Beywohnung & crimen publicum, öffentlich Laſter, appellant. Quæ verba tam clara ſunt & a Theologis JCtisque omnibus tam manifeſta habentur, ut neſciam, cur olim B. Chriſt. Thomaſio dubitatio quædam de ea re exſtiterit. Commutata igitur hac rerum facie, non poteſt dici, ex concubitu olim probato & pudicitiæ nomine comprehenſo, nunc autem damnato & impudicitiæ aſſignato eandem ſucceſſionem adhuc obtinere, quam olim Juſtinianus Imp. admiſit. Et quæſo, quomodo hodie teſtationes manifeſtum id facientes in muliere honeſta uſurpari poſſunt, quas Jus Romanum requirit? Atque in hunc modum ſummum quoque Tribunal Cellenſe d. 6. Julii 1722. pronuntiavit in cauſa des Oberhauptmanns Friderich von Steinberg, Appellanten contra Cathrinen Margarethen Stanzen, gebohrne Leopolden und deren Sohn, ſic: Daß ob zwar Klägerinn Stanzen nothdürftig beygebracht, daß weyland Melchior von Steinberg pro patre obgedachten ihres Kindes zu halten, dennoch weilen ſie mit nichts erwieſen, daß derſelbe ihr die Ehe zugeſaget, noch daß ſie deſſen Concubine geweſen, zudem der Concubinatus per Receſſum Imperii gänzlich abgeſchaffet und verboten, einfolglich die pro ſucceſſione in ſextante allegirte Novella allhier gar nicht applicable iſt; Solchem allen nach

die

die Sententia a qua dahin zu reformiren, daß Klägerinn Stanzen ein mehrers als billige alimenta vor ihr Kind aus Melchior von Steinbergs Erbschaft zu fordern nicht befugt, sondern sie mit ihren übrigen Prætensionen abzuweisen sey. Quæ sententia deinde in Restitutionis instantia confirmata est.

# OBSERVATIO XC.

## *De successione per nuptias legitimatorum in feudis.*

*Ketuba*, quæ & *Keſuba*, *Cſubba*, *Ickar Ketuba* dicitur, dotem legalem mariti continet, qua ſponſus ſponſam emit, quam Judæi ipſi Germanice Morgen-Gabe appellant. De qua belliſſime tractavit Dn. *Eſtor Opuſc. German.* T. I. p. 861. ſq. Dos hæc mariti in virgine ducentarum zuzarum vel quinquaginta ſiclarum eſt. Zuzas *Buxtorfius* florenis comparat, *Wagenſeil* autem parti octavæ unius thaleri. Sed nunc certe Judæi ducentas zuzas centum libris argenti Ketuba.

vel quadringentis thaleris definiunt, & hujusmodi ſummam monetæ noſtræ in Ketuba exprimunt, ut ſubjectum inſtrumentum *Tosbet Ketuba* probat.

## §. IV.

Tosbet Ketuba.

Dote autem exſoluta vel apud tertium depoſita *Tosbet Ketuba* conficitur, quæ & *Tauſephos Keſuba*, *Tauſephs Cſubba*, *Theosphot Ketubba*, augmentum dotis dicitur. In quo inſtrumento tota ſumma exprimitur, quæ mulieri tam dotis nomine, quam in remunerationem dotis ex bonis mariti reſtituenda eſt, adjecta hypotheca omnium bonorum generali. Solent autem Judæi in remunerationem dotis trientem, comprehenſa dote legali antea promiſſa, adjicere. Vid. *Kirchner* in *Ceremoniali Judæorum Sect.* 23. *p.* 170. Quod inſtrumentum a duobus teſtibus, non item a marito, ut Ketuba, ſubſcribi ſolet. Formulas autem exhibuit *Seldenus de Ux. Ebr.* L. 2. C. 10. p. 119. ſq. & *Kirchner* c. l. pag. 187. ſq. nos autem extremo loco ſubjecimus.

## §. V.

Tnoim Acheronim.

Denique *Tnoim Acheronim*, quod & *Tnoim Achrim*, *Tnoim Aſchrim* dicitur, conſcribi ſolet, quod inſtrumentum poſt nuptias vel in die nuptiarum conficitur & denuo continet, quicquid utrimque datum vel promiſſum eſt, & quomodo dotem vir vel remunerationem dotis mulier lucretur ſibique invicem ſuccedant. Cujusmodi formulam item ſubjeci.

*Formula Tauſephos Keſuba a Cel. Hardtio translata.*

*Augmentum inſtrumenti dotalis pro femina, domina Lea, filia ducis, primatis & principis, gubernatoris, ephori, R. Berman, ordinis Levitici, quem conſervet ejus moderator & ſervator.*

*Documentum diſpoſitionis (de dote), qua eorum nobis teſtibus infra expreſſis hodie, die quarto, (hebdomadæ, Mercurii) tertio die menſis Cislev (Novembris circiter) anno quinquies milleſimo, quadringenteſimo, & ſeptuageſimo a creatione mundi, pro numero, quem nos hic uſurpamus (a. 1710. ſupputatione Chriſtianorum) in celebri hac urbe Halberſtad facta eſt. Quando venit ad nos vir literatus R. Fizchak, ſacerdos, filius literati R. Moſis Jacob, ſacerdotis, tunc compellavit nos,* (dicens:) *Eſtote de me (de diſpoſitione mea) teſtes legitimi*

*gitimi & fidi; & capessite a me (dispositionem meam) apprehensione plena per sudarium (dotantis mariti linteum, peplum:) insimul ob-obsignate (subscriptione) & tradite in manum uxoris meæ, dominæ Leæ, filiæ Ducis (in Israele, Φυλάρχα) primatis & principis, ephori R. Berman, de tribu Levi; ut sit in manu ejus (potestate ejus) & hæredum ejus post illam, pro dispositioue, pro legitimatione, & pro probatione, prout volo, pro arbitrio animi mei boni, citra vim aut compulsionem ullam, animo omnino integro, voluntate libera, & mente plena ac composita. Quare profiteor coram vobis hodie, ac si profiterer coram judicio honorato & digno, contestatione plena, firma & constante, non joco, neque promisso (nudo) ad captandam in eo gloriolam ab hac die in seculum; Quod ego addam ab hoc tempore uxori meæ, dominæ Leæ, supra memoratæ, augmentum, ultra instrumentum dotale, quod jam a me habet, quod continet centum libras argenti, quod redundat in summam quadringentorum imperialium, ultra instrumentum inquam dotale, quod jam tum a me tenet, summæ centum librarum, ut eo ipso sit tota massa dotis constantis & augmenti hujus viginti & octo millia Imperialium. Pariter si forte renovatio (κατάρτισις instauratio, dum instrumento originali amisso denuo est in judicio instauratum) instrumenti dotalis constantis summæ centum librarum argenti (abducatur, quod in instrumento dotali hoc existat s. existere censeri debeat) instrumentum, quod jam habet a me & augmentum hoc, quod ascendit simul ad viginti octo Imperialium millia: Et quod omnia vestimenta ejus & ornamenta ejus & pepla ejus & pallia ejus & monilia ejus non computentur in summa supra memorata. Quoniam etiam jusserunt Doctores nostri piæ memoriæ scribere pro omnibus uxoribus instrumenta dotalia æqualia (ejusdem apud omnes summæ centum librarum), ne pudore suffundatur, qui bonis caret, ideo non scripsi augmenta instrumenti hujus in fundamentali illo instrumento (prævio). Abhinc ego do uxori meæ, dominæ Leæ supra memoratæ, quatuor ulnas fundi in area mea, donatione sani, non donatione ægri. Per illa igitur & per apprehensionem sudarii supra memorati, jus do illi & potestatem & constituo illam possessorem & dispensatricem super omnia bona mea, sive æs, sive æri par, reconditum vel apertum, ex immobilibus & ex mobilibus, quæ possideo & posthac possidebo: bona quibus est evictio, παρεγγύασις, (ab illis, a quibus sunt acquisita) & a quibus non est*

*evictio. Et instrumento augmenti hujus esto omne robur & obligatio corporis (substantiæ) instrumenti, quod jam habet a me. Similiter evictionem & pondus augmenti hujus recipio in me & hæredes post me, ad vindicandum in omni grato & accepto opum, quas habeo sub toto cœlo & in terra, quas possideo & quas obtinebo. Opes quibus est evictio & quibus non est evictio, omnes sunt evincendæ & oppignoratæ ad vindicandum ex illis instrumentum augmenti hujus & vel ex chlamyde, quæ in humeris meis, in vita & morte mea, ab hoc die in seculum. Quisquis igitur venerit ex quatuor plagis mundi, qui objiciat & qui disceptet de quibuscunque supradictis, sunto omnia illa disceptantium verba inuita & irrita, instar testis fractæ, nullius usus. Similiter dixit ephorus R. Isaac, sacerdos, filius ephori R. Mosis Jacob, sacerdotis: Quandocunque instrumentum prodierit integrum e manu uxoris meæ, vel facultate ejus pollentium, quod non est in judicio laceratum, vel non est inscriptum, irritum; nec ego nec quisquam alius jus habet dicendi, solutum est, vel totum vel ex parte. Et instrumentum hoc non fiet irritum nec diminuetur virtute sua ullo modo, qualicunque defectu aut superfluitate orationis, literæ vel vocis, aut detersione (ἐκμάξει) aut rasura (ξυρήσει) aut macula aut ambiguitate. Adeoque evictionem & onus instrumenti augmenti recepit in se literatus R. Isaac sacerdos supra memoratus, juxta onus & evictionem omnium instrumentorum augmenti, quæ fiunt in Israele, pro statuto sapientum b. m. quæ non per conjecturam (ςοχασμὸν) nec tanquam formulare (τύπος) instrumenti & apprehensionis. A literato R. Isaac sacerdote, filio literati R. Mosis Jacob, sacerdotis, pro uxore ejus, domina Lea, filia ducis, primatis & principis, gubernatoris & præfecti, nempe ephori R. Berman, Levitæ, juxta omne, quod scriptum est & distincte expressum supra, modo qui illud apprehendendi competit, universo firmo & stabili. Dictum Gersonis, qui cognominatur Selig, filii ducis, ephori R. Zebi Kirsch, b. m. deputati cœtus (qui sacra pro cœtu administret) in ecclesia sancta Halberstadensi. Et dictum Mosis, filii patris mei, ducis, doctoris nostri, ephori R. Jecheskel. b. m. ex Lissa, nunc ministri & jurati in urbe celebri Halberstad.*

Formula

Formula eadem Germanice translata a Cel. Dn. Michaelis.

Vermehrung (oder Zusatz) der Ehestifftung für die Frau, Frau Lea, Tochter des Fürsten, Haupts und Heerführers, Vorstehers und Regentens, des Hochachtbaren Herrn Bermanns, Ober-Leviten, welchen (GOtt) sein Fels und Erlöser bewahren wolle!

Gegenwärtiges ist ein Denkmal (oder Urkunde) desjenigen Zeugnisses, welches vor uns unterzeichneten geschehen ist heute, als am vierten Tag (in der Woche) am dritten Tag des Monats Cislev im Jahr 5470 nach Erschaffung der Welt, nach derjenigen Rechnung, nach welcher wir hier bey der heiligen Gemeind (Jüdischen Synagoge) zu Halberstadt zu zählen pflegen, welchergestalt vor uns erschienen ist der ehrenveste Herr, Isaac der Priester, ein Sohn des ehrenvesten Herrn Mosis Jacobs des Priesters, und zu uns (folgender massen) gesprochen hat: Seyd meine vollgültige und glaubwürdige Zeugen, und nehmet von mir auf ein völliges Anrecht (oder gerichtliche Verschreibung für meine Frau) **vermittelst des Mantel-Griffs**; unterschreibet (dieses Instrument) und übergebet es in die Hand meiner Frau, Frau Lea, Tochter des Fürsten, Haupts und Vorstehers des Hochachtbaren Herrn Bermanns des Ober-Leviten, daß es sey in der Hand ihrer und ihrer Erben nach ihr, zu einem Zeugniß und Anrecht, und zu einem Erweis, welchergestalt es mein freyer und wohlgefälliger Wille gewesen, ohne einigen Zwang und Nöthigung, mit vollkommenem Herzen und williger Seele, mit völligem Bedacht und Uberlegung. Und siehe! ich bekenne heute vor euch, wie man vor einem angesehenen und rechtmäßigen Gericht zu bekennen pfleget, mit völliger, wahrhaftiger und beständiger Bekenntniß, ohne Schertz, ohne Beschwörung (das ist, ohne daß mich jemand dazu benöthiget und gleichsam beschworen hätte) und unwiederruflich, von nun an bis zu ewigen Zeiten; was massen ich meiner Frau, obgedachter Frau Lea, von nun an einen Zusatz hinzulege zu ihrer Ehestifftung (oder Eheverschreibung), welche sie bereits von mir hat, und welche sich auf 100. Pfund Silbers oder 400. Rthr. belauffet, (ich sage) zu ihrer Ehestifftung, welche sie bereits von mir hat, und welche aus einer Summa von 100. Pfund Silbers bestehet: Dergestalt, daß die ganze Summa der ersten Haupt-Eheverschreibung und dieses gegenwärtigen Zusatzes seyn soll 3000. Rthlr. Und wenn auch die erste Ehestiftung, so auf 100. Pfund Silber gerichtet ist, verlohren gehen möchte, soll dennoch selbige (mein Frau) krafft dieses Ehepacts sowohl jene Eheverschreibung, als diese Vermehrung (oder Zusatz), welche

zusammen 28000. Rthr. betragen, zu heben haben. Alle Kleider, Schmuck, Schleyer, Hals- und Armbänder, sollen zu jetzbemeldter Summa nicht mit gerechnet werden. Und weil unsere Rabbinen, gottseligen Andenkens, den Ausspruch gethan haben, daß man allen und jeden gleiche (auf gleiche Summen gerichtete Ehestifftungen schreiben solle, und diejenigen, so etwa nicht so viel als andere haben, nicht zu beschämen; als habe ich diesen Zusatz zur Eheverschreibung nicht mit in ihre (meiner Frau) Haupt-Ehestifftung geschrieben. Und von nun an gebe ich meiner Frau, der obgedachten Fr. Lea vier Ellen von dem Grund und Boden meines Hofes, als ein Geschenk bey gesunden Tagen, und nicht als kränklich oder bettlägerig. Dieserwegen, und wegen obgedachten Mantelgriffs, gebe ich ihr (meiner Frau) vollkommene Macht und Gewalt, und setze sie ein als eine Gewalthaberin und Vormundin, über alle meine Güter, so wohl an Geld, als Geldeswerth, bekante und unbekante, bewegliche und unbewegliche, die ich gegenwärtig besitze oder künftig besitzen werde, zur Hypothec, (oder Verpfändung) taugliche oder untaugliche. Dieses Vermehrungs-Instrument, soll alle Krafft und Hypothec- (oder Verpfändungs)-Verbindlichkeit haben, nicht weniger auch die Ehestifftung, welche sie bereits von mir hat. Und nehme ich über mich, und meine Erben nach mir, die Verbindlichkeit und Hypothec dieser Vermehrungs-Beschreibung, selbige zu bezahlen von dem schönsten und besten Vermögen, welches ich unter dem Himmel und auf Erden habe, welches ich besitze oder besitzen werde, es mag zu einer Hypothec tauglich oder untauglich seyn; alles soll verpfändet und verbürget seyn, um daraus diese Vermehrungs-Verschreibung zu bezahlen, solte es auch von dem Mantel auf meinen Schultern seyn, sowohl in meinem Leben, als nach meinem Absterben, von nun an und zu ewigen Zeiten. Wenn auch jemand aus allen vier Gegenden der Welt sich wider obiges auflehnen, Einwendungen machen, oder Zank erregen wolte, sollen alle Worte solcher Zänker null und nichtig seyn, gleich einer zerbrochenen Scherb, woran nichts taugliches ist. Ferner hat auch der ehrenveste Herr Isaac, der Priester, ein Sohn des ehrenvesten Hn. Mosis Jacobs des Priesters sich also vernehmen lassen: So lange diese Verschreibung als kräftig produciret werden, wird aus der Hand meiner Frau oder ihrer Bevollmächtigten, ohne vorhero gerichtlich zerrissen oder mortificiret zu seyn, soll weder mir, noch einem andern Menschen, der da sagte, es wäre selbige entweder ganz oder zum Theil bezahlet, Glauben beygemessen

werden.

werden. Es soll auch diese Verschreibung auf keinerley Weise ungültig werden, oder seine Kraft verlieren, wenn etwa in selbiger eine Redens-Art, Buchstab oder Wort fehlete, oder übrig wäre, oder durchgestrichen, oder radiret, oder undeutlich, oder versetzet wäre. Die Verbürgung für Schaden und die Verbindlichkeit dieser Vermehrungs-Verschreibung hat obgedachter Herr Isaac der Priester auf sich genommen, nach der Verbürgung und Verbindlichkeit aller Vermehrungs-Verschreibungen, welche in Israel gemacht werden, nach Einrichtung unserer Rabbinen, gottseligen Andenkens, nicht als ein unvollkommenes Document oder blosses Concept. Und haben wir von dem ehrenvesten Hn. Isaac dem Priester, Sohn des ehrenvesten Hn. Mosis Jacobs des Priesters, für dessen Frau, Frau Lea, eine Tochter des Fürsten, Haupts und Heerführers, Vorstehers und Regentens, des Hochachtbaren Herrn Bermanns, Ober-Levitens, alles das, was oben geschrieben und ausgedrucket worden, auf- und angenommen, vermittelst eines Geräthes, welches sich zu einer (gerichtlichen) Aufnehmung schicket, Alles veste und kräfftig.

Solches bezeuget Gerson, mit dem Zunahmen Selig, ein Sohn des ehrenvesten Herrn, Zebi Hirsch sel. Andenkens, Vorsänger der heiligen (Jüdischen) Gemeine zu Halberstadt.

Desgleichen bezeugets Moses ein Sohn des Hochehrwürdigen Rabbinen Ezechiels sel. Andenkens, aus Lissa, ietziger Zeit Schulbedienter und Beglaubter bey der heiligen Gemeine zu Halberstadt.

Formula Tnoim Aschrim vel Achronim

Viel gutes Glück und Seegen solle kommen in kurtzen zu der sicherliche abrede so verabredet und ausgenohmen worden zwischen denen zwey parteyen, bey der zusammen Gebung nemlich Herrn Vorsteher Liffmann Cahen von Hannover, im nahmen und Vollmacht seines Enckelß des jungen Bräutigams Herrn Isaac Cahen des Herrn Moses Jacob Cahens sohn, an einen, so dann Hn. Vorsteher Bnerdt Lehmann im nahmen und Vollmacht seiner Tochter Jungfer Leha am anderen Theil. Erstlich hat gedachter Herr Isaac Cahen geheyrathet und getrauet seine Braut gedachte Jungfer Leha, mit ordentlicher Verdeckung, Trau- und Beschänckung, so sie von ihme nach dem Recht von Moses und Israel empfangen, gedachter Herr Liffmann Cahen, hat zum Heyraths-Gut seinen Enckel Isaac Cahen ein gleiche Summa wie derselbe sein Enckel des Bräutigams Bruder Gumpertz Cahen in allen Stücken eingebracht, es seye in der Summa des eingebrachten Heyraht-Geldes,

Trau-

Trau-Ring, abend Geschenck (so im Hebräischen Sivlonas genant wird) oder sonsten alle Beschänkung und Kleider, dem eingebrachten Heyraht-Geldes und seinem stande nach, dem einen wie dem andern. Wie auch ermeldeter Herr Leffmann Cahen dem obigen Braut paar, privilegirten Schutz-Brieff in Hannover verschaffet. Es verspricht weiter gedachter Herr Leffmann von seinem Enckel des Bräutigams Bruder gedachter Herr Gumperz, ein außziehungs-Brieff (so im Hebräischen ktar chelizo genändt wird) anzuschaffen. Herr Vorsteher Berndt Lehmann bringet vor die Bedeckung zum Heyrahts Gut seiner Tochter ein, die Summa von Zwantzig acht Tausend Gulden Rheinisch, so sich Achtzehen Tausend Sechshundert Sechßig Sechß Reichstahler und Sechßehen Groschen betraget, auch hatt gedachter Herr Berndt Lehmann, die Leha seine Tochter, mit Kleider, schleyer, und sonsten alle Zierden, des ein gebrauchten Heyrahts Gutt, und sein stande nach aus staffiret, und den Bräutigam behörend beschencket. Die Hochzeit ist allhier in Halberstatt, auf der Brauts Vater seine Unkosten gewesen, Herr Berndt Lehmann hat auch ein Mantelgriff, (so im Hebreischen Kinnjann Suder genandt wird) gethan, dem Braut paar ein Versicherungs-Brief zu geben, daß dieselbe nach seinem ableben (da GOtt vor seye) die halbscheid eines seines sohns Erbtheil Erben sollen, auch erbiethet sich Herr Berndt Lehmann selbsten im fall daß Braut paar zwey nach einander folgende Jahren nach der Hochzeit bey ihme sein wolte, Er gedachter Herr Berndt Lehmann schuldig sein solle, ihnen samt alle bey sich habende Leute, Kost und Wohnung ohne einigen entgelt zu geben. Wie dann, Herr Berndt Lehmann gegen gedachten Herrn Leffmann sich auch erbietet, im fall Herr Leffmann von ihme einigen Vorspruch bey einige Herschafften verlangte, es sey auch auf arth und weiß wie es immer wolle, so gar derowegen von ein Platz oder statt zu der andern zu reisen, Er solches sonder auffenthalt, und ohne einigen entgelt verrichten wolle, mit diesem Vorbehalt, daß Herr Leffmann ihme die reiß- und zehrungs Kosten nach Bedünken wieder bezahlen solle. Und von jetzo an solle daß Braut paar in vollkommendliche Liebe zusammen leben, und keiner von dem andern eine in der Weldt nur ersinnliche entwendung wie sie immer wolle, verhöllen oder entwenden, sondern sie sollen beede gleiche Gewald an ihren Gütern haben. Solte (da GOtt vor seye) der Herr Isaac Cahen seine Ehe-Frau Leha einige ihr unerleidliche sachen zufügen, daß sie dero wegen vor Gerichtshauß erscheinen müste, alß ist er von stund an ihr zu geben

ben schuldig Zehen Gulden zu Behuff ihrer Kost, und solches solle, so lange der Zank wehret, monatlich continuiren, auch solle er ihre zu ihrem Leibe gehörende Kleider, schleyer und Zierung herauß geben, und jederzeit zwey Wochen nach ihr Verlangen, solle er mit ihr vor des dazumahligen Israelitischen Gerichts erscheinen, und waß dieselbe darinnen sprechen, dabey solle und muß es verbleiben, nach dem Vergleich aber, solle gedachte Leha, das von dem Kost-Geldt übrig bleibende hinwieder herausgeben. Wegen dem absterben (da GOtt vor seye) ist solcher gestalt verabredet: Sollte (da GOtt vor seye) gedachter Herr Isaac in dem erste Jahre nach der Trauung ohne lebendige Kinder, von seiner gedachten Ehefrau Leha absterben, nehmet gedachte Leha all ihr eingebrachtes zurück, von dem ihr vermehrenden Braut-schatz aber im geringsten nichts, wann (da GOtt vor seye) gedachter Herr Isaac das zweyte Jahr nach der Trauung, ohne lebendige Kinder von seiner Ehefrau Leha absterben sollte, so solle gedachte Frau Leha all ihr eingebrachtes, und die Halbscheid des ihr vermehrenden Braut-schatz hinnehmen, wann aber (da GOtt vor seye) gedachter Herr Isaac das dritte Jahr nach der Trauung, oder vom dritte Jahr weiter von gedachter seiner Ehefrau Leha absterben würde, solle sie gedachte Leha all das waß sie eingebracht, samt den ihr vermehrenden Braut-schatz völlig hinnehmen; Sollte (da GOtt vor seye) gedachte Leha das erste Jahr nach der Trauung von ihrem Mann Herr Isaac Cahen ohne lebendige Kinder absterben, alß solle Herr Isaac Cahen daßjenige, was sie ihme eingebracht, nach abzug der gehabte ordentliche Unkosten, an ihre Erben hinwieder herauß geben, würde (da GOtt vor seye) gedachte Frau Leha das zweyte Jahr nach der Trauung ohne lebendige Kinder von ihrem Manne Hr. Isaac Cahen absterben, alß solle gedachter Hr. Isaac Cahen, nur die Halbscheid von ihrem eingebrachten Braut-schatz nach abzug der gehabte ordentliche Unkosten an ihre Erben hinwieder herauß geben, wenn aber (da GOtt vor seye) gedachte Leha im dritten Jahr nach der Trauung oder von dem dritten Jahr weiter absterben solte, so bleibts bey dem auf dem Berg Sinay gegebenen Bescheid, daß der Mann seine Frau Erbet, und im Gegentheil, wann der Mann im dritten Jahr nach der Trauung oder von der Zeit an weiter (da GOtt vor seye) absterben solte, so nehmet die Ehefrau all ihr eingebrachtes, samt den vermehrenden Braut-schatz völlig hin. In alle obberührte Zeiten es das erst, zwey, oder dritte Jahr wann (da GOtt vor seye) Er Herr Isaac sterben solte, nehmet sie ihren, von ihme empfangenen Trauring vorab, ohne daß solcher von ihrem eingebracht- oder ver-

mehrenden Braut-schatz abgezogen wird; Alleß oben bemeldte haben das gedachte Braut paar und Herrn Bevollmächtigte ein Krafft eines schweren Bandes, alten Testamentischen Aids, und einem Mantel-Griff, zu rechtfertigen, und fäst ohnverbrüchlich zu halten über sich genommen. Gleichwie sonsten alle Briefe, so nach Gebrauch Israel und Ordnung unsere Gläbrteste gemacht worden, ohne einige Verfälschung in der Weldt, und dieser Brief solle wieder alle anklage in der Weldt vollkommendlichen Glauben haben so geschehen, heute dato am Mittewochen den dritten Tag im Monath Cislov im Jahr Vier Hundert und Siebenzig in der kleine Zahl nach erschaffung der Welt. Alles rechtfertig und beständig.

(Nahmen der Zeugen)

Gerschon genandt Selig Jüdischer Vor Singer in Halberstatt.
Moses Masckel Schulbedienter und Beglaubter in Halberstatt.

# OBSERVATIO XCVIII.

## *De usufructu paterno in bonis liberorum adventitiis.*

### §. I.

Inspectio ex jure naturali.

Naturaliter parentes & liberi sub potestate constituti in societate quadam existunt, cujus rector & moderator pater est, liberos autem oportet capiti societatis & familiæ parere, quemadmodum in ceteris societatibus rectori societatis obedire oportet. Est hæc obligatio liberorum cognata & naturalis. Neque in ea re consensum liberorum inspicimus, sed potius natura eos ad consentiendum obligat, quippe tam liberorum, quam totius generis humani utilitas in eo versatur, & præterea ex tot beneficiis a patre acceptis non potest non nasci mutuus amor, gratusque animus & reverentia, unde obedientia naturaliter existit. Deinde finis hujus societatis in eo consistit, ut parentes & liberi se invicem adjuvent & mutuam sibi opem ferant, prout res familiæ exigit. Conveniens igitur est, ut parentes & liberi una familia comprehensi in subsidiis vitæ & alimentis corporis sibi mutuam opem & auxilium ferant. Neque plane ratio intelligitur, cur in hac societate liberi a parentibus hujusmodi auxilium exigant, contra invicem parentibus negent, cum in societate socii sibi invicem mutuo obligentur. Constat deinde,

res,

res, quæ ad vitæ ſubſidia pertinent, bona vocari. Conſequens igitur eſt dicere, in familia & domeſtica ſocietate liberos obligari, ut bona ſibi quoque forte obvenientia in rem familiæ & communes uſus contribuant & patri, tanquam rectori familiæ, adminiſtrationem eorum concedant. Et profecto obedientia pleniſſima, quam filiusfam. patri debet, denuo convincit, oportere filium omnino patris adminiſtrationem admittere. Neque hæc obedientia & debita reverentia ferunt, ut rationes deſuper a patre petantur. Ex quo quidem amplius conſequitur, patrifamilias uſum quoque hujusmodi bonorum permittendum eſſe. Nam aliter pater non in rem familiæ communem, ſed liberorum gratia duntaxat adminiſtrationem habiturus erat. Sed nec minus recte ſuperioribus convenienter dicitur, patris poteſtatem in bona liberorum majorem, quàm ex jure Romano uſufructuarii ſimplicis eſſe, quia in neceſſitatibus communibus ſubſtantia quoque bonorum uti & de hac diſponere merito poteſt. Sublata autem ſocietate domeſtica, bona adhuc extantia cujusque liberorum ad eum fas eſt reverti, cujus proprie ſunt. Nam ut paterfam. proprietatem ſuorum bonorum retinet, ita conveniens eſt, liberos quoque retinere. Quamobrem jure quidem naturali non proprietas bonorum filiifam. ſed potius adminiſtratio duntaxat uſusque liberrimus, qui ad proprietatem accedit, ad patremfamilias pertinet, quanquam ſi filiusfam. e re patris acquirat, hoc patri merito cedere debet. Quod jus patris tamdiu durat, quamdiu ſocietas domeſtica cum liberis durat. Atque *Gundlingius* in Jure naturæ tit. 25. §. 16. *Jus in bona liberorum non quidem ἀμέσως e patria poteſtate fluit, ſed æquum tamen eſt, ut quamdiu pars ſunt familiæ, fructus & reditus bonorum maneant penes parentes, quo illis onus educandi reddatur tolerabilius.* Simulac autem ſocietas domeſtica inter patrem & liberos ſolvitur, & filius pars familiæ paternæ eſſe deſinit, jus quoque patris & uſusfructus in bonis liberorum merito ceſſat, quia cauſſa omnis ſublata eſt.

## §. II.

Romani patriam poteſtatem ultra fines ejus naturales & aliarum gentium protulerunt. §. 2. *J. de patr. poteſt.* Nam jure Romano filiusfam. in dominio patris Quiritario conſtitutus & mancipium ejus habebatur. *Heineccius Antiquit. Rom. L. I. tit. 9.* §. 1. Ex jure Romano.

Inde apud Romanos olim filiifam. patri omnia acquirebant, sive e re patris profectum esset, sive aliunde liberis obvenisset. *Heineccius c. l.* Quod quoniam æquitati repugnat, exceptum deinde est peculium castrense & quasi castrense, quod pleno jure ad liberos pertineret. Postea Hadrianus in *L. 50. ff. ad SC. Trebell.* excepit quoque hæreditatem, quam pater filio, si in potestate sua esse desiisset, restituere rogatus esset, si pater in fraudem fideicommissi faceret, quo casu jus patris confestim extingueretur. Sed Constantinus M. deinceps in bonis maternis secundum jus naturale constituit, ut pater eorum usumfr. duntaxat haberet, proprietas autem penes liberos esset. *L. 1. C. de bon. mat. L. 1. C. Theodos. de matern. bon.* Quæ Constantini constitutio manifestum quoque facit, relicti ususfructus paterni causam in sola patria potestate fundatam esse. Verba sunt hujusmodi: *Placuit, salva reverentia & pietate sacris nominibus debita, ut potestas quidem & jus fruendi res* liberorum suorum in sacris constitutorum *in maternis duntaxat facultatibus penes patres maneat, destituendorum autem liberorum eis licentia derogetur. Cesset itaque in maternis duntaxat successionibus commentum cretionis & res, quæ ex matris successione fuerint ad filios devolutæ, ita sint in parentum potestate atque dominio, ut fruendi pontificium habeant, alienandi eis licentia derogetur: nam maternum patrimonium, quod* filiis in potestate constitutis *obvenerit*, cum patre mortuo sui juris fuerint, *præcipuum habere eos & sine cujusquam consortio placuit.* Quod si pater suum filium paterfamilias videre desiderans, eum mancipaverit, repræsentare & maternam debebit substantiam, *ita ut filius accepto munere libertatis reique suæ dominus effectus, ne videatur ingratus, tertiam partem custoditæ sibi rei muneris causa parenti offerat. . . . Ante emancipationem autem parentes, penes quos maternarum rerum utendi fruendique potestas est, omnem debent tuendæ rei diligentiam adhibere &c.* Quod an Constantinus M. primus constituerit, an Imperatoris Marci Antonini constitutionem explicaverit & amplificaverit, de eo videatur *Franc. Balduinus* in *Constantino M. L. 2. p. m. 170.* Idem Constantinus M. repetiit in *L. 2. C. Theod. de matern. bon.* in qua usumfructum patris quoque *dominium possessionis*, hoc est, plenissimam potestatem, plenissimam administrationem & dominio proximam appellat; quemadmodum & in *L. 1. C. Theod. & L. 1. C.*

*de*

*de bon. matern.* dicitur: *omnia agere, tanquam ſolidum perfectumque dominium & perſonam gerant legitimam.* Videatur ceteroquin *Jac. Gothofredus* in not. ad *L. 1. 2. & 3. C. Theodoſ. de matern. bon.* Sed & Conſtantius, qui de eadem re conſtitutionem tulit in *L. 4. C. Theod. eod.* fundamentum item in patria poteſtate collocat. Deinde Gratianus, Valentinianus & Theodoſius in bonis, quæ ab avo & proavo vel avia & proavia materni generis veniant, idem caverunt, ut hujusmodi bonorum duntaxat uſumfructum pater haberet, contra in reliquis hæreditatibus, quæ ab extraneis ſive ex transverſa linea præterquam a dictis neceſſitudinibus delatæ eſſent, jus patrium vetus retinuerunt. Vid. *L. 6. C. Theod. de matern. bon.* Quod paulo plenius Arcadius & Honorius repetierunt in *L. 2. C. de bon. matern.* & *L. 7. C. Theod. de matern. bon.* Poſtea novam deſuper conſtitutionem Theodoſius & Valentinianus promulgarunt in *L. 9. C. Theod. de matern. bonis*, quam Jac. Gothofredus non animadvertit, in codice Juſtinianeo quoque extare. Extat vero quanquam paululum mutilata in *L. 3. C. de bon. mat.* & principium duntaxat deeſt. Quæ lex quoniam denuo fundamentum uſusfr. paterni manifeſtum facit, verba ejus hic ſubjeci: *Sive uxor inteſtata defecerit, ſuperſtitibus communibus filiis in patria poteſtate degentibus, utitur maritus priſco beneficio juris ac legum, circa uſumfructum retinendum*, quamdiu filii in poteſtate conſiſtunt, *aut in præbenda aliis liberalitate circa trientem ſibi ex Conſtantinianeæ legis beneficio conquirendum. Si vero viva matre emancipati ſunt filii, tunc demum, quia omni commodo deſtituitur pater, nec retinet uſumfructum virilis ei inter filios, ſeu unus, ſeu plures ſunt, uſusfr. tribuimus portionis. Si vero mulier moriens alios ex filiis emancipatos a patre, alios in patria poteſtate dimiſerit, in caſu diſpari utitur maritus defunctæ beneficio, quod caſui utique præſcribimus, id eſt, circa* eorum *quidem portionem*, quos adhuc in ſacris retinet, uſumfructum *ex legum auctoritate tenebit & præmium debitæ, cum volet, emancipationis accipiet. In eorum vero parte, quos exiiſſe de poteſtate viva matre conſtiterit, uſumfr. virilis inter eos portionis ſecundum præſcripta percipiet.* Et idem hac lege ratione nepotum quoque conſtitutum eſt: *Habeat igitur avus veniens cum nepotibus* in poteſtate durantibus *uſumfructum bonorum omnium, quæ ex defunctæ aviæ ſucceſſione delata ſunt.* Conf. *L. 3. C. de bon. matern.* Leo Imperator in *L. ult. C.*

*de bon. matern.* illud demum adjecit, ut pater uſumfructum eum ne ob novercam quidem ſuperinductam amittat, quod antea Conſtantinus M. ſanxerat. Igitur pleniſſime conſtat, uſumfructum maternorum, qui in *L. 1. C. de bon. matern.* patri in diem vitæ aſſignatur, ita intelligendum eſſe, ut ad bona filiifam. non item emancipati pertineat, & emancipatione facta patris uſumfructum, excepto præmio emancipationis extingui. Mirorque *Henr. Hahnium* ad Weſenbecium tit. de adopt. & emancip. n. ult. ſcribere: *Uſumfructum tamen, licet emancipatus ſit, non acquirit, ſed is jure noſtro apud patrem quoad vitam permanet. L. 1. & L. f. C. de bon. mat. ſecus ac jure Saxonico. Carpz.* Juſtinianus autem in reliquis etiam bonis liberorum adventitiis dominium patris ſuſtulit, uſufructu, ut in bonis maternis, relicto. Et conſtat, hunc quoque uſumfructum ex patria poteſtate proficiſci. L. 6. C. de bon. quæ liber. in poteſt. patris: *Si quis itaque filiusfamilias vel patris ſui, vel avi, vel proavi* in poteſtate conſtitutus *aliquid ſibi accquiſierit, non ex ejus ſubſtantia, cujus in poteſtate ſit, ab aliis quibuscunque cauſis, quæ ex liberalitate fortunæ, vel laboribus ſuis ad eum perveniant, eas ſuis parentibus non in plenum, ſicut antea fuerit ſancitum, ſed usque ad uſumfructum ſolum acquirat, & eorum uſusfructus quidem apud patrem, vel avum, vel proavum,* quorum in ſacris ſit conſtitutus, *permaneat, dominium autem filiisfam. inhæreat ad exemplum tam maternarum, quam ex nuptialibus cauſis filiisfamilias acquiſitarum rerum.* Dedit autem Juſtinianus patri, vel reliquit potius, in reliquis etiam adventitiis bonis pleniſſimam poteſtatem utendi fruendi & gubernandi, in caſu autem emancipationis pro triente ſubſtantiæ bonorum uſumfructum dimidiæ partis bonorum in remunerationem & præmium ſubſtituit. *L. cit. 6. §. 3. C. de bon. quæ lib. §. 1. & 2. J. per quas perſ. cuique acquir.* Sed idem poſtea excepit, ſi quid liberis detur, vel relinquatur ab aliquo parentum ea lege, ne ad patrem perveniat uſusfructus, *Nov. 117. c. 1. Auth. Excipitur C. de bon. quæ liber.* vel potius, ut Novella omnino intelligenda eſt, ſi quis extraneus etiam vel cognatus ea lege liberis aliquid relinquat. Vid. *Stephani* ad Nov. 117. c. 1. n. 2. *Rittershuſius* in Jure Juſtin. P. 5. C. 15. n. 3. *Gudelinus* de jure noviſſ. L. 1. C. 13. *Lauterbach* Coll. theor. pract. Pand. tit. de peculio §. 25. *Huberus* in Præl. ad

Dig. tit. de pecul. §. 2. Quem in modum ſummum Tribunal quoque Cellenſe in ſententia deinceps ſubjecta pronuntiavit.

## §. III.

Poſtquam de jure naturali & Romano explicavi, nunc deinde illa tractatio ſuccedit, an uſusfructus paternus in bonis adventitiis liberorum ex jure Romano noviſſimo juri patrio quoque conveniens ſit. Plane poteſtas patria Germanorum non in dominio liberorum, ut antiqua Romana, conſiſtit, ſed ex jure gentium venit & poteſtas juris gentium eſt. *Beyer Specim. Jur. German. L. I. C. 26. §. 28. Heinecc. Elem. Jur. Germ. L. I. tit. 6. Renz Mixt. Jur. Rom. & Germ. in mater. patr. poteſt. th. 4. ſq.* Sed quoniam oſtendi, uſumfructum eum ex jure quoque naturali admittendum eſſe, merito dicendum eſt, in Germania quoque paterfamilias in bonis filiifam. adventitiis eodem modo, ut jure noviſſimo Romano diſtinctius expreſſum eſt, uſumfructum habere, donec filius de patris poteſtate exierit. Et hoc defendunt *Hoppius* in Comm. ad §. 1. Inſt. per quas perſ. cuique acquir. *Heineccius* Elem. Jur. Germ. T. I. L. I. tit. 6. §. 139. *Beyer* Spec. Jur. Germ. L. I. C. 26. §. 51. *Renz* Mixtur. jur. Rom. & Germ. in mater. patr. poteſt. th. 18. *Thomaſius* de uſu jur. paterni ſec. mor. Germ. & jus Boruſſ. reviſ. C. 2. §. 7. *Berger* Oeconom. Jur. L. 2. tit. 2. §. 33. n. 4. *Lauterbach* ad tit. ff. de peculio, *Bœhmer* Introd. in Jus Dig. tit. de peculio & in diſſ. de ſtatu lib. ſui jur. fact. c. 2. §. 13. Nec quisquam ex moribus hodiernis Germanicis contrarium defendit. Præterea in Hiſpania, Bavaria, Saxonia aliisque Germaniæ regionibus ita obſervari, tradit *Simon van Leuwen* in Cenſura forenſi L. 1. C. 9. §. 7. ab eoque allegati *Colerus*, Hartmannus Piſtor, Daniel Moller, Balhaſar, Carpzov Jurisprud. for. P. 2. C. 10. def. 7. 8. Tanto magis igitur in terris Brunſvicenſibus & Luneburgenſibus hoc ſequendum eſt, ubi moribus contrariis non probatis ſecundum jus Romanum pronuntiatur. Et ſecundum hoc ſummum quoque Tribunal Cellenſe in ſententia poſtea ſubjecta pronuntiavit.

Ex jure Germanico.

## §. IV.

Ex moribus *Friſiæ* idem tradit *Sandius* in Dec. Friſ. L. 2. tit. 7. def. 1. De *Gallia* Accurſius ejusque aſſeclæ contenderunt, Francige-

De moribus Galliæ & Belgii.

cigenas patriam poteſtatem in liberos non habere. Vid. *Chaſſanæus ad Conſuet. Burgund. tit. des enfans de pluſieurs lits Rubr. 6. §. 3. n. 21. Petr. Gregorius Tholoſ.* in *Syntagm. univ. jur. L. 11. C. 5. n. 4.* Ex quo conficere voluit Chaſſanæus c. l. *Rubr. 6. §. 5. verſ. Et faict les fruits &c. n. 4.* in bonis Francigenarum uſumfructum paternum ceſſare, quia Francigenæ liberos in poteſtate non habeant. Sed Chaſſanæus ipſe c. l. §. 3. *verſ. Le fils ou fille &c. n. 21.* retulit, curiam ſupremam Pariſienſem pronuntiaſſe, quod filii Gallorum & Francigenarum eſſent in poteſtate patris. *Petrus* autem *Gregorius* in *Syntagm. jur. univ.* L. 11. c. 8. dicit, ex conſuetudine generali in Gallia recepta filios quidem familias omnia ſibi acquirere & in poteſtate & in uſufructu, patrem autem habere commoditatem uſusfructus bonorum filii & intra annum filii XXV. adminiſtrationem, ſi voluerit. Secundum mores Belgii patri uſusfructus in peculio liberorum adventitio non amplius permittitur, niſi ut inde alimenta liberorum ſuorum deducat, quod ſupereſt, liberis omnino ſervet. Vid. *Voet* ad tit. ff. de peculio §. 6. *Simon van Leuwen* in Cenſura forenſi L. I. C. 9. §. 7. ab eoque citati Chriſtinæus & Grœnewegen. *Gudelinus* autem in *Jure noviſſ.* L. I. C. 13. moribus non jure poteſtatis, ſed cauſa duntaxat adminiſtrationis patri uſumfructum aſſignat. Et jure Anglicano, ut *Joh. Cowellus* in *Inſtit. jur. Anglic.* annotavit, pater uſumfructum nullum habet, ſed ad rationes reddendas obligatur. Vid. *Thomaſius de quaſi emancip. German.* §. 12. Sed de hoc dicere plura nihil attinet, quia Germaniæ noſtræ jus inprimis curamus.

## §. V.

An olim in Germania pater filio potius acquiſiverit.

An olim in Germania ſemper ita obtinuerit, quæri poteſt. Movet, quod *Polycarpus Leyſerus* in Obſ. Dipl. hiſt. de patr. poteſt. §. 4. tradidit, olim in Germania patrem filio potius quam filium patri acquiſiviſſe, ſed liberos ſibi omnia pleno jure quæſiiſſe. Sed vereor, ut hoc probari poſſit. Nam totum argumentum Pol. Leyſeri in eo conſiſtit, quod in alienandis bonis propriis patrem conſenſum liberorum adhibere oportuiſſet. Ex quo conficit, liberos potius in paternis bonis jus habuiſſe. Quod etſi in bonis hæreditariis & avitis ſeu ſtemmaticis verum utique ſit, utpote quæ ſine hæredum conſenſu alienari nullo modo poterant, tamen omnino ex conſenſu filii in alienatione bono-

bonorum paternorum non efficitur, patrem ideo in bonis filii uſumfructum nullum habuiſſe. Et quem fugit, jure etiam Romano filiosfamilias quadantenus condominos rerum paternarum adhuc vivente patre habitos eſſe *L. 11. ff. de lib. & poſth. exhær.* Ex quo & ſolennis illa exheredatio juris Romani deducitur. Quamobrem hæc argumentandi ratio vi probandi omnino deſtituitur.

## §. VI.

Movet deinde, quod in ſtatutis *Dantiſcanis* & *Hamburgenſibus* uſusfructus paternus ad bona duntaxat materna, non item ad materni generis & aliunde obvenientia accomodatur, ſed hæc in relatis ſtatutis nominatim excipiantur. Vid. *Hoppius* ad §. 1. I. per quas perſ. cuique acquir. *Steuernagel Memorab. Statut. Lubec. & Hamburg. tit. de jure perſon. p. 19.* Ex quo conficias, uſumfructum paternum Germanicum forte ex bonorum inter conjuges communione, non ex patria poteſtate proficiſci, ſublata autem communione bonorum ceſſare. Statutum Dantiſcanum & Hamburgenſe

## §. VII.

Sed primo quidem articulus quartus ſtatuti Hamburgenſis vix tam late manat, ut *Hoppius* exiſtimat, ſed potius de diviſione bonorum & ſeparatione liberorum poſt mortem matris, Schichtung und Theilung, proprie tractat, cavetque patrem in portione bonorum liberis aſſignata usque ad duodevigeſimum ætatis annum uſumfructum retinere, de aliunde quæſitis autem extra bona materna uſumfructum non habere. Eſt vero hæc liberorum ſeparatio juris Hamburgenſis & Lubecenſis emancipatio juris Germanici, vel certe modus ſolvendæ patriæ poteſtatis, quo liberi ſui juris exiſtunt. *Mev. ad Jus Lubec. P. 2. tit. 2. art. 2. n. 111. 112. Berger Oeconom. Jur. L. I. tit. 4. §. 16. n. 2. p. 157. Thomaſ. de quaſi emancip. German. §. 24. Heineccius Elem. Jur. Germ. L. I. tit. 8. §. 167.* Ex quo conſequitur, poſt ſeparationem liberorum uſumfructum patris in omnibus liberorum bonis adventitiis, patria poteſtate ſublata, ceſſare. Quanquam Statutum Hamburgenſe, aliter quam Lubecenſe, ex priſtina bonorum communione patri adhuc uſumfructum maternorum usque ad annum ætatis duodevigeſimum ſervat. Deinde autem ſtatuta nonnulla particularia, præſertim a juris ratione aliena, conſuetu- explicatur & dubitum reſolvitur.

ſuetudinem generalem nullam probant. Sed etſi uſusfructus paternus olim forte ex communione bonorum veniſſet, tamen etiam ſublata communione adhuc ſubſiſteret, quia jure quoque gentium & Romano defenditur, adeoque cauſa uſusfructus ſublata non eſt.

## §. VIII.

Conſuetudo Burgundiæ contra Chaſſanæum explicatur.

Plane ex moribus Burgundiæ uſumfructum patri in bonis liberorum non ex jure patriæ poteſtatis, ſed ratione adminiſtrationis tantum in minori ætate liberorum competere, & matri idem jus eſſe, *Chaſſanæus* contendit *ad Conſuet. Burgund.* tit. *des Enfans de pluſieurs lits Rubr. 6.* §. 5. verſ. *Et fait les fruits n. 6.* Sed quicquid Chaſſanæus dicat, verba certe conſuetudinis Burgundicæ §. 5. & 7. patri, aliter quam matri, adminiſtrationem corporis & bonorum filii eo usque tribuunt, donec filius ætate major a patre ſeparetur. Quæ ſeparatio quoniam ſecundum *Conſuet. Burgund.* c. 1. §. 3. emancipationem conſtituit, conſequens eſt dicere, moribus quoque Burgundicis patrem in bonis filiifam. uſumfructum habere, ejusque rationem in patria poteſtate collocatam eſſe, quippe emancipatione uſusfr. amittitur.

## §. IX.

Tutela fructuaria ad feuda nobilia proprie pertinet.

Verum utique eſt, ab uſufructu paterno in bonis filii adventitiis in Gallia paululum differre cuſtodiam nobilem vel tutelam fructuariam, quæ moribus Gallorum tam patri, quam matri, in bonis pupillorum necdum adultorum competit, majuſcula autem liberorum ætate exſpirat. Vid. *Choppinus de Mor. Pariſ.* L. 2. tit. 7. n. 1 & 10. & Obſerv. noſtra de tutela fructuaria §. 47. Quod cum patria poteſtate conſiſtere non videtur. Sed hæc cuſtodia nobilis annotante Choppino ad feuda nobilia proprie pertinet, de quibus ad alia bona non concluditur. Nam a vaſallo quidem adulto & militiæ capace dominus recte ſervitia exigit, nec poteſt pater, qui vaſallus non eſt, filii feudum diutius tenere, quam donec adultus ſit, ut ſervire ipſe domino poſſit. Taceo, quod feuda ob militiam ad peculium caſtrenſe proprie pertineant.

## §. X.

De patre

Illud ex *Lege Wiſi-Gothorum* L. 4. tit. 2. c. 13. obſervavi, Wiſi-

Wisi Gothos ex lege Constantini, quem Leo postea abrogavit, patri post novercam superductam potestatem in liberos & administrationem plenissimam ademisse, tutelam autem ex æquitate reliquisse. Verba hæc sunt: *Quod si marito superstite uxor forsitan moriatur, filii, qui sunt de eodem conjugio procreati, in patris potestate consistunt, & res eorum, si novercam non superduxerit, ea conditione possideat, ut nihil exinde aut vendere, aut evertere, aut quocunque pacto alienare præsumat: sed omnia filiis suis integra & intemerata conservet. Fructus tamen omnes cum filiis suis pro suo jure percipiat, & una cum ipsis filiis suis communibus consumat expensis. Quod si pater novercam superduxerit, quia valde indignum est, ut filii ejus patris potestate vel gubernatione relicta in alterius tuitionem deveniant, filios suos pater, qui novercam induxerit, non relinquat, sed filios & res eorum juxta superiorem modum tuitionis ordine regat. Ita tamen, ut inventarium de rebus filiorum suorum manu sua conscriptum coram judice vel hæredibus defunctæ mulieris strenue faciat, & tali se placiti cautione in hæredum illorum nomine constringat, quibus tutela ipsa pertinere, si pater defuisset, legitime poterat, ut nihil &c.* novercam ducente observatio ex Lege Wisi-Gothorum.

## §. XI.

Sed etsi leges Wisi-Gothorum ad Germaniam minime pertineant, tamen Jus quoque Lubecense cavet, ut pater novam uxorem ducens bona cum liberis prioris matrimonii partiatur, & liberi tutores accipiant, pater autem usumfructum in bonis liberorum deinceps non habeat. *Mevius* ad Jus Lubec. P. 2. tit. 2. art. 2. n. 121. & n. 7. sq. & Consil. 29. Quod quidem alia jura statutaria temperaverunt hunc in modum, ut nihilominus pater tutelam liberorum retineat. Vid. *Jus statut. Luneb.* P. 6. tit. 1. & *Jus municip. Otterndorf.* art. 11. quemadmodum & jure Saxonico provinciali L. 1. art. 11. pater post obitum matris tutor filiorum manet. Nihilominus jus statutarium Luneburgense annuatim rationes a patre hoc casu exigit, jus municipale Otterndorfiense autem usque ad ætatem liberorum majorem tutelam fructuariam patris relinquit. Ex jure Lubecensi & aliis statutis.

## §. XII.

Sed hujusmodi statuta etsi æquitate forte non destituantur, si liberi separati a bonis patris deinde plane excludantur, tamen par- Quod generaliter transferri nequit.

particularia ſunt, & per ſecundas nuptias & ſeparationem patriam quoque poteſtatem tollunt, aliquando etiam iniqua forent. Certe juris communis ratio aliter exigit, ut quia per novercam ſuperductam jus patriæ poteſtatis non tollitur, uſusfructus etiam paternus apud patrem remaneat. Recte Jus provinciale Wurſaticum art. 2. §. 1. Stirbet die Frau, und der Mann begiebet ſich wiederum zu der andern Ehe, ſo muß er ſeine Kinder abtheilen, und nicht mehr behalten, als einen Kindes-Theil. Jedoch ſo lange er ſeine abgetheilte Kinder in Brod behält, gebühret ihm von den Gütern die Abnützung. Stirbet aber der Mann, und die Frau befreyte ſich wiederum, ſo muß ſie ihre Kinder nicht allein vorher abtheilen, beſondern auch die Güter von ſich thun und Vormünder bitten.

## §. XIII.

Patria poteſtas Germanorum an in tutela recte collocetur.

Videamus igitur, an conveniens ſit, patriam poteſtatem Germanorum in tutela & mundio collocare patrique uſumfructum in peculio liberorum adventitio ratione tutelæ legitimæ & fructuariæ aſſignare, ut ſenſit Dn. *Heineccius* in *Elementis Juris Germanici T. I. L. I. tit. 6. §. 138. 139.* Quod utique verum non videtur. Neque enim primo oſtendi poteſt, patriam poteſtatem Germanorum tutelam duntaxat fuiſſe & a patria poteſtate naturali & Juris Romani noviſſimi diſcrepaſſe. Quod ab Heineccio allegata lex Wiſi-Gothorum minime probat, ſed contrarium potius convincit, & poteſtatem patris a tutela ſeparat. Lex enim Wiſi-Gothica patri poſt obitum matris, noverca nondum ſuperducta uſumfructum in bonis liberorum jure poteſtatis tribuit. Qua in re legem Conſtantini ſecuti eſſe Wiſi-Gothi videntur. Etſi autem deinde noverca ſuperducta uſusfructus ex jure poteſtatis non conſiſteret, tamen Wiſi-Gothi ex æquitatis ratione hoc caſu tutelam patri fructuariam detulerunt & extraneis tutoribus antetulerunt. Et hoc quidem aliæ item conſuetudines & ſtatuta ſervant, ut noverca ſuperducta uſusfructus patris ex jure poteſtatis amittatur, tutela autem liberorum apud patrem maneat. Inde vero minime conficitur, patriam poteſtatem Germanorum in tutela collocari, & uſumfructum jure poteſtatis debitum ex tutela fructuaria omnino veniſſe. Tum vero tutelæ legitimæ nomen ideo non convenit, quia hoc admiſſo pubertate vel majori liberorum ætate uſusfructus exſpiraret. Quod ſi

tutelæ

tutelæ appellatione imperium & poteſtatem patris naturalem accipias, utique non intelligitur, cur poteſtatis nomen non retineatur, præſertim quia patria poteſtas Romana ſecundum noviores conſtitutiones Imperatorum a naturali vix differt, meritoque in Germania quoque admittenda eſt.

## §. XIV.

An matri idem usufr. assignatus sit.

Illud quoque videamus, an moribus Germanorum matri idem uſusfructus in bonis liberorum jure poteſtatis, qui patri, competat. Quod verum non videtur. Neque enim matris in liberos poteſtatem eſſe, concedi poteſt, etſi vetuſtæ quædam leges ſenſu forte non proprio poteſtatis nomine in matre poſt obitum patris utantur. Quid enim? an omnem poteſtatem patriam poteſtatem dicemus? Si hoc admittimus, tutor quoque patriam poteſtatem habet. Patria poteſtas rectorem familiæ & pleniſſimum quidem ponit. Mater autem ipſa ſub tutela filii & mundio ejus fuit. Vid. locus ex tabulario Caſaurienſi apud *Ottonem* in diſſ. *de perpet. fem. tutela C.* 2. §. 1. & 2. *Lex Longobard.* L. 2. t. 6. §. 1. tit. 37. §. 4. *Lex Saxon.* tit. 7. *Schilter* Exerc. 37. ad ff. §. 241. Quod adeo verum eſt, ut filius quoque prioris matrimonii novercæ viduæ tutor & mundualdus fuerit. Lex Saxon. tit. 7. *Qui mortuus viduam reliquerit, tutelam ejus filius, quem ex alia uxore habuit, accipiat; ſi is forte defuerit, qui frater eſt defuncti &c.* Et quamvis civiliter non repugnet, patremfamilias tutorem habere, cujus auctoritate omnia gerat, quippe impuberes omnes tutorem habent, minores autem curatorem, tam impuberum & minorum regimen familiæ durante tutela & cura ſuſpenſum eſt, ut rectores interim familiæ magis habeantur, quam ſint. Quod ad matrem imperii domeſtici ob fragilitatem ſexus vix capacem commode transferri nequit. Tutelam matri mores Germaniæ plerumque detulerunt, adminiſtrationem quoque bonorum multis locis relinquunt, ſed hoc partim ob effectionem in liberos naturalem, partim ob condominium matris & communionem bonorum poſt obitum mariti ſervatam. Imperium igitur, quod ad educationem ſufficit, matri aſſignamus, patriam poteſtatem minime. Quamobrem ad matrem quoque uſusfructus bonorum adventitiorum liberorum non pertinet.

Mater an poteſtatem in liberos habeat.

## §. XV.

Quibus modis usufr. paternus finiatur.

Emancipatione autem facta usufructus patris in bonis liberorum adventitiis cessat, quia sublata patria potestate effectus quoque cessat. Idem in aliis modis dicendum est, quibus patria potestas solvitur. Quamobrem quia filia nuptiis patria potestate liberatur, patris deinde usufructus quoque in bonis ejus adventitiis exstinguitur. Ut subjecta summi Tribunalis sententia declarat. Et ita jam antea in contradictorio decisum fuit a summo Tribunali d. 39. Jan. 1725. in causa Christian Wedekinds Krügers zu Gilten, contra Annen Dorotheen Wittwe von Gilten, ingleichen das Amt Ahlden und Dietrich Friderich Engelhausen, in hunc modum: Wegen der 100. Thaler Capital aber, so bey der verwittweten von Gilten stehen, weiln eingestandener massen solche von Enghausen Frauen Mutter herkommen, vor Recht erkannt, daß solches Capital des Appellantis Tochter, Enghausens Frauen, zugehöre, die Zinsen aber bis zur Zeit der Tochter Heyraht und angefangenen besondern Haushalt dem Vater zu lassen.

## §. XVI.

De præmio e-. mancipationis.

Constantinus autem, qui dominium peculii adventitii in usumfructum transtulit, illud in solatium patris statuit, ut emancipatus filius in præmium & remunerationem emancipationis trientem maternorum patri offerat, quod Justinianus in usumfructum dimidiæ partis bonorum commutavit. Constantini legem jam Wisi-Gothi olim hactenus receperunt, ut trientem pater jure usufructuario teneret. *Lex Wisi-Goth.* L. 4. C. 2. §. 13. Quod præmium juris civilis in expressa emancipatione adhuc admittunt *Bergerus* in Oeconomia Juris L. 2. tit. 2. §. 32. not. 9. p. 287. ibique JCti Wittebergenses, *Barthius* de emancipatione Saxonica §. 8. *Huberus* in Prælect. ad tit. ff. de adopt. & emanc. §. 5. *Hoppius* ad §. 2. Inst. per quas pers. cuique acquir. *Lauterbach* Colleg. theor. pract. Dig. ad tit. de usufr. §. 11. Sed & *Gomesius* ad L. 48. Tauri n. 6. admittit, si filius per dignitatem a potestate patris liberetur.

## §. XVII.

An in tacita emancipa-

In ea autem dissolutione patriæ potestatis, quæ fit per nuptias & separatam œconomiam, Wisi-Gothi præmium emancipationis

tionis, uſumfructum ſcilicet trientis, patri detulerunt, Doctores autem negant. Vid. *Berger* Oeconom. Jur. L. 2. tit. 2. §. 33. not. 9. p. 288. *Huberus* Præl. ad tit. ff. de adopt. & emancip. §. 5. *Renz* de mixt. jur. Rom. & Germ in mat. de patr. poteſt. §. 34. *Stryk* ad Lauterbach. tit. de uſusfr. p. 125. verb. emancipationis, *Ludovici* Doctr. Pand. tit. de peculio §. 8. *Gomez* in L. 48. Tauri n. 6. *Thomaſius* de uſu jur. patern. C. 3. §. 9. *Beyer* Specim. Jur. Germ. L. I. C. 26. §. 81. ſq. Quod quanquam ex rationibus Doctorum defendi non poteſt, tamen moribus conveniens eſſe exiſtimo. Neque oſtendi poteſt, niſi quod Wiſi-Gothi expreſſerunt, ceteros Germaniæ populos præmium emancipationis præſertim tacitæ habuiſſe. tione obtineat.

## §. XVIII.

An pater filio ſui juris facto ad juratam ſpecificationem teneatur.

Illud commodiſſime tractari poteſt, an filius ſui juris effectus bona ſua repetens manifeſtationem ſeu ſpecificationem bonorum juratam a patre recte petat. Plane quia ſecundum *L. 8. §. 4. C. de bon. quæ liber.* paterna reverentia patrem excuſat & a rationibus & a cautionibus & ab aliis omnibus, quæ ab uſufructuariis extraneis a legibus exiguuntur, ideo ad inventarium conficiendum pater non tenetur, & conſequens eſt dicere, neque ad ſpecificationem juratam eum teneri, quia hæc in ſubſidium inventario deficiente obtinet. Unde & in Saxonia ita pronuntiatum & conſtitutum eſt, *Schræter de jur. ſpecif. C. I. §. 5.* & Camera Imperialis ita judicavit. *Stryk de cautel. juram. P. 3. S. 3. C. 1. n. 111.* Neque vero poſtea finito uſufructu cauſa patris deterior reddi poteſt, quia reverentia erga patrem poſt emancipationem ſubſiſtit, ut neque tum ſatisdatio a patre peti poſſit, ut probat *Hering de fidejuſſ. C. 6. p. 85. ſq.* Igitur quod quidam Doctores liberos ſub poteſtate conſtitutos & emancipatos diſtinguunt, ratione juris deſtitutum eſt, rectequeque Scabini Halenſes a. 1663. in ſimili caſu reſponderunt apud *Strykium de Cautel. Juram.* P. 3. S. 3. C. 1. n. 113. Itaque ſenſit *Finkelthuſius Obſ. 76.* Strykii autem ſententia exiſtimantis, in *L. 8. §. 4. C. de bon. quæ liber.* reverentiam in ſenſu civili dici, rationem plane non habet. Et ſummum Tribunal quoque Cellenſe patrem a jurata ſpecificatione in ſubjecta ſententia abſolvit.

## §. XIX.

## §. XIX.

Sententia quædam summi Tribunalis.

Summi denique Tribunalis Cellensis sententiam subjiciam d. 8. Decembr. 1742. in causa des Obersten, Christian Ludwig von Kruoph, Appellanten, contra den Hauptman, Gerlach Friderich von Skölin, uxorio nomine, Appellaten, in puncto maternorum, in hunc modum: Alldieweilen nicht allein wegen der Klövekornschen 1300. Rthlr. aus dem act. Canc. n. 6. befindlichen Testament des weyland Drosten von Klövekorn erhellet, daß solche nach des Appellanten Ehefrauen Tode dessen Kindern zufallen, und niemand als die Kinder selbst die Abnützung davon haben sollen, mithin hieran dem Appellanten überall kein Genießbrauch gebühren mag, sondern auch was das übrige Mütterliche anlanget, klaren Rechtens ist, daß der dem Vater daran zustehende ususfructus die väterliche Gewalt zum Grunde hat, und folglich mit derselben aufhöret, dannenhero da des Appellaten Ehefrau durch ihre Verheyrathung von väterlicher Gewalt befreyet worden, dem Appellanten von solcher Zeit auch weiter kein Nutzungs-Recht an deren mütterlichen Gütern zukommen mag, als ist die bey Unsrer Justiz-Canzley zu Hannover am 6. Junii 1739. eröffnete Urthel dahin zu bestätigen, daß Appellant des Appellaten Ehefrauen ihren Antheil sowohl von den Klövekornschen 1300. Rthlrn, als auch von ihrem gesammten Mütterlichen nebst denen eingehobenen Nutzungen auszuantworten schuldig. Was aber die auferlegte eydliche Verzeichniß betrifft, ist vorige Urthel dahin zu reformiren, daß Appellant mit einer eydlichen Angabe zu verschonen, und Appellat sich mit der in Replicis act. Canc. n. 18. bereits hinlänglich geschehenen Anzeige zu begnügen.

# OBSERVATIO XCIX.

## *Filia an per nuptias patria potestate liberetur.*

## §. I.

Inspectio ex jure naturali.

Hæc inspectio triplex est. Videamus primo, an jure naturali filia per nuptias patria potestate liberetur. Quod utique dicendum est, si filia in eadem societate & domo cum patre non consistit, nec pars familiæ paternæ manet. Et nisi hoc admittas, novus paterfam. respectu uxoris paterfamilias non foret, duorumque

que imperiorum pugna in una domo exiſteret, paterni ſcilicet & maritalis, quod non poteſt non ſummam rerum confuſionem efficere.

§. II.

De moribus gentium.

Atque ab antiquiſſimis inde temporibus gentes omnes ita ſenſerunt, ut filia per nuptias in alienam familiam tranſeat, priſtina autem familia exeat & conſequenter patria poteſtate liberetur. Inde apud Hebræos, Græcos, Romanos & Germanos nata eſt emtio uxorum, ut quia ſub patria poteſtate ac manu agerent liberi, inprimis filiæfam. inde prius redimerentur, antequam in alienam domum abductæ marito tanquam novo domino ſubjicerentur, ut perbelle annotavit *Gundlingius de emt. uxor.* C. 1. §. 2.

§. III.

De moribus priſcorum Romanorum.

Ac inde quidem apud Romanos illud venit, ut in coemtione nova nupta tres aſſes ſecum ferret, quorum uno mariti lares ac Deos familiares emeret. Vid. *Gundling de emt. uxor.* C. 1. §. 14. *Heineccius Antiquit. Roman. L. 1. tit. 10. §. 11.* Tum ſponſa ſponſum in coemtione interrogabat, an ſibi paterfamilias eſſe vellet. *Boethius* apud Gundl. c. l. C. 1. § 15. Sed & per confarreationem olim, ut per ſacrificium ſponſa a ſacris paternis abſolvebatur, ſacris autem mariti inſerebatur. *Gundling. P. 37. Obſ. 1. §. 8.* Quo facto, ut per coemtionem in manum mariti veniebat, *Gundling. c. l. §. 11.* adeoque ſub manu & poteſtate mariti conſtituebatur, *Heinecc. Antiqu. Rom. L. I. C. 10. §. 6. & 12.* & filiafamilias mariti ſui habebatur. Ex quo illud quoque venit, ut marito tanquam filiafam. ſuccederet, maritus autem bona ejus omnia acquireret. *Heineccius Antiquit. Rom. L. I. C. 10. §. 6. & 7. Gundlingiana P. 37. Obſ. 1. §. 12.* Hoc amplius ex filiafamilias materfam. efficiebatur, *Gundlingian. c. l. §. 17.* ſed &, ut filia, nomen mariti ſui olim adſciſcebat. *Heinecc. Antiquit. Rom. L. I. C. 10. §. 6.* Quæ conſuetudo, annotante *Heineccio c. l.* ſub Imperatoribus quoque, cum jam obſoleviſſet confarreationis ritus, adhuc ſubſtitit. Simul nomen gentilitium ſuum illa mutabat. *Dn. Grupen de uxore Rom.* C. 3. §. 23. *Ayrer de jure connub. apud Roman. §. 26.* Ex quo venit, ut conſanguinea quoque liberorum mariti haberetur. *Dn. Grupen de ux. Rom.* C. 3. §. 17. *Ayrer de jure connub. apud. Rom. §. 27.* Quæ quidem omnia ſatis convincunt,

apud Romanos quoque nuptias olim modum dissolvendæ patriæ potestatis fuisse. *Schulting* in *Jurisprud. Ante-Justin. ad Ulp. fragm. tit. 9. in not. Brissonius de ritu nupt. p. m. 482. sq.* Quam in rem accedit, quod per hanc familiæ mutationem filia capite quoque olim minueretur. *Ayrer de jure connub. apud Rom.* §. 23.

## §. IV.

De moribus Romanorum sequioribus.

Postquam deinde apud Romanos, obsoletis in manum conventionibus, matrimonia juris gentium, quæ dicuntur, recepta essent, Jureconsulti quidem in nuptiis definiendis divini & humani juris communicationem retinuerunt, *L. 1. ff. de ritu nupt.* uxoremque divinæ humanæque domus sociam Gordianus Imperator adhuc appellavit in *L. 4. C. de crim. expil. hæred.* Et plane Gundlingius c. l. §. 24. contendit, in his quoque matrimoniis communicationem divini & humani juris subfuisse. Sed illud constat, de dignitate mariti uxorem postea etiam participasse *L. 10. C. de nupt.* forumque & domicilium ejus accepisse, quod vidua etiam retinuit. *Ayrer de jure connub. Rom.* §. 31. *ab eoque allegg. LL.* Hihilominus certum illud quoque est, uxorem per has solas nuptias neque familiam mutasse, neque capite minutam esse, neque in manum mariti venisse, neque omnino patria potestate exiisse, sed potius sub potestate patris constitisse. Quamobrem juris interpretes alii communicationem divini & humani juris in his nuptiis ita finiunt, ut non vera & propria communio intelligatur, sed quæ benevolentia & usu finiatur. Vid. *Ayrer de connub. apud Rom.* §. 30. ab eoque allegatus *Noodtius.* Nam fiebant nuptæ uxores, non item matresfamilias, quippe familiæ mariti non aggregabantur, quanquam matris nomen naturale respectu liberorum suorum haberent. *Ayrer c. l.* §. 30 31. Nomen quoque suæ gentis servabant, mariti autem, secus ac olim, neque nomen neque cognomen adsciscebant. *Ayrer de connub. Rom.* §. 31. ab eoque allegatus *Dn. Grupen.* Sed nec maritis amplius ut ut filiæfamilias succedebant, & quicquid extra dotem habebant, sibi in proprietate & usufructu retinebant. Quin nec suis liberis olim succedebant, donec Claudius Imperator primum in solatium amissorum liberorum ad successionem eos vocaret. Contra nec liberi matri succedebant, donec Antoninus & Commodus ex æquitate ita constituerunt.

§. V.

## §. V.

Plane Romani hac in re notiones & finitiones civiles magis, quam naturales ſecuti ſunt, & niſi fallor, hæc omnia partim ob laxitatem divortiorum & libertatem in matrimoniis, partim ſucceſſionis conſervandæ gratia receperunt. Nam quod inprimis ad ſucceſſionem pertinet, olim quidem hæreditates hæredibus ſuis, his autem deficientibus, ex legibus XII. Tabularum agnatis & deinde gentilibus deferebantur. *Agnatus proximus familiam habeto. Si agnatus nec eſcit, gentiles familias habento.* Gentilium ſucceſſione obſoleta, agnati tamen præ cognatis admiſſi ſunt, quos & prætor demum deficientibus agnatis vocavit. Juſtinianus denique in Nov. 118. c. 1. & 3. agnationis & cognationis jura confudit & ſublata ſuorum & emancipatorum, agnatorum & cognatorum differentia, gradu cognationis naturalis propiores admiſit. Divitiis igitur Romæ creſcentibus utilius viſum fuit, uxores jura agnationis & familiæ civilis retinere, quo tanquam filiæfamilias patribus ſuccederent, neque a ſuis hæredibus vel agnatis ob familiæ mutationem excluderentur. Quam in rem libertas matrimoniorum procul dubio acceſſit. Mariti igitur ob eam cauſam lubentius jus ſuum remiſiſſe videntur. Ex quo evenit, ut jus naturale ſecundum civiles rerum finitiones temperaretur. Nam familiæ nomen Romani ad ſenſum civilem latiſſimum, agnationis ſcilicet, accomodaverunt, ut non domum duntaxat patrisfam. ſed connexionem quoque omnium agnatorum juraque agnationis civilia intelligerent, cum jure & ſimplicitate naturali familiæ vel domus nomen ad ſocietatem domeſticam pertineat. Vid. *L. 195. §. 2. & 4. ff. de Verb. Signif.* Filia igitur per nuptias familia civili exire & jura agnationis amittere ſenſu civili non poterat, ſed emancipatione vel capitis minutione opus erat. Quod etſi Romani ex civilibus notionibus ſtatuerunt, tamen ceteroquin multa iidem rerum convenientia forte inducti ex naturali ſimplicitate retinuerunt.

Ratio juris Romani novioris.

## §. VI.

Quod ad mores Germanorum pertinet, videamus, num ſecundum veteres & hodiernos mores filia per nuptias familiæ mariti aggregetur, vel pars familiæ paternæ eſſe deſinat. Nam ſi hoc admittitur, dicendum utique eſt, filiam per nuptias a patria po-

Inſpectio ex moribus Germanorum

teſtate liberari, quia jure quoque Romano familiæ mutatio capitis minutio fuit, qua poteſtas patria diſſolvebatur. §. 3. *J. de capit. dimin. Ayrer de jure connub. apud Romanos §. 23.*

## §. VII.

vetuſtis, Ac priſcis quidem temporibus Germani, ut Romani aliæque gentes uxores emerunt. Vid. *Gundling. de emt. uxor.* C. 1. §. 20. ſq. *Ayrer de connub. German. S. 1. §. 9.* Quo pacto ſponſus ſponſam, antequam domum deduceret ſuæque manui ſubjiceret, de patria vel tutoria poteſtate redemit ſibique acquiſivit. Quod poſt Gundlingium recte annotavit Dn. *Ayrer* c. l. Ex quo idem cum Hertio & Ottone veniſſe illud putat, ut in nuptiis vocabulum freyen uſurpetur, quippe nuptiis liberi patria poteſtate liberentur. Certe vox frey ſignificat, ſui juris, dominum & exemtum ab omni poteſtate eſſe. Vid. *Heineccii Elem. Jur. Germ. T. I. L. I. tit. 8. § 164.* & Tr. noſter *de Jurisdictione P. 2. S. 3. C. 1. §. 120.* Accedit hanc in rem, quod *Everhardus Otto* in diſſ. *de perpetua feminarum tutela C. 2. §. 3.* obſervavit, ſponſæ manus per annulum, pedes autem per calceamenta olim jungi & vinciri in ſubjectionis maritalis ſignum, quo oſtenderetur, maritum tutelam ſeu mundium, quod poteſtatis nomen eſt, in uxorem accepiſſe & a patre acquiſiviſſe. Ex quo Everh. Otto c. l. confecit, filias per nuptias patria poteſtate liberari. Plane quod ad poteſtatem mariti in uxorem pertinet, *Julius Cæſar de bello Gall.* L. 6. C. 59. jam annotavit, Gallos in uxores, ut in liberos, vitæ necisque poteſtatem habuiſſe. Apud Germanos autem uxores in tutela & mundio vel poteſtate maritorum ſemper fuiſſe, plenius convicit *Heineccius* in diſſ. *de marito tut. & curat. uxor. legit.* C. 2. & *Element. Jur. German. T. I. L. I. tit. 12. §. 282. ſq.* Ex quo venit, ut maritus tutor & mundius ex hac in uxorem poteſtate omnia ejus bona antiquitus jure uſufructuario tenuerit, qui uſusfructus alias extra dotem ad patrem pertinuiſſet. Et quemadmodum uxor Romana, quæ in manum convenerat, portionem filialem e bonis mariti accipiebat, liberis autem deficientibus in omnia ejus bona ſuccedebat, ita ſtatuta quoque pleraque Germaniæ ſervant, ut vel ex propriis mariti, vel ex communibus bonis uxor poſt mortem mariti portionem accipiat, vel deficientibus liberis omnino ſuccedat. Quanquam diverſitas ſtatutorum hac in re depre-

deprehenditur. Multis quoque locis condominium & communio bonorum vel ſecundum proprietatem, vel ſecundum uſum, vel ſecundum acquæſtum conjugalem adhuc exiſtit, de quo ex moribus vetuſtis latius tractavit *Heineccius* in *Element. Jur. Germ. T. I. L. I. tit. 12.* Quod cum patria poteſtate conſiſtere non poteſt. Et priſcis moribus filiam nubendo patria poteſtate liberari, plenius oſtendit *Heineccius* in *Elem. Jur. Germ.* T. I. L. I. tit. 8. §. 164. ſq. 168. ſq. Add. *Lex Viſi-Goth.* L. 4. tit. 2. §. 13. *Cum vero filius duxerit uxorem, aut filia maritum acceperit, ſtatim a patre de rebus maternis ſuam accipiat portionem, ita ut uſufructario jure patri tertia pars prædictæ portionis relinquatur.*

## §. VIII.

Sed etſi jure Romano recepto, ſi a Saxonia & ſtatutis particularibus receſſeris, tutela viri in uxorem ceſſat, neque bonorum communio hodie communi jure obtinet, diſtinctio præterea dotis & paraphernorum & ſucceſſio conjugum juris Romani admittitur, tamen hodierno quoque jure defendi poteſt, filiam per nuptias patria poteſtate liberari, neque hac in re contrarium receptum eſſe. Principio quidem oſtendi, jure & ſimplicitati naturali conveniens eſſe, ut filia nubendo ſocietati domeſticæ & familiæ mariti aggregetur, paterna autem familia exeat, nec poſſe duorum imperiorum pugnam in eadem domo conſiſtere. Deinde etſi patriæ poteſtatis effectus per jus Romanum recentius ſecundum jus naturæ temperatos fere agnoſcimus, tamen hujusmodi patriam poteſtatem non habemus, quæ in dominio Quiritario conſiſtat, vel & dominium liberorum quaſi rei corporalis contineat. Quamobrem nec abdicatione ejus ſolenni & expreſſa apud nos opus eſt, ſed potius naturalis juris ſimplicitas juri civili eſt præferenda. Præterea poteſtatis patriæ effectus poſt nuptias filiæ vix deprehendes. Tum etſi nos quoque familias civiles gentesque, ut Romani, habemus, tamen fere eſt, ut dicatur, filiam nubendo familia paterna exire, & mariti familiæ aggregari. Uxor enim nomen mariti familiare adſciſcit, neque amplius priſtino familiæ nomine, niſi forte nativitatis deſignandæ gratia, utitur. Nomen autem familiare gentem & familiam deſignat, adeoque in conventione in manum matremfam. mariti nomen accepiſſe, in matrimoniis autem juris gentium uxores ſuæ gen-

hodiernis.

Flia nubendo familiam mutat.

tis nomen retinuiſſe, jam antea obſervavi. §. III. IV. Conf. *L. 32. §. 6. ff. de Leg. II. In fideicommiſſo, quod familiæ relinquitur, hi ad petitionem ejus admitti poſſunt, qui nominati ſunt, aut poſt omnes eos extinctos, qui* ex nomine defuncti *fuerint eo tempore, quo teſtator moreretur.* Præterea non minus hodie uxores armis & inſignibus familiaribus vel gentilitiis mariti utuntur, etſi plerumque paternæ gentis arma originis deſignandæ gratia jungantur. Conf. *Sebaſt. Feſch de Inſignibus eorumque jure C. 11. §. 12.* Familiæ autem & agnationes ex armis & inſignibus tanquam propriis cuique ſignis agnoſcantur, & qui in nomen, illi & in arma familiarum ſuccedunt, quippe inſignia agnationem, originem & familiam arguunt, ut dicit *Feſch de Inſignibus* C. 14. *n. 2. p. 149.* Accedit, quod ex conſuetudine quoque & loquendi uſu hodierno filia nubendo paterna familia exire & mariti familiæ aggregari dicitur, *Feſch c. l. C. 11. n. 12.* & mortua uxor ſepulcro quoque majorum familiari inferatur. *Stryk Uſ. mod. Dig. tit. de relig. c. 2. §. 24.* Neque vero ad rem pertinet, quod in ſucceſſionibus familiæ uxor vel vidua non admittatur. Succeſſiones enim fere cognationem quoque naturalem requiritur, & hodie omnino extra feuda & bona ſtemmatica jure magis cognationis, quam agnationis ſuccedítur. Quæ ratio eſt, cur & in familia paterna uxor jure cognationis ſuccedat. Potius igitur eſt, ut dicamus, filiam adhuc nubendo, familiam mutare & de paterna in mariti familiam tranſire, conſequenter per familiæ mutationem patria poteſtate liberari.

## §. IX.

Illuſtratio. Plane in *L. fin. C. de Verb. Sign.* Juſtinianus in dideicommiſſo familiæ propinquis deficientibus generum quoque & nurum admiſit. Ex quo conficias, familiæ nomen aliquando latius ſumi, neque adeo uxorem ad jura familiæ ex nomine admittendam eſſe. Sed fruſtra hoc objicitur. Nam familiæ finitio ſatis conſtat, a qua gener & nurus Romana excludebantur. Juſtinianus autem Imperator ex voluntate teſtatoris eo caſu ita judicavit, quia credibile eſt, deficientibus propinquis teſtatorem eos familiæ nomine comprehendiſſe, qui arctius, quam alii ſibi jungerentur.

§. X.

## §. X.

Atque hac in re Doctores quoque fere omnes consentiunt, ut, quemadmodum filius per separatam œconomiam, ita per nuptias filia patria potestate liberetur. Et plane si admittas, filium separata œconomia instituta sui juris fieri, idem in nuptiis filiæ admittendum est, tantoque magis, si separata œconomia accedat. Idque moribus hodiernis Germaniæ & ceterarum gentium conveniens est. Vid. *Simon van Leuwen* Cens. for. L. 1. C. 9. §. 9. qui de Belgio, Germania, Gallia, Hispania, Lusitania, Anglia & Italia auctoritates scribentium allegavit, *Voet* ad tit. ff. de adopt. & emancip. §. 13. ab eoque relati Ddres, *Berlich* P. 2. Concl. 11. n. 31. 34. & 39. *Carpzov* P. 2. C. 10. def. 2. *Mevius* ad Jus Lubec. L. I. tit. 4. art. 5. in f. & Cons. 42. n. 91. *Sande* Dec. Fris. L. 2. tit. 7. def. 5. ab eoque allegati auctores, *Barthius* de emancipatione Saxonica §. 4. *Carmon* de abdicatione liber. S. 3. §. 6. *Hahnius* ad Wesenbec. tit. de adopt. not. jure vero Saxon. *Renz* Mixt. Jur. Rom. & Patr. in mat. de patria potest. §. 32. ab eoque alleg. *Harprecht*, *Hoppius* ad §. 6. I. quib. mod. patr. pot. solv. *Thomasius* de usu juris paterni sec. mor. Germ. C. 3. §. 8. & de quasi emancip. Germ. §. 24. & 43. *Bœhmer* de statu liber. sui jur. fact. per separat. vel nupt. C. 2. §. 1. sq. *Boekelmann* ad tit. ff. de adopt. & emanc. §. 17. *Huberus* Prælect. ad Instit. quib. mod. jus patr. pot. solv. §. 8. Dn. *Grupen* Discept. for. C. 2. M. 2. per tot. §. 14. sq. *Heineccius* Elem. Jur. Germ. T. I. L. I. §. 173. Et præsertim si separata œconomia accedat, idem defendunt *Lauterbach* in Colleg. theor. pract. Dig. tit. de adopt. & emancip. §. ult. *Stryk* in usu moderno Dig. tit. de adopt. §. 23. Et in filia majorenni idem statuit *Georg Beyer* in *Specim. Jur. Germ. L. 1. tit. 26. §. 86.* Quæ distinctio in filia vix adhibenda est. Atque de terris Electoralibus Brunsvicensibus & Luneburgensibus præjudicia hanc in rem relata extant apud Dn. Grupen c. l. Et ita summum Tribunal Cellense in contradictorio aliquoties judicavit, quæ præjudicia retuli in superiore Observatione §. XV. & XIX.

Consensus Doctorum & ceterarum gentium.

OBSER-

# OBSERVATIO C.

## *De appellatione a judiciis Meyerdingicis.*

Cauſas meyerdingicas ad judicium meyerdingicum proprie pertinere, neque appellationes deinde admitti, niſi ad judicium meyerdingicum ſuperius, tradunt *Gerike* in Schottel. illuſtr. append. C. 3. §. 4. & *Kreſſius* in diſſ. de privileg. agricult. apud Germanos Sect. 2. §. 9. in not. Et ita in terris Hildeſienſibus inveterato uſu cuſtodiri, ut neque Regimen vel curia provincialis, neque Camera Imperialis in iis cauſis appellari poſſit, ſed dominus duntaxat ipſe directus, oſtendit Dn. *Struben* in Tr. de bonis Meyerdingicis §. 38. Quo pertinet, quod in Transactione ſuper vico Evren in Præfectura Iltenſi Ducatus Luneburgici inter Ducem Chriſtianum & Præpoſitum Eccleſiæ Cathedralis Hildeſienſis d. 16. Dec. 1621. expreſſum eſt: Hierunter aber zum vierten diß zugleich abgehandelt und vertragen worden, daß den Leuten zu oft gedachten Evern frey und bevor ſtehen ſolle, von den Urtheilen, ſo daſelbſt gefället werden, an S. F. Gnaden und deroſelben Nachkommen unbehindert zu provociren und zu appelliren . . jedoch daß die Thum-Pröbſtliche oder Kirchen-Meyer- und Freydings-Güter, in der Feldmarck ihrer Länderey vor Evern belegen, und ſolcher Freyding anhangende Sachen hierunter nicht begriffen, oder gemeynet ſeyn, ſondern dieſelbe, als an der Kirchen ſolches Meyerding gehörig, bey alten Herkommen gelaſſen, und per viam appellationis an S. F. Gnaden nicht gebracht werden ſollen. Aliter in Ducatu Guelpherbytano obtinet, ubi appellationes ad judicia ſuperiora omnino admittuntur. Vid. Statuta Olsburgenſia apud Dn. *de Gœbel* in diſſ. *de ſingularibus quibusdam prædiis ruſticorum in appendice lit. L.* & confirmatio Ducis Antonii Ulrici de judiciis Hægerdingicis *ibidem lit. N.* Et plane, niſi uſu ita cuſtoditum ſit, merito dicendum eſt, appellationes a domino directo ad dominum territorii admitti, quia directus dominus ratione hujus dominii ſubjectus dominio territoriali eſt, ad ſuperiorem autem judicem recte appellatur. Certe in cauſis feudalibus quoque coram judicio feudali tractatis, quibus ego ſimiles cauſas meyerdingicas habui in Tr. de Jurisdict. Germ. P. III. S. III. C. II. §. XIV. ſq. appellationes ad ſuperiorem vel territorii dominum doctiſſimi Ju-

Jureconsulti admittunt. Quod consideratum est in summo Tribunali Cellensi in causa Cord Behren aus Müllingen Bekl. und Appellanten contra den Registratorem des Hannöverschen Stipendien-Registers, Senatorem Gottschalk Appellaten, in puncto reluitionis & liquidationis.

# OBSERVATIO CI.

## *De funerum ductione per jurisdictionem alienam.*

Jure Romano tam corpora perpetuæ sepulturæ tradita, quam commendata vel deposita, sine permissu eorum, quibus permittendi jus esset, Pontificum scilicet, Principum & Proconsulum transferri non potuisse, contra *Radulphum Fornerium* & *Noodtium* explicavit Vir doctissimus, *Christoph. Ludov. Crellius* in Diss. de translatione mortuorum per territorium alienum §. 8. 9. dubitat autem contra Bergerum, an translatio corporum mortuorum per locum jurisdictionis magistratui denuntianda ejusque venia requirenda sit, præsertim si permissu Consistorii funus vel ex justa causa ducatur. In quam rem sententiam JCtorum Wittebergensium retulit. Sed summo Tribunali Cellensi in eadem causa aliter placuit, & pronuntiatum est d. 23. Maji 1733. in causa Anwalds der Freyherrlichen Görzischen Vormundschaft, Appellanten, contra den Anwald der Uslarschen Vormundschaft des Hauses Elbickerode, Appellaten in hunc modum: daß übel gesprochen und wohl appelliret, und solchemnach die Urthel a qua dahin zu reformiren, daß die Appellatin und das Haus Elbickerode der Durchfuhr der Leichen durch das Freyherrliche Görzische Gerichte Garte von Vogelsang nach Bremke ohne vorgängige gebührende Requisition sich zu enthalten schuldig sey; es könnte und wollte denn ermeldte Appellatin, immassen ihr zu thun oblieget, zwischen hier und nächster Juridica extraordinaria, als welcher terminus ihr desfalls sub præjudicio angesetzet wird, ihre gerühmte Possessionem vel quasi der prætendirten freyen Durchfuhr der Leichen durch besagtes Görzische Gerichte besser, als geschehen, beybringen, als worauf sodann desfalls ferner ergehet, was sich zu Recht gebühret. Meminerimus autem, eam jurisdictionem, de qua in sententia agitur, clausam esse, de qua jurisdictionis specie conferendus est liber noster de Jurisdictione Germanica P. II. S. III. C. III. Quæ jurisdictio non tantum ad-

vocatiam, ſed & miniſterium in cauſis eccleſiaſticis & ceteris territorialibus continet. Igitur an præter jurisdictionem clauſam idem jus prohibendi competat poſſeſſori jurisdictionis altæ, vel criminalis, vel civilis vulgaris, de ea re dicere hoc loco nihil attinet. Nam certe ſi exercitium jurisdictionis eccleſiaſticæ in ea re, quemadmodum jure Romano, requiritur, præter clauſas jurisdictiones ad alias extendi id minime oportet.

# OBSERVATIO CII.

## *De ſolennitatibus teſtamenti militaris.*

Maximilianus Imperator in Receſſu Imperii a. 1512. tit. von Teſtamenten, ex ſententia gloſſæ conſtituit, ut militibus demum in ipſa pugna conſtitutis teſtes ceteræque ſolennitates teſtandi remitterentur, in expeditione autem & caſtris, ſed non in pugna, conſtituti duos teſtes adhiberent. Oder von Rittern, die zu Feld, und doch nicht im Streit wären, da wird ſolch Anzahl der Zeugen nachgelaſſen bis auf zween: Aber die Ritter, die in Ubung des Streits ſind, mögen ihr Teſtament machen ohne alle Solennität oder Form, und wie ſie wollen. Jedoch die Ritter, ſo nicht in ſolcher Ubung und Streit noch auch zu Feld liegen, ſollen ihr Teſtament nach gemeinen Rechten machen. Ex quo illud quoque conficitur, militibus in expeditione duntaxat & caſtris, non autem in pugna conſtitutis, nihil quam numerum teſtium remitti, adeoque duos teſtes in uno quoque actu adeſſe debere & continuitatem teſtandi requiri. Ex facto igitur hujusmodi ſpecies incidit. Miles quidam a. 1734. d. 12. Septembr. in caſtris prope Heidelbergam teſtamentum condiderat, a duobus teſtibus ſubſcriptum. Quærebatur, utrum recognitione teſtium opus eſſet, & num præterea teſtium præſentia ſimultanea actusque teſtandi continuus requireretur, an teſtamentum ex ſola militis voluntate, ut teſtamentum militare absque omnibus ſolennitatibus valeret. Quod dicendum non eſt. Nam etſi eodem tempore hoſtilis exercitus Gallorum prope ſtetiſſet, tamen in caſtris, non in pugna, miles fuerat. Quamobrem d. 9. Maji 1737. ex conſilio JCtorum Halenſium ſententia publicata eſt hujusmodi: Es iſt aber dennoch Philipp Redderſen und Chriſtoph Frieſen der von dem Fourier Schuhmacher im Campement bey Heidelberg den 12. Sept. 1734. errich-

richtete letzte Wille in Originali zur Recognition ihrer Unterschrift vorzulegen, und sind dieselben nochmals wegen derer dabey vorgekommenen Umstände vermittelst Eydes zu vernehmen, worauf sodann in dieser Sache ferner ergehet, was recht ist. Es könnte uns wollte denn Beklagter binnen Monats-Frist gebührend erweisen, daß der verstorbene Fourier Schuhmacher zur selben Zeit, als er seinen letzten Willen errichtet, sich in denen Waffen befunden, und gegen einen feindlichen Angriff in wircklicher Bereitschaft gestanden, damit würde derselbe, Klägers Gegen-Beweis in ebenmäßiger Frist vorbehältlich, billig gehöret, und sodann gedachter letzter Wille auch ohne derer Zeugen Unterschrift vor zu Recht beständig gehalten. Quæ sententia cum in supplicationis instantia reformata esset, appellatione interposita summum Tribunal Cellense d. 27. Maji 1741. sententiam Halensem restituit, in hunc modum: Daß übel gesprochen, wohl appelliret, und mit Aufhebung der den 6. Febr. 1738. von Unserm Hofgerichte zu Hannover abgesprochenen Sentenz die von Halle eingeholte und den 9ten May 1737. eröffnete Urthel wieder herzustellen und zu confirmiren sey. Würde nun der Beklagte und Appellat, wie er in proxima zu thun schuldig, ordentliche Probatorial-Articul cum denominatione testium übergeben, so soll so wohl wegen deren Abhörung, als wegen der in jetztgedachter Urthel erkannten Recognition ferner ergehen, was recht ist. In causa Johann Christian Tollen, contra Christian Friedrich Schuhmacher. Cum deinde appellatus articulos exhibuisset neque ad unitatem actus neque ad pugnandi exercitium accommodatos, summum Tribunal d. 13. Jun. 1742. eos rejecit his verbis: Weil die producirte articul nach der confirmirten Hälliſchen Urthel vom 9. May 1737. nicht auf unitatem actus, noch auf die recognitionem manus, auch auf das 2te probandum gedachter Urthel nicht gerichtet; so werden dieselbe als irrelevant verworfen. Postea aliis articulis de adhibitis solennitatibus productis, summum Tribunal d. 29. Nov. 1742. ita decrevit: Und werden die nunmehro verbesserte probatorial-articul ad probandum zugelassen, der 7. Articul aber ist dahin annoch zu erläutern: wahr, daß solches alles, daß der Testator die beyde Zeugen zur Unterschrift des Testaments ersuchet, und diese Zeugen solches unterschrieben, zu gleicher Zeit, und also uno actu, geschehen ꝛc.

# OBSERVATIO CIII.

## *De privilegio pecuniæ hæreditariæ.*

§. I.

Pecuniæ hæreditariæ definitio.

Tractaturi de privilegio pecuniæ hæreditariæ videamus primo, quæ pecunia hæreditaria sit. Est autem pecunia hæreditaria pretium hæreditariæ portionis, quo unus cohæres ceteros ab hæreditate dimittit eorumque portionem & totam hæreditatem vel prædium hæreditarium redimit, & acquirit.

§. II.

Quem contractum contineat.

Intelligitur, revera emtionem venditionem semper intercedere. Sed etsi contractus innominatus esset, tamen nulla differentia intercederet, quia nostris moribus pacta eandem firmitatem habent, quam contractus nominati Romanorum, consequenter contractuum innominatorum vix usus ullus supereſt.

§. III.

Quo casu privilegium ejus defendi possit.

Quod si igitur de privilegio pecuniæ hæreditariæ quærimus, illud merito distinguimus, utrum de pretio portionis hæreditariæ fides habita sit, an minus. Quod si fides habita non est, tum sane alter cohæres dominium pro parte ceterorum nondum acquisivit, adeoque ceteri deinceps denuo partem suam recte vindicant, si cohæres bonis forte labatur, ut implere contractum non possit.

§. IV.

Quod amplificatur.

Idem dicendum puto in hujusmodi prædiis, quæ ex eorum natura uni cohæredum assignanda sunt, & ex quibus reliqui dotem duntaxat vel alimenta pro hæreditaria portione petere possunt, ut in prædiis colonariis rusticorum. Quo casu si mores ita ferant, ut antequam matrimonium ineant, petere dotem non possint, vix dici potest, fidem eos cohæredis secutos esse, tantoque minus, quia nec impedire potuerunt, quo minus uni cohæredum totum prædium assignetur.

§. V.

Quo casu defendi non possit.

Sin autem cohæredes fidem hæredis super pretio hæreditariæ portionis sequantur, tum sane, etsi hypothecam sibi in bonis reservent,

vent, tamen quia fidem de pretio habuerunt, ex jure condominii deinceps vindicare res hæreditarias non possunt. Adeoque hoc casu privilegium pecuniæ hæreditariæ nullum existit. Nam a contractibus innominatis minus recte huc concludi, id quidem §. II. jam ostendi. Et secundum hoc summum Tribunal quoque Cellense judicavit d. 27. Junii 1743. in causa Johann Witten nachgelassener dreyer Kinder bestellten Vormünder, Titje Schlatermund, Peter Witten und Dierk von Drateln, auch gedachten Peter Witten für sich, ingleichen Henning Beyen, Nahmens seiner Ehefrau Marien Elisabet Witten und des Debitoris communis, Claus Witten Mutter, Marie Witten, Appellanten contra das Amt Wilhelmsburg, jetzo die übrige ihnen vorgesetzte Gläubiger, Appellaten in puncto prioritatis, in hunc modum: auch quoad Gravamen 2dum das vermeintliche Privilegium der Erb-Gelder in gemeinen Rechten nicht gegründet ꝛc.

## §. VI.

Quid si hypotheca reservata sit.

Plane si pro pecunia hæreditaria hypothecam sibi cohæres in prædiis hæreditariis reservet, etsi deinde vindicatio ei non concedatur, tamen ex hypotheca reservata creditoribus cohæredis omnibus antefertur. Vid. *Voet* ad tit. ff. qui pot. in pign. §. 18. Et ita summum Tribunal Cellense in eadem causa pronuntiavit: Alldieweilen indessen mittelst des zwischen Appellantibus, und dem nunmehrigen Cridario d. 16. Januarii 1736. errichteten N. 13. Act. Trib. originaliter befindlichen Erbtheilungs-Recessus denen darinn ausgelobten Geldern, dessen Inhalte und Zusammenhange nach, ein dingliches Recht in denen Erb-Stücken allerdings reserviret, solchem aber, nach Maßgabe besagter gemeiner Rechte, der Vorzug vor allen des Cridarii Gläubigern gebühret; Solchemnach von Richtern voriger Instanzen durch Præferirung derer sub num. 2. 3. 5. 6. 7. 8. 9. 12. 13. 14. 15. 16. 17. & 18. classificirten Gläubiger übel gesprochen, wohl davon appelliret; So ist oberwehnte am 4ten April 1740. bey Unserm Amte Wilhelmsburg eröfnete Prioritæt-Urthel nebst dem Canzley-Bescheid vom 20. Junii d. a. N. 7. Act. 2. Inst. dahin zu ändern: daß besagte Appellati denen Appellantibus nicht vor- sondern nachzusetzen, jedoch ꝛc.

# OBSERVATIO CIV.

## *De privilegio mercedis famulitiæ.*

### §. I.

Privilegium mercedis famulitiæ.

Privilegium mercedis famulitiæ, ut præ ceteris creditoribus in prima classe collocetur, moribus universæ fere Germaniæ obtinet. Vid. *Mevius* ad Jus Lubec. P. 3. tit. 1. art. 11. n. 56. sq. *Lauterbach* Coll. theor. pract. Pand. tit. de privileg. cred. §. 30. Et secundum hoc in terris quoque Brunsvicensibus & Luneburgensibus nunquam non pronuntiatur. Quam in rem sufficiat citare sententiam Cancellariæ Cellensis in Concurs- und Prioritæt-Sachen des General-Lieutenants, Freyherrn von Schulenburg Gläubiger, nec non in Concurs- und Prioritæt-Sachen des Ober-Hauptmanns de Bucco, sententias Cancellariæ Hannoveranæ in Concurs- und Prioritæt-Sachen des Secretarii Langschmidts Gläubiger, item Ernst Gottlieb von Hedemann Creditorum, summi Tribunalis Cellensis autem in Concurs- und Prioritæt-Sachen des Secretarii Schreibers Gläubiger, nec non der Gräflich-Löwenhauptischen Gläubiger.

### §. II.

An dimissione famuli sublatum sit.

Illud quoque nihil interest, tempore mortis vel concursus existentis famuli adhuc ministerio fungantur, an dimissi sint. Neque enim intelligitur, cur privilegium dimissione tollatur, præsertim quia plerumque dominorum mora in ea re existit. Et ita Cancellaria Cellensis pronuntiavit in causa des General-Lieutenants, Freyherrn von Schulenburg Gläubiger.

### §. III.

An numero annorum circumscribatur.

Sed neque annorum quodam numero privilegium circumscribendum est. Cur enim ideo evanesceret, quod famulus ministerium diutius continuaverit? Sane ideo, quia suum consequi non possunt, spe autem semper quamvis inani forte ducuntur, ministerium sæpius continuare malunt, quam ædibus domini relictis spem mercedis omnem abjicere. Et ita Cancellaria Cellensis pronuntiavit in Concurs- und Prioritæt-Sachen des General-Lieutenants, Freyherrn von Schulenburg Gläubiger.

§. IV.

§. IV.

Quod in mercede, idem merito in eo obtinet, quod pro sustentatione, victu & corporis alimentis datur, ut Kostgeld, & quæ eo pertinent. Est enim sustentatio mercedis pars. Quemadmodum Cancellaria quoque Cellensis pronuntiavit in Concurs- und Prioritæt-Sachen des General-Lieutenants Freyherrn von Schulenburg Gläubiger. Transfertur ad id, quod famulis pro victu debetur.

§. V.

Illud agitatur, an privilegium mercedis pereat usuris desuper acceptis. Quod quidem rationi juris non congruit, nisi constet novationem factam esse, & veterem debiti qualitatem in aliud debitum transfusam esse, quippe alias novatio non præsumitur, & quamdiu causa debiti eadem supereſt, privilegium quoque merito durat. Secundum quod Cancellaria quoque Cellensis in eadem causa pronuntiavit. An pereat privilegium usuris mercedis acceptis.

# OBSERVATIO CV.

## *Muneris functione mutata an pristinum salarium debeatur.*

Comes de Pl. & H. Satrapa idemque conductor præfecturæ O. a. 2709. administratorem præfecturæ, salario certo annuo promisso, constituerat, potissimum quidem, ut nominatim dicebatur, rei familiaris causa. Erat tamen in epistalmate simul comprehensum, ut quanquam ad præfecturæ jura observanda causasque judiciarias alius minister Præfecti nomine constitutus esset, cujus hæ propriæ partes essent, administrator tamen simul cum eo præfecturæ quoque jura & jurisdictionem curaret, in eaque re Præfectum adjuvaret. Deinde a. 1717. convenit, ut administrator pro annuo locario præfecturam a Comite subconduceret. In quo contractu expressum erat, conductorem, ut antea, præfecturæ quoque jura & jurisdictionem curare, de salario autem nihil cavebatur, sed potius promiserat conductor, locarium statutum sese nulla ratione imminutum semper soluturum esse. Cum deinde usque ad a. 1727. subconductor ille fuisset, pristinum salarium nunquam petierat, neque in rationibus sibi adsigna-

adſignaverat, neque unquam locarii partem ea ratione retinuerat. Defuncto autem Comite cum hæredes ejus reſiduam mercedem peterent, conductor reconveniendo eos ſalarium, quod antea adminiſtratori ipſi ſtatutum eſſet, exigebat. Contendebat enim priſtinas muneris partes in præfecturæ juribus obſervandis ſe deinde quoque obiiſſe & miniſterium Comitis continuaſſe. Novationem autem factam non eſſe, vel certe non præſumi, donec liquidiſſime probetur. Quam in rem ſententiam quoque victricem obtinuerat. Sed ſummo Tribunali Cellenſi aliter placuit. Nam etſi priſtini miniſterii partem ille continuaſſet, tamen ex initio conſtitutus potiſſimum adminiſtrator rei familiaris fuit, & pro hac primaria & principali obligatione promiſſum antea ſalarium intelligebatur. Cum autem a. 1717. adminiſtratio rei familiaris in locationem & conductionem converſa eſſet, contractus antea celebratus omnino finitus erat, & non quidem novatio, utpote quæ duntaxat debitum prius in aliam obligationem transfundit, ſed nova plane conventio & obligatio intercedebat. Cum igitur in hoc novo contractu ſalarium promiſſum nullum eſſet, neque ex priori neque ex novo contractu ſalarium debebatur. Non ex priore, quia is finitus erat & ſi quo miniſterio deinde conductor fungebatur, ex novo contractu veniebat. Non item ex novo, quia nihil ipſi promiſſum erat, & primaria quoque ratio ſalarii ceſſabat. Quod tanto magis dicendum erat, quia conductor quoque locarium ſeſe annuatim ſine ulla imminutione ſoluturum ſpoponderat. Accedebat ſubſecuta obſervantia tot annorum, quæ intentionem quoque contrahentium optime explicabat. Sed etſi pro continuata miniſterii parte ſalarium ex æquitate forte deberetur, quod minime videbatur, tamen priſtinum ſalarium deberi nullo modo poterat, ſed potius hoc ſalarium incertæ pollicitationis, velut *Jac. Gothofredus* de Salario C. 11. §. 6. explicat, nullo vinculo aut nexu civili adſtrictum fuiſſet, quod neque judicio mandati neque extra ordinem peti poteſt, adeo ut ne ad conſtituendum quidem ſalarium agi poſſit. *L. 56. §. 3. ff. mand. L. 1. in f. L. 17. C. eod.* (*) Quamobrem ſummum Tribunal in hunc modum pronuntiavit d. 27. Junii 1743. Die Haupt-Sache betreffend, weilen quoad Gravamen 1. aus des Appellaten Beſtallungs-Briefe vom 28. Oct. 1709. zu erſehen, daß derſelbe fürnemlich zu Verwaltung des Amts-Haushalts von

(*) Conf. T. II. Obſerv. V.

von weyland dem Grafen von Platen bestellet, hingegen die Justiz- und Amts-Sachen, welche ihm daneben mit anvertrauet, eigentlich dem Amtmann Küpecken aufgetragen gewesen, mithin auch das dero Zeit versprochene Salarium dem Appellaten eigentlich und fürnemlich wegen zu führenden Amts-Haushalts ausgelobet worden, folglich da diese desselben Verrichtung a. 1717. aufgehöret und er von der Zeit an Pächter gewesen, der ehedem verheissene Gehalt von selbst weggefallen, beyde contrahirende Theile auch selbst gegen einander diese Meynung gnugsam zu erkennen gegeben, indem nicht nur Appellat in dem Contract de 1717. versprochen, dem Grafen von Platen an baaren freyen Uberschuß alle Jahr 2400. Thaler ohne einigen Abgang, Anrechnung oder Abkürzung zu bezahlen, und daneben derselbe alle und jede Ausgaben bey dem Amte, welche dem Grafen zur Last gewesen, und demselben bishero in den Registern berechnet worden, übernommen, sondern auch in denen folgenden 10. Jahren, als von 1717. bis 1727. Appellat nie einiges Salarium empfangen, noch gefordert, zudem allenfalls eine ungewisse pollicitatio Salarii nach klarer Vorschrift der Rechte nichts würken würde, als ist vom Richter voriger Instanz desfalls übel gesprochen und wohl appelliret, mithin Sententia a qua dahin zu reformiren, daß Appellat mit seiner ungegründeten Gegen-Forderung des Salarii gäntzlich ab- und zur Ruhe zu verweisen, folglich dieserhalben an dem noch schuldigen Locario etwas zu kürzen nicht befugt sey.

# OBSERVATIO CVI.

## *De obligationum identitate.*

Creditor & debitor rationibus inter se collatis, quid alter alteri deberet, in instrumento desuper confecto expresserant. Quo facto in eodem instrumento debitor creditori pro parte debiti nomina quædam in solutum dederat, pro residua autem parte trecentorum thalerorum usuras quincunces spoponderat & securitatis gratia bona sua universa creditori oppignoraverat, eademque pro ratione debiti, in specie autem nomina alia expressa ei cesserat. Eadem die debitor in peculiari cautione desuper confecta expresserat, se creditori adhuc debere trecentos, pro quibus similiter usuras quincunces, in causam autem moræ sextunces spoponderat eandemque

omnino ſecuritatem conſtituerat. Poſtea creditor ex utroque inſtrumento trecentos, adeoque ſexcentos petebat. Reus autem excipiebat, eſſe duo inſtrumenta, ſed eandem ſummam idemque debitum duobus inſtrumentis expreſſum. Et plane eadem cauſa debendi, eadem ſumma, idem tempus, eadem ſecuritas conſpiciebatur. Utrumque debitum erat reſiduum pecuniæ antea diverſis vicibus mutuo acceptæ, de qua eadem die rationes prolatæ fuerant, neque in rationibus eo tempore collatis major ſumma continebatur, quam quæ in ſuperius inſtrumentum deducta jam erat. Neque creditor oſtendere poterat, alios trecentos eodem tempore debitorem adhuc ex mutuo debuiſſe. Idem igitur debitum habendum erat, quippe determinantibus iisdem determinata quoque eadem ſunt. De qua re commodiſſime *Jo. Sam. Stryk* in Diſſ. *de eo quod juſtum eſt circa identitatem* C. 6. §. 7. ita ſcribit: *Quod vero ad inſtrumenta obligationum, ſi duo vel plura ejusdem tenoris, ejusdem anni & diei, ejusdem ſummæ & cauſæ debendi appareant, non dubito, quin pro identitate unius ejusdemque debiti ſtet præſumtio juris.* Accedebant aliæ circumſtantiæ, quæ plane idem debitum eſſe, arguebant & actorem ſuſpicione calumniæ onerabant. Cum igitur Cancellaria Regia Stadenſis actorem plus petentem repuliſſet, ille autem ad ſummum Tribunal Cellenſe appellaſſet, decretum d. 30. Nov. 1741. tulit hujusmodi: Nachdem Gravamina von keinem Anſchein, allermaſſen auſſer denen übrigen wider Implorantin ſich darlegenden Anzeigen, daß die in vorigen Actis ſub A & B bemerkte Documenta, nemlich der Vergleich d. 7. May 1736. und die Obligation d. eod. d. nur von einer und eben derſelbigen Schuld-Summe von 300. Rthlr. reden, folglich dieſer Poſt böslicher Weiſe gedoppelt gefordert werde, der Implorantin in dem Libello appellationis geſchehenes Anführen, wie nach geſchloſſenem Vergleich ſich gefunden habe, daß deren verſtorbener Mann, weyl. Adv. Cruger des Rittmeiſter von Wangelin Vormunde, Land-Rath von Meyhern annoch 300. Thlr. an ⅔ Stücken vorgeſchoſſen habe, wie ſich jedoch gebühret, überall nicht beſcheiniget, ohne ſolches aber im geringſten nicht glaublich iſt, als kann dem Suchen, Proceſſus zu erkennen, nicht deferiret werden. Sed etſi appellans in reſtitutionis inſtantia proceſſus deinde appellatorios obtinuiſſet, tamen ponderatis actis univerſis ſummum Tribunal priorem ſententiam confirmavit d. 27. Jun. 1743. ſic: Alldieweilen der

Klägerin

Klägerin und Appellantin bey vorkommenden Umständen allerdings obgelegen, zu zeigen, daß ihr verstorbener Mann, weyl. Advocatus Cruger, dem Major von Wangelin ausser denen in dem Vergleich vom 7. May 1736. berechneten 300. Rthln. annoch 300. Rthlr. wie derselben Angeben nach an eben dem Tage nach bereits geschlossener Liquidation sich aufgefunden haben soll, dargeliehen habe, mithin daß die in der Obligation von 7. May 1736. enthaltenen 300. Rthlr. von denen nach dem Vergleich d. eod. d. schuldig gebliebenen 300. Rthlr, gegen die aus denen Instrumentis sonst eintretende rechtliche Vermuthung, unterschieden seyn, Klägerin und Appellantin aber desfalls so wenig etwas beträchtliches beygebracht, daß vielmehr allenthalben nach wie vor erscheinet, daß beyde Posten einerley seyn, und von derselben böslicher Weise gedoppelt gefordert werden, allermassen denn auch das ohnehin ganz unbescheinigte neuerliche Vorgeben dadurch hinfällig wird, daß, ob wol bey allen übrigen Summen auch die von der ganzen Zeit rückständigen Zinsen berechnet worden, dennoch bey diesem Post Appellantin nicht einst angiebet, auf was Ahrt allhier die Zinsen seit 1731. zu gleicher Zeit berechtiget seyn, daß dannenhero vom vorigen Richter wohl gesprochen und übel appelliret, mithin die am 29. Aug. 1741. bey Unserm Bremischen Hof-Gericht eröffnete Urthel schlechterdings zu bestätigen.

# OBSERVATIO CVII.

## *Quæ sit conditio impossibilis.*

Mater supremam voluntatem ordinans liberos suos damnaverat, ut filiæ natu minimæ ædes paternas pro quatuor mille thaleris venderent, quod ni facerent, filia ex bonis maternis quingentos thaleros præciperet. Defuncta matre pretium ædium paternarum liberis sufficere non videbatur, adeoque eas publica auctione extraneo vendebant. Cum deinde filia legatum, quod sibi in eum casum a matre relictum esset, peteret, ceteri hæredes obmovebant, non fuisse eam conditionem in potestate singulorum, unius enim filiæ liberos, matris nepotes, in legitima duntaxat a matre institutos eorumque curatorem contradixisse, sese autem factum ceterorum præstare non posse, neque inde pœnam meruisse. Contendebant igitur, respectu singulorum hæredum conditionem impossi-

bilem fuiſſe, quippe conſenſus nonnullorum uno diſſentiente nihil efficeret, adeoque legatum pœnæ eſſe, quod ob conditionem impoſſibilem nullius ſit momenti. *L. un. C. de his quæ pœnæ nom.* Sed neque ratione univerſorum hæredum impoſſibilis conditio erat, neque reſpectu quorundam. Eſt enim Jureconſultis impoſſibile, quod per rerum naturam fieri nequit, ſeu cum impedimentum naturale exiſtit, a quo difficultas præſtandi multum differt. Quod egregie in *L.* 137. §. 4. *& 5. ff. de Verb. Oblig.* explicatur, in hæc verba: *Sed hæc recedunt ab impedimento naturali & reſpiciunt ad facultatem dandi. Eſt autem facultas perſonæ commodum incommodumque, non rerum, quæ promittuntur. - - - Et generaliter cauſa difficultatis ad incommodum promiſſoris, non ad impedimentum ſtipulatoris pertinet, ne incipiat dici, eum quoque dare non poſſe, qui alienum ſervum, quem dominus non vendat, dare promiſerit. Si ab eo ſtipulatus ſim, qui efficere non poſſit, cum alio poſſibile ſit, jure factam obligationem, Sabinus ſcribit.* Fruſtra igitur reſpectum ſingulorum quoque impoſſibilis conditio dicebatur. Quamobrem Curia provincialis Cellenſis reos ad ſolvendum legatum condemnavit, in cauſa Brabants Ehefrau contra die Wittwe Schellern und den Wildhagenſchen Curatorem.

# OBSERVATIO CVIII.

## *De delegatione nominis Judaici.*

Receſſibus Imperii cavetur, ne Judæus Chriſtiano nomen contra Chriſtianum cedat, & ne ex ceſſione hujusmodi agi poſſit. Cujus rei ratio in eo procul dubio ſita eſt, quia ceſſione facta Judæorum fraudes occultantur & debitor ad inopiam probationis redigitur, præterea nomina talia gravi ſuſpicione onerantur. Sed hoc ad delegationes accommodari nequit, quæ voluntate debitoris fiunt. Nam in delegatione exceptiones contra primum creditorem tolluntur & qui cum delegaretur, denuo nomen agnovit, ſuſpicionem allegare vix poteſt. In quam rem ſummum Tribunal Cellenſe in cauſa Chriſtian Auguſt Stromers Appellanten, contra den Königl. und Churf. Cämmerer, Grafen von Platen d. 14. Apr. 1741. decrevit ſic: Weilen den Appellaten obgelegen, bey Antretung des Se-

parati

parati und Einführung seiner Wieder-Klage seine sämtliche Einreden gegen die in Frage befangene Schuld vorzutragen, überdem, wenn auch dasjenige, was in denen Reichs-Abschieden von denen Cessionibus a Judæis in Christianum factis verordnet worden, sonst in Betracht kommen könnte, dennoch solches auf gegenwärtigen Fall, da keine blosse Cessio, sondern eine Delegatio vorhanden, nicht zu appliciren, so kann dem geschehenen Suchen nicht deferiret werden.

# OBSERVATIO CIX.

## *De Judæis testibus contra Christianos.*

Contra Christianos orthodoxos hæretici vel qui Judaicam superstitionem colunt, testes esse non possunt, sive utraque pars orthodoxa sit, sive altera, ut in *L. 21. C. de hæret.* nominatim expressum est. Quod merito ita accipiendum est, nisi veritas aliter haberi non possit, *Brunnem. ad cit. L. 21. n. 4.* vel Judaici testes cum Christianis ad supplenda & adjuvanda horum dicta producantur, quo casu, si Christianis consentiant, nulla in eos suspicio cadit. Quam in rem summum Tribunal Cellense in causa des Behrenschen Curatoris bonorum, Appellanten, contra des Cridarii Isaac Behrens Ehefrau, Lea Lehmanns, Appellatin d. 14. Oct. 1724. pronuntiavit sic: Daß zwar es bey der Urthel a qua zu lassen, und solche zu confirmiren sey, jedoch mit der Declaration, daß da gestalten Sachen nach es keine Unmöglichkeit ist, veritatem facti anders als durch Jüdische Zeugen zu erweisen, diese aber regulariter contra Christianos keine testes habiles seyn, Appellatin schuldig und gehalten, diejenige Puncte, worüber sie bloß allein testes Judaicos vorgeschlagen, auf andere rechtliche Ahrt darzuthun. Deinde in eadem causa d. 27. Oct. 1724. summum Tribunal declaravit in hunc modum: Daß es in der am 14. hujus eröffneten Urthel keine andre Meynung habe, noch haben könne, als daß über diejenigen Articulos, worüber zugleich Christen zu Zeugen vorgeschlagen, auch testes Judaici als adminiculantes zu admittiren.

# OBSERVATIO CX.

## *An Judæus contra Chriſtianum ad jusjurandum ſuppletorium admittatur.*

Judæi, utpote Chriſtianis infeſtiſſimi, ad teſtimonium contra Chriſtianos non admittuntur. Conſtat præterea, eosdem religioni non ducere, Chriſtianos decipere, damnoque afficere. Merito igitur judex cavet, ne Judæum contra Chriſtianum ad jusjurandum ſuppletorium admittat, niſi quidem plus quam ſemiplena probatio jam ſit facta, cui ad fidem juridicam non multum deſit, adeoque ſuſpicio perjurii ceſſet. *Berlich. P. I. Concl. 54 n. 67.* Et ita ſummum Tribunal Cellenſe d. 3. Mart. 1730. pronuntiavit in cauſa Lea Lehmanns contra den Behrnſchen Curatorem: Nachdem aus denen ergangenen Acten ſo viel befunden worden, daß die Implorantin Lea Lehmanns durch Chriſten- und Juden-Zeugen nebſt übrigen adminiculirenden Beweisthümern und Umſtänden dasjenige, was ihr ratione conſtitutionis dotis, ingleichen deſſen würklicher Auszahlung und Beſtellung der Hypothec zu erweiſen obgelegen, und ſie ſich angemaſſet, mehr als ſemiplene erwieſen habe, wird hiemit zu Recht erkannt: Würde dieſelbe vermittelſt Erfüllungs-Eydes erhalten ꝛc.

# OBSERVATIO CXI.

## *De decimis, quæ dicuntur* Sack-Zehenten. (*)

Exiſtit quædam ſpecies decimarum, quæ vocatur Sack-Zehenten, cui decimæ ordinariæ, Zug-Zehenten, opponuntur. Nam alias quidem decimæ communi jure ita debentur, ut decimum quemque manipulum in natura dominus de agris accipiat. Et hoc in naturalibus decimarum habendum eſt, quod præſumitur, eodem modo, ut naturalia feudorum dicuntur, quæ plerumque & ſecundum regulam feudis inſunt. Sed quemadmodum feudorum, ita decimarum naturalia multifariam determinari poſſunt, videlicet ut non decimus quidem, ſed undecimus vel duodecimus quisque manipulus accipiatur, vel ut pro manipulis decimalibus certus frumenti modus annuatim præſtet, qui frumenti modus illam ſpeciem efficit, quæ Sack-

(*) Conf. T. II. Obſ. CXXXVII. & T. III. Obſ. CXXXII.

Sack-Zehenten dicitur. Et in hac decimarum ſpecie revera colonia perpetua intervenit, ex quo certe nonnullis locis laudemium quoque domino decimali ſolvendum eſt. Sed etſi eo caſu, cum conſtat, decimas proprias eſſe, exiſtimari debet, locationem & conductionem hactenus interceſſiſſe, quæ præſcriptionem non admittit, tamen ſi de alia decimarum natura & origine non conſtat, ex diuturna & longæva conſuetudine merito impropriæ decimæ habendæ ſunt. Quam in rem nobis in manum venit JCtorum Halenſium ſententia, quam ſubjeci: In Sachen Anwalden Capituli S. Joannis in Minden, Imploranten an einem, wider die Weerſter Eingeſeſſene, Imploraten anderu Theils erkennen Königliche Preußiſche Wir zur Regierung des Fürſtenthums Minden verordnete Præſident und Räthe auf vorgehabten Raht auswärtiger Rechts-Gelahrten vor Recht: Daß die Imploration geſtalten Sachen nach nicht ſtatt habe, und die Imploraten den an die Imploranten ſchuldigen Zehenten anders nicht, als auf Ahrt und Weiſe, wie ſolches beſtändig hergebracht, zu bezahlen ſchuldig, die Unkoſten aber aus bewegenden Urſachen gegen einander aufzuheben ſeyn. V. R. W. Publicatum Minden den 9. April 1712. Rationes decidendi ſunt hujusmodi: Weil in Sachen des Capituli ad Divum Johannem contra die Commune zu Weerſte die Imploranten gar nicht zu behaupten geſuchet, vielweniger erwieſen, daß ſie jemals von der Imploraten gewiſſen Aeckern den Zehenten auf dem Felde in natura zu ziehen befugt, oder in deſſen quaſi poſſeſſion geweſen, hingegen in confeſſo beruhet, daß, ob ſchon unter dem Nahmen eines Zehenten, dennoch ein gewiſſer uniformis Canon an Getreyde benebſt einem alle zehen Jahre noch darüber zu bezahlenden gewiſſen Wein-Kauf von denen Imploraten gegeben worden, und es unſtreitig denen primis conſtituentibus frey geſtanden, ob ſie von denen ausgedroſchenen Früchten ein gewiſſes pro decimis conſtituiren, oder von gewiſſen Aeckern einen Theil der Früchte auf dem Felde dazu ausſetzen wollen, von welchem Vorſatz und Willen die bisherige beſtändige Obſervanz ein genugſames Zeugniß giebet, andergeſtalt auch denen Imploranten noch obliegen würde, die Aecker mit ihren eigentlichen Gränzen, wovon der Zehente abzufolgen, zu ſpecificiren, ſodann auch zu erweiſen, ob ihnen præcile der zehente, eilfte oder zwölfte oder geringer Theil von denen auf ſolchen Aeckern gewachſenen Früchten gebühre, zumahl ſie nicht in Abrede ſeyn können, daß dortigen Orts das Recht die 12te oder mehre-

re

re Garbe zu ziehen unter dem Nahmen des Zehenten mit begriffen sey, welcher Beweis denen Imploranten so unanständig als difficil seyn würde, und es also für sie selbst besser ist, daß sie pro tuendo ipsorum jure der Observanz lediglich insistiren, indessen sie noch die Benennung des Zehenten einiger massen a temeritate litigandi excusiret, so ist nicht anders, als geschehen, zu erkennen gewesen. In summo Tribunali Cellensi aliquando similis species incidit in causa des Land-Rahts Heinrich Adolph von Düring contra die Eingesessenen zu Tacken. Et in possessorio quidem secundum actorem pronuntiatum est, quia & generalis præsumtio juris & reorum confessio atque agnitio & locatio novissimi temporis eum adjuvabat. Quæ sententia d. 25. Jan. 1721. ita habet: Nachdemmalen Appellante Düring in dieser Sache nicht allein die generalem præsumtionem juris, vermöge deren ein jeglicher Frucht-Zehenten so lange vor einen Zug-Zehnten zu halten, bis eine andere wol hergebrachte Qualitæt desselben ab asserente rechtlicher Ahrt nach erwiesen worden, sondern auch derer Eingesessenen zu Tacken eigne Bekenntnisse, wie der Zehente von ihrem Lande ein Zug-Zehente sey, und gedachter Land-Raht ihnen solchen anno 1705. auf sechs Jahr um Geld und wiederum anno 1711. um mehrers rein Korn, als vorhin davon entrichtet worden, verpachtet habe ꝛc. vor sich hat; Daß dannenhero * * * in der Haupt-Sache vom Richter voriger Instanz übel gesprochen, wohl davon appelliret, und also ermeldter von Düring bey der Freyheit, den Tackischen Zehenten entweder selber in natura ziehen zu lassen, oder an wen er will, um Geld oder Korn nach Belieben zu verpachten, so lange zu schützen, bis die Eingesessene zu Tacken in petitorio rechts begründet erweisen werden, daß der Korn-Zehente vor Tacken, ein Sack-Zehente sey, und sie dem Eigenthümer desselben ein mehrers nicht als 12. Molt Rocken, 15. Molt rauhen Habern und 15. Himten Gersten alljährlich davon zu entrichten schuldig seyn ꝛc. Appellati deinde petitorio instituto probaverant, a tempore, cujus initii memoria non extet, eum modum frumenti duntaxat ipsos præstitisse & septimo quoque anno circumvoluto laudemium solvisse, & ita instrumento quodam emtionis & venditionis a. 1669. modum jam fuisse expressum. Quibus probationibus peractis summum Tribunal in eadem causa d. 5. Junii 1726. pronuntiavit in hunc modum: Daß nunmehro von ermeldeter Dorfschaft in petitorio so viel beygebracht, daß der Korn-Zehente daselbst vor einen Sack-Zehenten

ten zu halten, es könnten und wollten dann gedachte Düringſche Erben in proxima Juridica ordinaria der Gebühr Rechtens erweiſen, daß gedachter Korn-Zehnte urſprünglich ein Zug-Zehente ſey, oder daß er vor anno 1705. von einem Eigenthümer deſſelben jemals in natura vom Lande gezogen, oder vor ein gewiſſes Geld, oder Pacht-Korn auf ein oder mehrere Jahre verheuret ſey, in deſſen Entſtehung iſt die Tackenſche Gemeine nicht ſchuldig, vom 15. Oct. 1721. als a tempore der von ihnen in petitorio erhobenen Klage an, und hinkünfftig denen Düringſchen Erben ein mehrers als 12. Molt Rocken, 15. Molt rauhen Habern und 15. Himten Gerſten von beſagtem Korn-Zehenten zu entrichten, ſondern ermeldte Erben müſſen dasjenige, ſo ihr Erblaſſer und ſie ſieder berührtem Termino von ſolchem Zehenten mehr als beſagte Molt- und Himten-Zahl austräget, etwa erweislich gehoben haben, denen Einwohnern zu Tacken billigmäßig erſetzen ꝛc. Quæ ſententia deinde, reſtitutione in integrum interpoſita, per Decretum d. 3. Oct. 1726 confirmata eſt.

# OBSERVATIO CXII.

## *De decimis, quæ dicuntur* Streu-Zehenten. (*)

In decimis conſtitutum eſt per Ordinationes decimarum Luneburgicas & noviſſime quidem per Ordinationem d. 9. Jun. 1692. ut frugibus, quæ verſus hyemem ſeruntur, redactis in unaquaque regione univerſis domino decimali id denuntietur isque ad decimas capiendas rogetur ſemel iterumque; quod niſi tertia die ante meridiem dominus decimator venerit, agrorum dominis, qui decimas præſtant, liberum eſſe, relicto decimo manipulo fruges ſuas ſine ulteriori denuntiatione vel impedimento in horrea ſua deducere. In iis autem frugibus, quæ verſus æſtatem conſeruntur, cautum eſt, ut non opus ſit, expectare, quoad tota regio vel omnes hujusmodi fruges redactæ ſint, ſed ſufficiat, unum genus frumenti, veluti hordei, vel avenæ redactum dominoque in unoquoque genere ſemel & iterum denunciatum eſſe, eo modo, ut antea cautum fuit. Quod ſi denuntiatio eo tempore fieret, cum fruges adhuc humidæ necdum ſatis ſiccatæ eſſent, vel ſi interea tempeſtas pluvioſa incideret, ita ut ſiccandæ fruges denuo eſſent, tum cautum eſt, domino denuo denuntiandum eſſe. In Principatu Calenbergico



(*) Conf. T. II. Obſ. XXXII.

ſecundum Ordinationem d. 1. Jul. 1709. diſtinguitur, ut, ſiquidem agri in quadam regione unum genus frugum ferant, tum denuntiatio fiat, ſi maxima pars earum frugum collecta & ſiccata ſit; ſin autem in quadam regione multiplex frugum genus intermixtum extet, tum denuntietur, ſi cujusque agri fruges collectæ ſiccatæque ſint. Neque in terris Calenbergicis diutius expectandum eſt, quam a mane usque ad veſperam, vel a veſpera usque ad proximam meridiem, vel in iis frugibus, quæ poſitæ in manipulis pluviam non ferunt, horas IV. Exiſtit autem quædam ſpecies decimarum, quæ vocatur Streu-Zehenten, cujus ratio hæc eſt, ut duntaxat una denuntiatione opus ſit, ſcilicet cum fruges, quæ verſus hyemem conſeruntur, ſiccatæ & collectæ ſunt, nec deinde in ceteris frugibus, quæ æſtivæ dicuntur, denuntiatio iterum fiat, ſed nec opus ſit, denuntiationem differre, donec fruges hybernæ vel æſtivæ univerſæ colligantur, ſed ſufficiat, fruges in nonnullis agris demeſſas eſſe, adeo ut domino decimatori tum incumbat, denuntiatione ſemel facta, certos decimarum collectores tenere, qui illico advocari poſſint, aliter autem poſſeſſoribus agrorum liceat, usque ad occaſum ſolis, decimo quoque manipulo relicto ſuum auferre & in horrea deducere. Et hujusmodi genus decimarum præſcriptione immemoriali merito acquiritur. Nam etſi in conſtitutionibus aliter cautum eſt, tamen hæc præſcriptio efficit, ut pactio quædam inter dominum decimarum & agrorum poſſeſſores ab antiquo interveniſſe exiſtimetur. Et plane hæc præſcriptio vim legis & conſuetudinis habet, tantoque magis recipienda eſt, quia ipſa immunitas a decimis certe immemoriali tempore acquiri poteſt, & præterea iniquitatis nihil continet, ſed potius agrorum poſſeſſores magno incommodo ſublevat, dominis autem decimarum nihil nocet. Et hanc in rem in cauſa des Königl. geheimden Kriegs-Raths, Johann Philipp von Hattorf, Kläger, contra die Eingeſeſſene zur Böhme, Beklagte, d. 24. Oct. 1716. judex delegatus Cancellariæ Regiæ Cellenſis ita pronuntiavit: Demnach der ſogenannte Streu-Zehente in denen hieſigen Landes-Ordnungen mit ausdrücklichen Worten nicht aufgehoben worden, hingegen in der Declaration der Zehent-Ordnung de a. 1694. klärlich enthalten, daß diejenige, ſo in einem oder andern eine Zehent-Freyheit von undenklichen Jahren hergebracht, mit ſolcher vorwendenden præſcriptione immemoriali nicht zu enthören, und dann Beklagte von undenklichen

lichen Jahren den Streu-Zehenten hergebracht zu haben beständig vorgeben, durch so lange Zeit aber auch diejenige Dinge, welche sonst nicht zu præscribiren, acquiriret werden, und solche die Kraft eines privilegii, tituli oder legis mit sich führet, auch daraus geschlossen wird, daß ein Vergleich zwischen dem Zehent-Herren und Zehent-Mann vorgegangen, überdem nicht abzusehen, da die völlige Zehent-Freyheit per præscriptionem erlanget werden kan, warum per tempus immemoriale nicht auch ratione der Zeit oder Ahrt des Zehent-Ziehens eine Freyheit oder Erleichterung acquiriret werden könne, die etwa zu besorgende Defraudationes aber an allen und jeden nicht zu præsumiren, auch durch gute und fleißige Aufsicht leichtlich zu præcaviren stehen, wenigstens wegen solcher zu besorgenden Defraudationen die sogenannte Streu-Zehenten aus Landes-herrschaftlicher Gewalt durch klare Ordnungen nicht aufgehoben worden; Als sind Beklagte ad probationem præscriptionis immemorialis billig zu admittiren. Würden nun Beklagte binnen 6. Wochen a publicato dieses, so ihnen dazu sub præjudicio gesetzet werden, wie sich das zu Recht gebühret, erweisen 1) worinn die Natur und Eigenschaft des von ihnen prætendirten Streu-Zehentens eigentlich bestehet, 2) daß sie solchen von undenklichen Zeiten also beständig hergebracht, wogegen Klr. sein Gegen-Beweis und rechtliche Nohtdurft vorbehalten wird, ergehet sodann darauf ferner, was recht ist, und wird der punctus expensarum bis dahin ausgesetzet. A qua sententia cum ad ipsam Cancellariam Regiam appellatum esset, ea nihilominus d. 4. Febr. 1718. ex consilio JCtorum Halensium confirmata est. Appellatione deinde ad summum Tribunal Cellense interposita, d. 15. Febr. 1720. pronuntiatum est: Daß vom Richter voriger Instanz wohl gesprochen und also bey dessen Ausspruch es zu lassen sey, jedoch mit dieser Declaration, daß die Zehentpflichtige zu Böhme den Beweis auf eine solche unzuläßige Gewohnheit; es bestünde die Natur und Eigenschaft ihres Streu-Zehenten auch darinn, daß gar keine Anmeldung an den im Felde zu haltenden Zehent-Sammler zu thun, wenn ihr Korn zum Einscheuren bereit, nicht mit einrichten sollen. Cum deinde appellati declarationem sententiæ peterent & restitutionem in integrum sub conditione interponerent, summum Tribunal d. 17. Apr. 1720. decrevit sic: Daß weilen bey Abfassung der Urthel es keine andre Meinung gehabt, als daß nach rechtmäßiger Eröffnung des Zehentens und geschehener einmaligen Anmeldung auf dem Hofe nur sodenn das Zuru-

fen oder Anzeigen geschehen müsse, wenn jemand von denen Zehentsammlern sich im Felde befindet, (wie er sich dann Zeit währender Abzehntung des Tages über beständig im Felde aufhalten muß) welches in diesem Fall um so leichter geschehen mag, als der Imploranten eignem Anführen nach das Zehent-Feld klein und folglich das Zurufen oder Anzeigen leichtlich geschehen kann, dannenhero da die verba sententiæ klar, es der gesuchten Declaration nicht bedürfe, sondern es bey voriger Urthel zu lassen seye. Actis deinde ad Cancellariam Regiam remissis & probationibus susceptis d. 19. Julii 1725. sequens sententia publicata est, quæ vires rei judicatæ accepit: Daß Beklagte und Appellate, da sie dasjenige, so ihnen zu beweisen auferleget, und sie sich angemasset, nothdürftig dargethan haben, nunmehro bey der von ihnen prætendirten Gerechtigkeit des Streu-Zehentens zu lassen und sie dabey zu schützen, also nicht schuldig sind, mehr als einmal, wenn das Winter-Korn trocken und gebunden ist, auch sie die Eingesessene zur Böhme das Korn einfahren wollen, durch einen ihres Mittels, welcher von ihnen insgesammt zu bevollmächtigen ist, dem Klägern und Appellanten als ihrem Zehent-Herrn die Anmeldung, daß der Zehente gezogen werden sollte, zu verrichten, nachhero aber und wenn die Eröffnung des Zehentens darauf geschehen, sie weiter nicht gehalten sind, beym fernern Einfahren oder hernachmaliger Einerndtung der Sommer-Frucht eine abermalige Anmeldung oder Anzeige dem Kläger und Appellanten zu thun; desgleichen daß Beklagte und Appellaten nicht schuldig sind, die ganze Sommer- und Winter-Frucht aufzubinden oder im Felde stehen zu lassen, bis Kläger und Appellante als Zehent-Herr zehnten lassen will, sondern daß sie, wenn auch nur etwa ein oder 2. Stücke gemähet sind, nach ihrem Gefallen und ohne eine fernere Anmeldung zu verrichten, das Korn binden, schockweise setzen und wegfahren können; wie denn Kläger und Appellante nach der Oeffnung des Zehentens seine Zehent-Sammler im Felde zu halten hat, damit wann einer oder mehrer derer Beklagten und Appellaten ihr Korn einfahren, selbige sodann denn Zehenten ziehen können; Falls aber solche Zehent-Sammler nicht zugegen, oder in der Nähe sind, also nicht ohne Bemühung herzu gerufen werden können, um die Zehent-Ziehung zu verrichten, so sind die Beklagte und Appellate sodann nicht schuldig, auf selbige zu warten, sondern berechtiget, alsdenn ihr Korn bis zu der Sonnen Untergang einzufahren und den Zehenten liegen zu lassen. Immassen denn Wir solchergestalt erkennen, Beklagte und Appella-

pellaten bey der von ihnen bewiesenen Gerechtigkeit des Streu-Zehentens lassen und schützen ꝛc. Similiter probatio oblata recepta est a summo Tribunali d. 15. Maji 1739. in causa der Eingesessenen zu Lohe, Amts Nienburg, Bekl. und Appellanten, contra den Hof-Junker, Georg Albrecht von Hasberg, Kl. und Appellaten, das Anmelden eines Streu-Zehenten betreffend, ubi in hunc modum pronuntiatum est: Daß vom Richter voriger Instanz übel gesprochen, wohl appelliret, und dessen Bescheid vom 19. Dec. 1735. dahin zu reformiren sey: Daß Beklagte zuförderst mit dem anerbotenen Beweise zu hören und damit zuzulassen seyn. Da auch die allhier übergebene Beweis-Articul erheblich befunden, als werden dieselbe dem Appellaten, um in proxima, wenn er will, seine Interrogatoria darauf einzubringen, communiciret, auch hat derselbe zugleich sich zu erklären, ob er Gegen-Beweis zu führen gemeinet sey, und sodann zulässige Articulos reprobatorios einzubringen, als worauf nach weiter untersuchter Sache ferner ergehet, was Recht ist. ꝛc.

# OBSERVATIO CXIII.

## *An actiones reales in foro domicilii recte instituantur.*

Actiones reales an extra forum rei sitæ in foro domicilii recte instituantur, de eo inter Doctores disceptatur. Et posse, defendunt *Corn. van Eck* in thes. jur. controv. §. 124. *Schilterus* ad ff. Exerc. 13. §. 30. *Aug. Leyserus* Spec. 82. med. 9. Idque ex *L. ult. C. ubi in rem act.* & *L. un. C. ubi de hæred.* probatur. Secundum quod summum Tribunal quoque Cellense pronuntiavit in causa Bürgermeister und Rath der Stadt Zelle, Appellanten, contra den Anwald der Burg-Vogtey daselbst, Appellaten, in puncto Sistirung eines Zeugen d. 8. Dec. 1742. in hunc modum: Nachdemmalen jedennoch nach der Appellanten eignem Geständniß der Punct, ob ihnen die Gerichtsbarkeit über die vor dem Hehlen-Thor belegene Bürger-Güter zustehe, annoch in lite befangen, mithin noch zur Zeit ihr angebliches forum rei sitæ nicht fundiret, und wenn ihnen auch solches zugestanden würde, dennoch einem Kläger *regulariter* frey stehet, den Bekl. auch seiner anderswo belegenen Güter halber *in foro domicilii* zu besprechen, dahero nicht abzusehen, wie Appellantischer Stadt-Rath

Unſerer Burg-Vogtey die Gerichtsbarkeit über einen unter deren Gerichts-Zwang geſeſſenen Unterthanen, wenn gleich der Garte qu. ein Bürger-Gut ſeyn ſollte, ſtreitig machen möge ꝛc.

# OBSERVATIO CXIV.

## *An contra adminiſtratorem publicum finito officio recte agatur.*

Adminiſtrator publicus, qui ſecundum legem præpoſitionis contraxit & remp. ex eo contractu obligavit, finito officio ex hoc contractu a creditore reip. conveniri non poteſt, niſi quidem ſuam perſonam obligaverit. *L. 3. §. 2. ff. de admin. rer. ad civ. pertin.* Idque in tutoribus, curatoribus & inſtitutoribus quoque obtinet. *L. 5. pr. ff. quando ex facto tut. L. 1. C. eod. L. 26. verſ. Invenimus C. de admin. tut. L. 20. ff. de inſtit. act.* Illud autem quæro, utrum adminiſtrator ipſo jure, an ope exceptionis liberetur. Nam ſiquidem ope exceptionis demum liberetur, exceptione non oppoſita adminiſtrator omnino condemnandus foret. Et putat *Cujacius* L. 20. Obſ. 39. exceptione illum doli vel in factum liberari. Sed verius eſt, eum ipſo jure liberari. Neque enim a principio aliter quam adminiſtrator rei alienæ contraxit & contemplatione hujus adminiſtrationis. Igitur hac finita obligatio ejus non perdurat. Idque in legibus manifeſto expreſſum eſt. Nam ita in *L. ult. ff. de inſtit. act.* nec jure his verbis obligatum, nec æquitatem conveniendi eum ſupereſſe. *L. 5. ff. quando ex facto tut.* non dabitur in curatorem - - - judicati actio. *L. 1. C. eod.* tutores curatoresque finito officio non eſſe conveniendos ex adminiſtratione. *L. 26. C. de adm. tut.* poſt officium depoſitum omnes actiones, quas tutor vel curator ex neceſſitate officii ſubierit, in quondam pupillum vel adultum transferri, adminiſtratorem autem jure liberari. Quamobrem ſi de finita adminiſtratione ex actis conſtet, etſi adminiſtrator imperitia juris exceptionem non oppoſuerit, tamen actio a reo inſtituta merito repellenda eſt, modo conſtet, remp. ex contractu obligatam eſſe. De quo ſi non appareat, tum ſane adminiſtrator liberatus dici nequit.

# OBSERVATIO CXV.

## *De mala fide in præſcriptione actionum perſonalium.*

### §. I.

Jus Canonicum in iis, quæ ad honeſtatem & actionum rectitudinem naturalem reſpiciunt, merito ſequendum & juri civili præferendum in foro eſt, præſertim quoniam in hujusmodi cauſis auctoritas ejus juris magna in Germania ſemper fuit. Ac profecto ſi Jureconſulti Romani ex Philoſophorum ſcholis honeſtatem in diſciplinam juris ubique introduxerunt, quanto magis Chriſtianos decet, eorum exemplo honeſtatis regulas in prudentia juris ſequi & juſti injuſtique ſcientiam excolere. Igitur & in juramentis & in præſcriptionibus, quod ad malam fidem pertinet, Jus Canonicum apud nos obſervatur, ut neque ob malam fidem ſupervenientem præſcriptio rei alienæ procedat.

Jus Canonicum quando civili juri præſtet.

### §. II.

De illo autem inprimis diſceptatur, an in præſcribendis actionibus perſonalibus item mala fides excludenda ſit. De quo extant doctiſſimorum virorum diſputationes. Et permulti negant, malam fidem hic officere, quia res aliena deficiat, ad quam definitionem bonæ fidei reſtringunt. Quod quam verum ſit, videamus.

Quæſtio propoſita.

### §. III.

Ait Pontifex in cap. fin. X. de præſcript. *Quoniam omne, quod non eſt ex fide, peccatum eſt, ſynodali judicio diffinimus, ut nulla valeat abſque bona fide præſcriptio tam canonica, quam civilis. Cum generaliter ſit omni conſtitutioni atque conſuetudini derogandum, quæ abſque mortali peccato non poteſt obſervari. Unde oportet, ut qui præſcribit, in nulla temporis parte rei habeat conſcientiam alienæ.* Intelligitur, extrema verba ex ſuperioribus concludi, in ſuperioribus autem rei fundamentum & ipſam legem generalem contineri. De quo diſtinctius paulo explicandum eſt.

Cap. fin. X. de præſcript. explicatur

### §. IV.

## §. IV.

paulo distinctius.

Quod ait Pontifex: *Quoniam omne, quod non est ex fide, peccatum est*, verba Paulina sunt, in quibus ratio legis promulgatæ generalis synodalis collocatur. His autem verbis regula moralis generalis comprehenditur, nihil faciendum esse contra animi conscientiam & persuasionem, sed potius agendum semper esse ex conscientia bona & ex plena animi persuasione, adeo ut nec contra conscientiam dubiam agatur. Nam ita Paulus Apostolus Rom. XIV, 13. Wer aber darüber zweifelt, und isset doch, der ist verdammt. Denn es gehet nicht aus dem Glauben (scilicet ex animi persuasione) Was aber nicht aus dem Glauben gehet, das ist Sünde. Quod bellissime explicavit *August. Leyserus* ad Pandectas Spec. 455. Med. 12. Profecto regula hæc moralis, quæ rationem sequentium verborum continet, ad honestatem actionum omnium pertinet, & tam ad rerum quam ad actionum præscriptiones recte accommodatur. Quid enim si persuasus ipse sis, alteri te debere? Inhoneste agis, qui solvere recusas. Aliud est, si causa dubia sit, ut & actor & reus dubitandi causam habeant, quia hoc casu actoris inprimis officium inspiciendum est, ut qui dubitans ab altero petat, ab agendo potius repellatur. Certe eo casu par utriusque causa est, adeoque in causa dubia merito actio præscripta manet.

## §. V.

Continuatur.

Quod deinde Pontifex ait; *Synodali judicio diffinimus, ut nulla valeat absque bona fide præscriptio tam canonica, quam civilis*, legem ipsam Canonicam, de qua agimus, continet. Est hæc lex generalis, quæ ad præscriptionem tam rerum & realium actionum, quam personalium pertinet. Et ratio legis antecedens, quam in superiori §. explicavi, ad omne genus præscriptionum accommodata est, quia inhoneste quis negat, alteri se debere, qui animi conscientia persuasus est, se debere. Igitur non intelligitur, cur ad omnes præscriptiones ea lex non pertineat. Nec movet, quod in *L. 109. ff. de V. S.* bona fides dicitur, cum is, qui rem teneat, ignoret eam alienam esse, aut putaverit eum, a quo acceperit, jus alienandi habuisse. Nam etsi in usucapionibus & præscriptionibus rerum recte ita definiatur, tamen bonæ & malæ fidei nomen multo latius patet. Et proprie quidem fides ad res creditas pertinet. Cicero Parad. *Fides est justitia in rebus creditis.*

Idem:

Idem: *fides, id eſt dictorum conventorumque conſtantia & veritas.* Ex quo ſatis intelligitur, ad contractus & obligationes fidei bonæ nomen proprie reſpicere. Vid. liber noſter de *de culpa P. 6. C.* 1. §. 4. Ad actiones autem arbitrarias & reales translatum eſt ex litis conteſtatione, quæ eſt obligatio quaſi ex contractu, ut in eodem libro *de culpa P. 6. C. 1. §. 15.* plenius explicavi. Quanquam in eandem rem dici poteſt, bonæ fidei nomen in uſucapionibus inde veniſſe, quod uſucapio titulum requireret, & plerumque emtionis & venditionis contractus interveniſſet, adeoque poſſeſſor ex contractu fidei bonæ teneret. Quo & verba L. 109. ff. de V. S. pertinent. Quamobrem dicendum non eſt, fidem bonam vel malam ad præſcriptiones rerum duntaxat accomodari, tantoque minus in cit. *cap. ult. X. de præſcr.* Ac profecto verba ſequentia quoque idem convincunt, in quibus denuo declaratur, absque bona fide præſcriptionem nullam valere, ne ſcilicet mortale peccatum committatur. Quod utique committit, qui contra animi conſcientiam & perſuaſionem ſuum alteri non tribuit. *Cum generaliter ſit omni conſtitutioni atque conſuetudini derogandum, quæ absque mortali peccato non poteſt obſervari.*

## §. VI.

Quod igitur ad extrema verba Pontificis attinet, jam dixi, iis ulterius, concluſionem duntaxat ex lege antea expreſſa generali comprehendi, quæ ſuperiora verba minime reſtringunt, ſed potius applicant. Quanquam & ſpecialius de mala fide ſuperveniente tractant, ejusmodi quæſtio in actionibus perſonalibus fere ſupervacanea eſt.

## §. VII.

Cetera argumenta, quæ in contrarium adducuntur, facile refelluntur, ſi conſtat, Juris Canonici mentem eam eſſe. Neque oſtendi poteſt, præſcriptionem ſolam negligentiæ pœnam eſſe, qua potius finis litium intenditur. Quæ iniqua foret, ſi dolo proficeret. Et quis præterea tam vecors fuerit, ut ſine ulla cauſa per XXX. annos ſiluerit? Negligentia igitur, quæ pœnam mereat, vix unquam occurret. Certe ſummum Tribunal Cellenſe exceptionem præſcriptionis in actione perſonali ob malam fidem rejecit & reos condemnavit in cauſa der Cammerherrin Schenk von Winterſtett Cur. nomi- Confirmatur ſententia.

ne ihrer Kinder, Appellantin contra die General-Majorin von Malortie Appellatin in puncto prælegati. Conf. *Auguſt. Leyſer* ad Pandect Spec. 455. Medit. 8.

# OBSERVATIO CXVI.

## *De annuorum reddituum præſcriptione.*

§. I.

Quæſtio. Vexatiſſima quæſtio eſt, & jam inter Martinum & Bulgarum diſceptata, utrum annuæ præſtationes tot requirant præſcriptiones, quot ſint præſtationes, an vero omnes una præſcriptione tollantur. Et Martinus præſcriptionem excludi voluit, Bulgarus autem contrariam ſententiam defendit. Ex utraque parte viri ſtant doctiſſimi celeberrimique. Vid. *Jo. Salom. Brunnquell de ſectis controv. Juris Juſtinian. Interpretum, quos Gloſſatores appellamus* §. 18.

§. II.

Martini ſententia. Pro ſententia quidem Martini faciunt verba *L. 7. §. fin. C. de præſcr. 30. vel 40. ann.* & L. 46. §. 9. *C. de Epiſc. & Cler.* Quæ extrema lex ita habet: *Si vero aliqua eorum, quæ vocantur annalia, legata relicta fuerint aut donata clero forte aut monaſterio - - - manere igitur perpetuo ipſos obnoxios hujusmodi dationibus ſancimus adeo, ut ſi qua fiat alienatio & ipſa irrita ſit, & hi, qui quandoque præerunt piis locis, licentiam habeant perſequi & exigere ipſa, nulla temporis præſcriptione opponenda ipſis, cum per unumquemque annum talis naſcatur actio.* Neque *Novella 131. c. 6.* contrarium habet. Ex quo conficitur, ex annuis reditibus promiſſis vel legatis actionem per unumquemque annum naſci, ideo autem eos reditus non præſcribi, quia per unumquemque annum talis naſcatur actio.

§. III.

Bulgari ſententia. Contra ex *L. 35. §. fin. ff. de M. C. donat.* & *L. 16. §. 1. ff. de Verb. Oblig.* Bulgarus defendit, præſcriptionem admitti, quia ſtipulatio in ſingulos annos facta dicatur una. Ex quo conficiunt, qui Bulgarum ſequuntur, unam actionem competere, per *L. 8. ff. de eo quod certo loco L. 38. ff. de ædilit. edicto L. fin. in f. C. de duob. reis*, conſequenter præſcriptione tolli.

§. IV.

## §. IV.

Forte autem ad hæc argumenta reſponderi poteſt, (a) ſtipulationem hujusmodi, etſi una dicatur, nihilominus plura debita continere, quemadmodum in *L. 29. ff. de V. O.* ſtipulatio legatorum una dicitur, quæ plura legata continet. Quamobrem ſi ſtipulatio in ſingulos annos plura comprehendit debita in diem ſolvenda, ſequitur, debita ſingula, præſertim futura, una actione non peti. Multum præterea differt ſtipulatio vere una & conceptione verborum una, ſecundum *L. 86 ff. de Verb. Oblig.* Sic ſtipulatio annua, bima, trima die in *L. 140. §. 1. ff. eod.* plures ſtipulationes continere dicitur, contra quæ in ſingulos annos indefinite facta eſt absque denominatione primi vel ſecundi anni, in *L. 16. ff. eod.* & *L. 35. §. f. ff. de M. C. donat.* una ſtipulatio dicitur, ſcilicet quia in ſuperiore caſu expreſſum eſt, quod in alia ſpecie intelligitur. Stipulatio igitur in ſingulos annos facta conceptione verborum una eſt, ceterum una non habetur, ut clariſſime convincit *L. 40. ff. de reb. cred.* quæ ſpeciem continet, cum debitor certam pœnam vel uſuras menſtruas promiſit, donec ſortem integram reſtituerit, ubi perinde eſſe dicitur, ac ſi per ſingulos menſes certam pecuniam ſtipulatus eſſem. Quod ita intelligendum eſt, ac ſi per ſingulos menſes ſtipulatio ſeparata facta eſſet, ita ut non omnium menſium, per quos uſuræ promiſſæ ſunt, ſed ſingulorum annorum ſingulæ ſtipulationes ſint. Vid. *Noodt ad dict. Leg. L. 3. C. 4. de uſuris.* Quod ſi igitur ſtipulatio in ſingulos annos revera una ſtipulatio non eſt, ſed plures ſtipulationes adeoque & plura debita continet, quorum tempora ſolutionis ſunt diverſa, ſequitur, ob unumquodque debitum in diem promiſſum novam actionem naſci, & unamquamque actionem ſeorſum præſcribendam eſſe, quia ante diem cujusque debiti creditor agere nequit. Eſt revera hujusmodi creditor ratione futuri temporis, antequam dies cujusque debiti venerit, ſimilis conditionali creditori, quippe tempore plus petit, adeoque temporalem exceptionem timet. Vid. *L. 55. ff. de Verb. Sign.* Quamobrem ante lapſum diei præſcriptio ei non nocet. *L. 7. §. 4. C. de præſcr. 30. vel 40. ann.* Neque contrarium eſt, quod in *L. 5. §. 1. ff. quando* Refellitur.



(a) Sequens tractatio eſt Collegæ cujusdam æſtumatiſſimi nobisque amiciſſimi.

*dies leg. ced.* in legatis poſt diem relictis ſimili modo, ut in puris, dies cedere dicitur. Aliud enim eſt, diem ceſſiſſe, aliud veniſſe, ut agi poſſit.

## §. V.

Martini ſententia confirmatur.

Pertinet præterea ad confirmandam Martini ſententiam *L. 26. pr. C. de uſuris* ejusdem Juſtiniani Imperatoris, in qua nominatim expreſſum eſt, eos, qui principali actione per exceptionem XXX. vel XL. annorum, ſive perſonali, ſive hypothecaria ceciderint, non poſſe ſuper uſuris vel fructibus præteriti temporis aliquam movere quæſtionem, dicendo, ex iisdem temporibus eas velle ſibi perſolvi, quæ non ad XXX. vel XL. præteritos annos referuntur, aſſerendo, ſingulis annis earum actiones naſci: principali enim actione non ſubſiſtente ſatis ſupervacuum eſſe, ſuper uſuris vel fructibus adhuc judicem cognoſcere. Quæ exceptio in uſuris facta regulam certe confirmat, oſtenditque Juſtinianum in ceteris annuis præſtationibus, quæ ut principale quoddam præſtantur, ſententiam eorum probaſſe, qui præſcriptionem excluderent.

## §. VI.

Quando præſcriptio admittenda.

Illud tamen merito probabis, quantitatem annuorum reditum præſcriptione immutari poſſe, ſed illud quoque præſcriptione effici, ut pro incertis annuis reditibus certi reditus præſtentur. Plane in *cap. 20. X. de cenſ.* hoc caſu ideo duntaxat præſcriptio non admittitur, quia non niſi 36. annorum ſpatium contra eccleſiam effluxerit. Pontifex igitur XL. annis effluxis admiſiſſet.

## §. VII.

An præſcriptio immemorialis recipienda.

Præterea præſcriptio immemorialis in annuis reditibus admittenda utique eſt, utpote qua præſcribitur, quod alias præſcribi nequit, & quæ præterea omnia ſupplet.

## §. VIII.

Ulterior limitatio.

Denique quod annuis reditibus dicitur, ad eum caſum non pertinet, ſi obligatio ipſa præſtandi in præſumtione juris potius, quam in facti veritate nitatur.

OBSER-

# OBSERVATIO CXVII.

## *De præſcriptione poſt rem judicatam.*

Actio non tantum in judicium introducta erat, ſed etiam cognitione & ſententia hactenus terminata, ut executio ſententiæ duntaxat ſupereſſet. Deinde poſt ſententiam actor ultra triginta annos acquieverat, neque jus ex ſententia natum perſecutus erat. Quærebatur, an præſcriptio tricennaria ei ex judicato poſt XXX. annos agenti obſtaret. Movebat, quod in *L. ult. C. de præſcr. XXX. vel XL. ann.* & in *L. 1. §. 1. C. de ann. except.* actiones in judicium & cognitionem deductæ XL. demum annorum ſpatio præſcribuntur. Sed ſi citatas leges penitius paulo inſpicias, intelligis, eas ad cauſas ſententia nondum diremtas, non autem ad eas pertinere, quæ jam diremtæ ſunt, etſi perſecutio ſententiæ ceſſaverit. Nam ita L. ult. C. de præſcr. XXX. vel XL. ann. *Sæpe quidem ſuos obnoxios in judicium vocantes & judiciariis certaminibus ventilatis* non ad certum finem lites perducebant, *ſed taciturnitate* in medio tempore *adhibita, propter potentiam forte fugientium vel ſuam imbecillitatem vel alios quoscunque caſus - - - deinde jure ſuo lapſi videbantur - - - Quod nos corrigentes - - - eam - - in quadrageſimum annum extendimus, cum non ſimilis ſit, qui penitus ab initio tacuit, ei, qui & poſtulationem depoſuit & in judicium venit & ſubiit certamina, litem autem implere per quosdam caſus præpeditus eſt. - - - quod tempus (id eſt quadraginta annorum ſpatium) ex eo numerari decernimus, ex quo noviſſima proceſſit cognitio, poſtquam utraque pars ceſſavit.* Secundum quod ſummum Tribunal Cellenſe pronuntiavit d. 8. Dec. 1742. in cauſa des Præſidenten der Bremiſchen Ritterſchaft, Arend von Schaden, wider weyland Cath. Hedwig und Margr. Eliſ. von Bardenfleth, ingleichen weyl. Anthon Günther Clüvers Erben, in puncto debiti oder vielmehr weyl. Joh. von Bardenfleths Verlaſſenſchaft, jetzo die Befolgung des darüber in anno 1688. ergangenen Judicati betreffend, in hunc modum: Die Haupt-Sache belangend, ſo iſt vom Richter voriger Inſtanz übel geurtheilet, wohl davon appelliret, mithin die von demſelben abgeſprochene Sententia a qua aufzuheben, und dahin zu reformiren, daß da der von klagenden Bardenflethiſchen Erben in anno 1730. erhobenen actioni judicati, nach längſt verfloſſenen

dreyßig Jahren, binnen welchen selbe, zufolge der Rechte, anzustellen gewest, völlig præscribiret, und dieselbe erloschen, Beklagter, nun Appellant, von sothaner Klage, verfolglich auch deren abseiten der Clüverschen Erben, ohnehin ganz unbefugter Weise, angemasseten adhæsione schlechterdings frey zu sprechen, annebenst er, Appellant, denen gesammten Appellaten, wegen der in Anspruch genommenen Eingangs erwehnten Erbschafft, weitere Red und Antwort zu geben nicht verbunden sey.

# OBSERVATIO CXVIII.

## *An sublata causa condemnationis cesset condemnatio.*

Vasallus agnatus feudum sine consensu oppignoratum revocaverat & contra pignoris possessorem sententiam condemnatoriam obtinuerat. Deinde post rem judicatam actor ipse dicebat, repperisse se ex actis vetustisque documentis, quod ad reluendum feudum & solvendum debitum obligatus sit, nec potuisse feudum revocari. Igitur, cum antea reus ad restituendos fructus quoque perceptos a tempore litis contestatæ condemnatus fuisset, deinde restitutio fructuum merito cessabat, quia causa condemnationis cessabat. *L. 3. L. 9. pr. L. 14. pr. ff. de except. rei jud. L. 25. pr. ff. eod.* Secundum quod a summo Tribunali Cellensi pronuntiatum est in causa des Land- und Schatz-Rahts, Adam Christophs, Freyherrn von Kniggen, itzo dessen Wittwe in Vormundschaft ihrer Kinder, Appellantin, itzo Imploratin contra den von König zu Oedelem, den von Rode zu Barnten, den von Rode zu Gehrden und Cons. Appellaten, jetzo Imploranten, sodann weyl. Hennig Johann von Kniggen Wittwe, jetzo deren Erben, Adcitatin und Imploratin in puncto des halben Zehentens vor Schulenburg d. 8. Dec. 1742. in hæc verba: Und weilen nun solchemnach in Ansehung dieses von Christoph Kniggen versetzten $\frac{1}{4}$ Zehentens die Sache sich gänzlich und zwar dahin verändert, daß Appellantin selbst gestehet, wie sie dieses Vierthel einzulösen schuldig, mithin Appellaten auch bey so gestalten Umständen vor Erlegung des Pfandschillings diesen Theil des Zehnten zu räumen nicht verbunden gewesen seyn würden, sondern vielmehr sie denselben bis dahin antichretice billig

genieſſen

genieſſen müſſen, folglich auch Unſre ſonſt rechtskräftige Urthel vom 6. Dec. 1736. wie ſie ratione principalis in ſo fern hinfällt, alſo auch ratione acceſſorii, nemlich der erhobenen Früchte aufhören muß, als ſind Appellaten nunmehro mit der Liquidation derer von dieſem Vierthel ſeit 1731. genoſſenen Aufkünfte, als an deren ſtatt Appellantin auch ſo lange die Zinſen nicht erſtattet, billig zu verſchonen.

# OBSERVATIO CXIX.

## *De vera indole ſucceſſionis fœminiæ in principatibus Germaniæ.*

§. I.

Succeſſionis hujus indoles

Fœminarum ſucceſſio in regna & principatus apud Germaniæ populos ita fere comparata ab antiquo fuit, ut maritus potius vel filii per uxorem vel matrem, non fœmina ipſa imperium teneret, adeo ut ne mortuo quidem marito ad fœminam rediret, ſed filiis cederet, fœmina autem ut tutrix filiorum adminiſtraret.

§. II.

apud Gothos,

Quod ut ex commentariis veteris ævi oſtendatur, videamus primo de ſucceſſione in regno Italiæ Oſtro-Gothico. Memineri-mus itaque *Theodoricum* Regem poſt e vita exceſſum filiam reliquiſſe *Amalaſuntham* & ex ea nepotem *Athalaricum*. Fœminea ſucceſſio obtinebat, nepos autem Athalaricus, non filia Amalaſuntha, ſucceſſit, ſed hæc ut filii tutrix in minori ejus ætate regnum filii duntaxat nomine adminiſtravit. Athalarico autem mortuo Amalaſuntha denuo excluſa eſt & quanquam conſentiente ea *Theodatus*, Theodorici ex ſorore nepos, regnum capeſſivit. Vid. *Petavii Rationar. Tempor. P. 1. L. 7. C. 5. p. 422.* Alii, ut *Goldaſtus* in *regno Bohemiæ* L. 6. C. 5. §. 5. tradunt, Amalaſuntham Athalarico in regnum quidem ſucceſſiſſe, ſed Theodohatum conſobrinum imperii & maritum accepiſſe. Ex quo nihilominus conficitur, non ipſam fœminam, ſed virum potius per fœminam ſucceſſiſſe. Deinceps Amalaſunthæ filia *Vitigi* nupſit, quem uxorio nomine ſibi ipſi regnum vindicaſſe, Goldaſtus c. l. commemorat.

§. III.

## §. III.

in Bohemia,

Inſpiciamus *Bohemiæ* regnum. Et *Goldaſtus* in regno Bohemiæ L. 6. C. 5. §. 6. refert, poſt mortem Croci regis, prole maſculina deficiente, filiam ejus *Libuſſam*, fœminam eximiæ prudentiæ & ſagacitatis, ſucceſſiſſe, ejus autem imperium propter ſexum nequiorem averſatos Bohemos eſſe, eamque ob rem Libuſſam maritum & poteſtatis conſortem, ut Jordanus Moravus, Aeneas Sylvius, Reuſnerus & alii narrant, Primislaum delegiſſe. Libuſſa deinde fatis defuncta, quanquam liberi ex ea ſuperſtites erant, Primislaus ſolus rex manſit, utriusque autem ſoboles virilis usque ad a. 1305 regno potita eſt. Qua extincta ſucceſſio quidem fœminea obtinuit, ſed ita, ut non fœminæ quidem, ſed earum mariti imperium acciperent. Refert enim Goldaſtus c. l. §. 8. duas tum temporis fœminas, easque ſorores, ex genere Libuſſæ ſuperfuiſſe, *Annam* uxorem Henrici Ducis Carinthiæ & *Eliſabetham* adhuc cælibem. Proceres Bohemiæ regnum quidem Annæ, natu majori, adjudicaſſe, ſed, ut Du Bravius, apud Goldaſtum memorat, proprie non Annæ, ſed *propter Annam Henrico Duci Carinthiæ*. Suntque omnino Du Bravii verba hoc loco recenſenda, ex quibus manifeſtum eſt, fœminas in Bohemia non tam ipſas ſuccedere, quam marito potius regnum deferre. Scribit autem ſic: *Ingenti rurſum certamine comitia habentur, Johanne Præſule Pragenſi jus Annæ, quæ Henrico nupta fuit, legibus propugnante, cum diceret, fratribus non extantibus primam ſororibus in ſucceſſione regni cauſam eſſe*, non quidem, ut ipſæ regnent, attamen marito regnum acquirere poſſint, *ſi eum habuerint, quem pater aut regnum illis dederit*. Aeneas Sylvius apud Goldaſtum c. l. *Hunc* (Henricum) *Bohemi regem ſibi deligunt*. Franciſcus de Roſieres apud Goldaſtum c. l. *Exin Henricus - - - regno inauguratur*. Pantaleo Candidatus ibid. *Henricus Dux Carinthiæ a. 1308.* rex factus, quod filiam *Wenceslai ſancti Annam* haberet *uxorem*. Abrahamus Bzovius apud Goldaſtum c. l. *Eo tempore, quo* per matrimonia filiarum Wenceslai regnum Bohemiæ Principes externi ambiebant, *Henricus Dux Carinthiæ regni adminiſtrator metuens, ne ſi alicui externo Principi Eliſabetha in matrimonium collocaretur*, ipſe æmulum regni *ſe olim fortiorem nanciſceretur, excogitavit illam* tali marito *jungere*,

*gere, qui præ illo regnum petere erubeſceret.* Cum deinde Imperator eligendus eſſet, Henricus Carinthius, non uxor ejus, ſuffragium Electorale tulit in gratiam quidem Friderici Pulchri, & ipſe poſtea, non Anna, inveſtituram regni a Friderico Pulchro accepit. Goldaſtus c. l. §. 9. Villanus Florent. apud Goldaſtum: *Fridericus de Auſtria habebat quoque votum Ducis Carinthiæ*, qui ratione uxoris *Wenceslai Bohemiæ regis filiæ primogenitæ* ſe de *jure regem Bohemiæ præiendebat.* Conf. Raymundi Duelli Fridericus Pulcher Auſtriacus §. 3. ibique diploma I. verb. *ac Henrico Duce Carinthiæ* vero hærede & rege *Bohemiæ.* Neque vero ad rem pertinet, quod Henrici Carinthii ſuffragium tum temporis impugnatum eſt. Nam id ideo quidem evenit, quod regnum Henricus amplius non poſſideret. Certe in ſucceſſione ſequente idem obtinuit. Nam cum Henricus Carinthius vel propter neglectam inveſtituram, ut Goldaſtus refert, vel ob ſtatuum Bohemiæ querelas ab Henrico VII. Imperatore regno deſtitutus eſſet, Bohemi ſororis natu junioris, Eliſabethæ, rationem quidem habuerunt, neque tamen Eliſabetham, ſed Johannem Lucenburgicum, quanquam hac conditione regem deligebant, ſi Eliſabetham, regni hæredem, in matrimonium acciperet. Vid. *Du Bravius* apud *Raym. Duell. p. 22. not. l.* Et Johannes deinde per uxorem rex effectus eſt, regnique ipſe inveſtituram a patre, Henrico VII. Imperatore, accepit. Vid. *Archigrammateus Colon.* & cetera loca apud Goldaſtum. Poſtea item Sigismundo Imperatore mortuo, non Eliſabetha, filia ejus, ſed Albertus Dux Auſtriæ, deinde Imperator, maritus Eliſabethæ, rex Bohemiæ factus eſt. *Goldaſtus* de Bohemia *L. 6. C. 6. §. 1. ſq.* Quo defuncto plenius intelligitur, jus fœmineum ſuccedendi non eo pertinuiſſe, ut fœminæ ipſæ ſuccedendi capaces eſſent, ſed ut viri per fœminam ſuccederent. Nam ſiquidem fœmina per ſe regni capax fuiſſet, regnum erat Eliſabethæ, filiæ Sigismundi & viduæ Alberti, quæ gravida a marito relicta erat & deinde Ladislaum filium peperit. Sed neque Bohemi dominam illam agnoſcebant, neque illa ſibi regnum affectabat. Et Bohemi quidem virum regem flagitabant. Ac tametſi Eliſabetha Ladislaum deinde peperiſſet, cujus jus ſuccedendi in dubium vocare Bohemi non poſſent, quem mater quoque anxie commendabat, tamen multi prætexebant, *infantem regno inutilem eſſe, regem a regendo dictum, qui re-*

*gendus ſit, regem vocari non poſſe, antequam Ladislaus adoleſcat, longum tempus effluxurum, poſſe interim regem adſumi, qui per ſe regat. Satis eſſe Ladislao, ſi poſt quatuor & viginti annos ad regnum vocetur.* Vid. Aeneas Sylvius & Kranzius apud Goldaſtum c. l. §. 17. Sed etſi reliqui Status Bohemiæ agnoſcerent, regnum Ladislao deberi, a tutore autem Friderico III. Imperatore interim in Ladislai infantia adminiſtrandum eſſe, tamen ex hoc item exemplo intelligitur, non fœminam ipſam, ſed virum per fœminam ſucceſſiſſe. Mortuo Ladislao Caſimirus, rex Poloniæ & Wilhelmus Dux Saxoniæ ſucceſſionem Bohemiæ per uxores affectabant, & cum Bohemi inſtigante Johanne Rockizano Georgium Podiebradum regem crearent, is quidem cum Wilhelmo tranſegit, Caſimirus autem jus ſuum perſecutus eſt, tandemque poſt obitum Podiebradi regno potitus eſt, cui deinde filius Vladislaus & nepos Vladislai filius ſucceſſit, quamquis Eliſabetha, uxor Caſimiri, per quam ille ſucceſſerat, a. 1505. poſt mortem mariti & filii fatis demum conceſſit. Vid *Goldaſtus c. l. L. 6. C. 8.* Denique Ludovico Vladislai filio ſine ſobole extincto, non Anna, Ferdinandi uxor & Ludovici ſoror, ſed Ferdinandus I. ipſe hæreditario jure uxoris rex Bohemiæ extitit. Hieron. Gebwiler apud Goldaſtum c. l. C. 9. §. 4. *Ferdinando legatos mittunt, ſceptrum regni ultro illi offerentes, quod utriusque & Pannonici & Bohemici Principatus regium diadema - - - ſoli Ferdinando hæreditario deberi cogноſceret.*

## §. IV.

in Sicilia. Neque aliter in regno *Siciliæ* olim obſervatum fuit. Nam *Conſtantia* quidem, uxor Henrici VI. Imperatoris princeps hæreditaria erat utriusque Siciliæ. Neque vero Conſtantia, ſed Henricus maritus imperium tenebat, adeo ut Conſtantia, ne mortuo quidem marito, ſuo nomine regnum gubernaret, ſed vicario duntaxat nomine tutricis filio minorenni exiſtente adminiſtraret. *Aeneas Sylvius* in Dec. 2. Blondi Epitom. L. 6. *Conſtantia vero Frederi ſecundi filii ſui adhuc pueri Siciliæ regnum utrobique adminiſtravit.* Quo loco illud translatitie omittendum non eſt, Henricum Imp. ſuprema ordinantem fratri Philippo, quanquam in caſſum, imperium in pueritia filii commiſiſſe.

§. V.

§. V.

Atque Auſtriacæ ſucceſſionis vix alia ratio fuit. Genere enim Bambergico extincto Albertus I. per uxorem, non uxor, a Rudolfo I. Imperatore de Ducatu inveſtitus eſt. in Ducatu Auſtriæ.

§. VI.

Occurrit aliud perelegans exemplum in ſucceſſione Haſſiaca. Extinctis enim Landgraviis Thuringiæ Sophia, Ducis Brabantiæ uxor, cum filio in Haſſiam profecta, non ſibi quidem, ſed filio Henrico Puero Haſſiam ex jure ſucceſſionis fœmineæ vindicavit, eumque Haſſii dominum acceperunt. Vid. *Jo. Nobii Chronicon Haſſiacum Cap. 31.* apud Dn. Senckenberg in Select. Jur. & Hiſtor. T. 5. P. 429. in Haſſia.

§. VII.

Videamus, an in *Belgio* ita obtinuerit. Et mortuo Ottone Duce Lotharingiæ a. 1005. Comitatum *Brabantiæ* Lambertus Comes Hannoniæ per uxorem vindicavit. Vid. *Gundlingian. P. 40. Obſ.* 4. §. 22. Poſtea Wilhelmo Comite Hollandiæ defuncto ſoror quidem Margaretha, Imperatoris Ludovici Bavari uxor Hollandiam, Seelandiam, Friſiam & Hannoniam hæreditario jure accepit, ipſa autem non gubernavit, ſed primum Hannoniam filio Alberto tradidit. Quem cum accipere Status ob juventutem ejus recuſarent, Wilhelmus, filius natu major, in poſſeſſionem totius hæreditatis & imperii mittebatur. Vid. *Nicolaus Burgundus* in *hiſtoria Ludovici Bavari Imp. L. 3. p. 177.* in Belgio.

§. VIII.

Neque obliviſcendus eſt locus Monachi trium fontium ad a. 1193. *quia filiam Heinrici - - - duxerat in uxorem*, per quam *hæreditare volebat.* Alia exempla.

§. IX.

Plane Gervaſius Tilberienſis in Otiis Imperialibus cap. 19. cum de inſtituto Henrici VI. Imp. de feudis fœmineis refert, verbis hujusmodi utitur, ut veriſimile ſit, maſculos per fœminas ſuccedere. Verba ejus ſunt: *Hic legem inſtituit apud Teutones, ut militiæ* Illuſtratio.

*litiæ more Gallorum & Anglorum ſucceſſionis jure devolverentur ad* proximiores cognationis *gradus.*

§. X.

Ulterior illuſtratio.

Subjungam denique *Goldaſti* verba ex *Bohemia* ejus L. 6. C. 5. §. 3. hujusmodi: *Deinde ajunt, fœminas a ſucceſſione regnorum feudalium excludi, quod nec faidam levare, nec arma portare pro defenſione communis patriæ adverſus hoſtes poſſint. Bello enim gerendo ciendove idoneæ cum non ſint, armis nec ſe nec alios defendere queunt. Sed hæc objectio jam pridem olim ab aliis eſt exploſa. Nam quod ipſæ præſtare per ſexus imbecillitatem nequeunt, hoc illæ aut* per maritos, ut tori, ita regni conſortes, aut ſi virgines vel viduæ ſint, per vicarios *adminiſtrant. Et hoc non uſu tantum & conſuetudine quadam introductum, ſed & ipſo jure noſtro Germanico conſtitutum atque confirmatum eſſe obſervamus.*

# OBSERVATIO CXX.

## *De addictione ad manus.*

Jure Saxonico provinciali L. 3. art. 29. & Jure Municipali art. 27. cautum eſt, ut debitor, qui nec ſolvere poſſit, nec fidejuſſores ſiſtere, creditori ad manus addicatur, ut operis ſuis debitum creditori retribuat. De qua ad manus addictione nuper perelegans Cel. *Engavii* commentatio in lucem prodiit. Atque hæc addictio ad manus jure etiam ſtatutario *Stadenſi* continetur, nuperque admodum Senatus civitatis Stadenſis d. 23. Jun. 1739. in cauſa weyl. Paſtoris Anthon Michael Platja nachgelaſſener Erben Kl. contra Anthon Michael Platja in puncto debiti ex judicato facta transmiſſione actorum ita pronuntiavit: Daß Bekl. wiederum in Verhafft zu nehmen, und auf der Klägere Verlangen dergeſtalt an die Hand zu weiſen, daß er ſeine Schuld mit Arbeit abzuverdienen, auch die aufgegangenen Unkoſten den Kl. nach vorhergehender deren Liquidation und unſerer Ermäſſigung zu erſtatten gehalten. Contra quam ſententiam cum reus ad Curiam provincialem Regiam appellaſſet, d. 9. Maji 1740. judicatum tulit hujusmodi: daß wohl geſprochen, übel appelliret, ſolchemnach die Sententia a qua vom 23. Junii a. p. zu confirmiren ſey. Könnte

und

und wollte jedoch Appellant intra proximam gehörig erweisen, daß er ohne sein Verschulden durch Unglücks-Fälle herunter gekommen, oder Exempel vorhanden, da sowohl der Arrest als die addictio debitoris ad manus von einem Creditore gesuchet, aber nicht darauf erkannt sey, so ergehet anderer gestalt, was sich gebühret. Cum deinde reus ad summum quoque Tribunal Cellense appellasset, inspectis actis per Decr. d. 15. Mart. 1741. rejecta appellatio est in hunc modum: Weil so viel Grav. I. belanget, Implorant sich gegen die erkannte addictionem ad manus creditoris mit nichts anders schützen mag, als daß eines Theils die Stadische Statuta und Gerichts-Ordnung, darinn solche ihren Grund hat, durch wiedrigen Gebrauch aufgehoben worden, und er andern Theils durch Unglücks-Fälle in Verfall seines Vermögens gerathen, beydes aber ihm rechtlicher Ahrt nach zu erweisen in Sententia a qua nachgelassen worden, und die angemaßte Cessio bonorum ihm gegen die ergangene Erkenntnisse nicht zu statten kommen mag, endlich Grav. II. anbetreffend die in voriger Instanz übergebene Articuli zum Beweise der vorgeschützten ersten Exception nicht für relevant zu achten, sondern nach Inhalt der Sententiæ a qua eingerichtet werden müssen, diesem allen nach kein erhebliches Gravamen vorhanden ist, so werden die gebetene Processus hiemit abgeschlagen, und sollen acta priora zu weiterem Verfahren an das Hofgericht zu Stade remittiret werden. Conf. statutum Verdense 51. & 52.

# OBSERVATIO CXXI.

## *De operis rusticorum.*

### §. I.

Operæ rusticorum a *Georgio Engelbrechtio* in diss. *de operis rusticorum* §. 23. satis concinne sic definiuntur, ut sint *officium regulariter diurnum, Principi vel etiam aliis dominis in personarum vel prædiorum utilitatem a subditis & rusticis præstandum.* Operæ rusticorum definiuntur.

### §. II.

Quod dicitur officium regulariter diurnum, rationem habet. Dies enim labori a natura ipsa, non nox quidem, præstituta est. Et ita Romani quoque in operis libertorum tenuerunt. *L. 1. §. 3.* Officium diurnum sunt.

*ff. de oper. libert. L. 2. ff. de ann. leg.* Quod moribus conveniens eſt. Quam in rem *Pottgieſſerus de ſtatu ſervorum* L. 5. C. 2. §. 40. tradit, tempus operis præſcriptum ita definiri, *ut colonus ſole oriente exeat caſa ſua & ſole occidente ad eam revertatur.* Niſi igitur in operis territorialibus neceſſitas publica aliud exigat, ita tenendum eſt, ut operæ ruſticorum ſint diurnæ, hunc in modum, ut colonus ſole oriente caſa ſua exeat, occidente autem ad eam revertatur. Et ita ſummum Tribunal Cellenſe d. 6. Mart. 1736. pronuntiavit in cauſa der Unterſaſſen zu Reckershauſen und Nieder-Gandern, Klägere und Appellanten contra Otto Wilken Freyherrn von Bodenhauſen, Beklagten und Appellaten, in puncto der Dienſte, hunc in modum: Hiernechſt aber iſt Beklagter und Appellat die Klägere und Appellanten ... bis in die Nacht auf den Dienſt zu behalten, nicht befugt, ſondern hat ſich dergleichen widerrechtlicher Anmuthungen zu enthalten.

## §. III.

Quædam] conſuetudo recenſetur.

Nonnullis locis, ubi operæ indeterminatæ obſervantur, conſuetudo quædam utrique forte & domino & colonis noxia venditatur, ſcilicet, ut cum gramina ſuccidantur, coloni omnes, quotquot ſervitia prædio debent, convocati ſimul in unum pratum mittantur, gramine autem unius prati utcunque exigui percepto, etſi medium vix diem abſolverint, dimittantur, neque eodem die alias operas præſtent, daß ſie bey Abmehung einer Wieſe allemahl, ohne daß einer von ihnen zurück bleiben ſoll, auf einmal auf die Wieſen gehen, und falls eine, ſie ſey ſo klein, wie ſie wolle, abgemehet, ſie es für einen Dienſt-Tag rechnen, und ſolchen Tages nicht weiter arbeiten wollen. Quemadmodum in Curia provinciali Cellenſi obſervavi ex Actis des Commiſſarii, Franz Ernſt Gottlieb von der Wenſe zu Oppershauſen, Appellanten und Appellaten, contra deſſen 2. Spann- und 13. Hand-Dienſt-Leute zu Oppershauſen, Appellaten und Appellanten, in puncto der Dienſte und Prövben. Quam in rem illuſtris Groſſ-Vogteja Cellenſis in ea cauſa ita pronuntiaverat: Anlangend das Geſinnen derer Beklagten, daß wenn das Gras auf denen Wieſen gemehet werde, es von allen conjunctim geſchehen, auch ob ſie gleich damit ſchon um Mittag fertig, ſolches jedoch ihnen vor einen Tag gerechnet werden ſolle ꝛc. ſo findet daſſelbe als eine Irregularitæt ander-

gestalt

geſtalt keine ſtatt, als bis das angegebene Herkommen, und daß ſie es ehedem alſo hergebracht, beſſer als noch geſchehen, erwieſen und dargethan. Quæ cauſa ſdeinde transactione ſopita fuit.

## §. IV.

Operarum diſtinctio in determinatas & indeterminatas & quæ ſint præſumendæ.

Sunt operæ vel determinatæ, vel indeterminatæ. Quæ autem in dubio præſumendæ ſint, de eo generaliter nihil certi dici poteſt, ſed hoc ex conſuetudine regionis vel viciniæ in dubio ſtatuendum eſt. Neque enim admitti poteſt, quod quidam putant, utique omnino indeterminata ſervitia haberi. Nam modum ſervitiorum jam olim ſervatum fuiſſe, *Tacitus* prodit *de moribus Germanorum C. 25. Ceteris ſervis non in noſtrum morem deſcriptis per familiam miniſteriis utuntur. Suam quisque ſedem, ſuos penates regit. Frumenti modum dominus, aut pecoris, aut veſtis, aut colono, injungit: & ſervus hactenus paret. Certa domus officia uxor ac liberi exequuntur.* Sed in determinatis quidem operis vix controverſiæ occurrunt, omnino in indeterminatis. De quo videamus.

## §. V.

De indeterminatis operis regula generalis.

Principio quidem illud tenendum eſt, indeterminatas operas a colonis omnino aliter non deberi, niſi quatenus ad prædii ejus utilitatem, cui ſerviunt coloni, exigantur, & domino, qua prædii iſtius poſſeſſori ſint utilia ac neceſſaria.

## §. VI.

Quænam operæ minus recte exigantur.

Neutiquam igitur permittendum dominis eſt, ut ad mercimonia hujusmodi, quæ rei familiaris ratio non exigit, ſed quæ compendii duntaxat gratia fiunt, & ultra prædii utilitatem, operas a ruſticis indeterminatas exigant. In quam rem ſuminum Tribunal Cellenſe d. 6. Mart. 1736. in cauſa der Unterſaſſen zu Reckershauſen und Nieder-Gandern contra Otto Wilken Freyherrn von Bodenhauſen, ita pronuntiavit: Hiernechſt aber iſt Beklagter und Appellat die Klägere und Appellanten - - - zu Holz- und Ziegel-Fuhren in ungemeſſenen Dienſten, in ſo weit er damit Handel und Wandel treibet, und ſolches alles nicht zu des Hauſes Arnſtein Unterhaltung und ſeinem Haushalt verbrauchet, aufzufordern - - - nicht befugt, ſondern hat ſich dergleichen wiederrechtlicher Anmuthungen zu enthalten.

In

In causa derer Gebrüder von Spörke contra ihre Unterthanen zu Langlingen summum Tribunal d. 19. Jun. 1734. ita pronuntiavit: Ad 6) können die Klägere sich nicht entziehen, in dem *ordinair*en ungemessenen Dienste alles zu derer Beklagten Haushalt, Brantewein-Brennen und sonsten nöthige Holz auch aus dem Herrschaftlichen Holze auf Erfordern anzufahren und zu hauen. Quo pertinet summi Tribunalis sententia in causa der Gemeine zu Geismar contra die Gebrüdere von Hardenberg in puncto der Dienste d. 5. Apr. 1742. So viel hingegen das von Appellanten unterlassene Ausmisten im Kuhstalle betrifft, alldieweilen Appellanten = = = vielweniger erwiesen, daß ihnen ein mehrers auszumisten angemuthet worden, als zu Bestellung derer 11. Hufen Adelichen Landes, welche zu bestellen sie schuldig erkannt sind, erfordert werde = = = als haben Appellanten = = = auch bemeldte Dienste unter obiger Einschränkung hinführo unweigerlich zu leisten.

## §. VII.

Quid si prædium adaugeatur & amplificatur.

Illud quoque rectissime defendit *Carpzovius L. 1. Resp. 55.* prædio adaucto & amplificato operas indeterminatas ad id, quod prædio accessit, minime pertinere. Nam revera quidem ratio operarum in pacto antiquo collocata est, quod ultra id, quam convenit, extendi, iniquum foret. De qua re summum Tribunal Cellense in dicta causa der Untersassen zu Reckershausen und Nieder-Gandern contra den Freyherrn von Bodenhausen ita pronuntiavit: Hiernechst aber ist Beklagter und Appellat die Klägere und Appellanten zu Bestellung der 3. Hufen neu zugerodeten Landes, Thongraben und Kalkblauen = = = aufzufordern = = = nicht befugt = = = Würden auch Klägere und Appellanten in obgesetzter Frist darthun, daß Beklagter und Appellat noch ein mehrers als die Num. 17. act. 1. Inst. eingestandene drey Hufen zugerodet, und neue Gartens ausser denen vorigen errichten lassen, wären sie ebenfalls mit deren Bestellung in ungemessenen Diensten zu verschonen. Es könnte und wollte denn derselbe sein Fürgeben, daß er gegen das ausgerodete ander Land, und wie viel, habe liegen lassen, reprobando ausmachen, auf welchen Fall auch solcherhalb weiter ergehet, was sich gebühret.

## §. VIII.

Quid si ratio colendi

Illud tamen utique admittendum est, ut siquidem e re domini

ni ſit vel videatur, agros contra priſtinam conſuetudinem colere, etſi operæ creſcant, tamen quia ad utilitatem prædii pertinent, omnino præſtentur. Verbi cauſa hoc ſubjiciam, quod olim moris fuit, ut ſtatis temporibus arva inculta quieſcerent, id hodie vix curatur, quippe nunc patresfamilias arva quieſcentia colere & conſerere ſolent. Quod vocant, die Brak beſtellen. Minus recte igitur coloni hujusmodi ſervitia ideo negant, quod arva quieſcentia olim culta non eſſent. Quamobrem ſummum Tribunal Cellenſe in cauſa der Eingeſeſſenen zu Reckershauſen und Nieder-Gandern contra Otto Wilken Freyherrn von Bodenhauſen d. 6. Mart. 1736. pronuntiavit hunc in modum: Hingegen aber mögen ſich Appellanten des Pflügens und Beſtellens der in die Brake gelegten Aecker keinesweges entbrechen. Similiter ſummum Tribunal judicavit in cauſa der Gemeine zu Geismar, Klägere und Appellanten, contra die Gebrüdere von Hardenberg, Beklagte und Appellaten in puncto der Dienſte. Cum enim coloni contenderent, ſe nullas alias operas debere, quam quas ab antiquo præſtitiſſent, olim autem novalia non coli, ſed hanc culturam admodum recenter a patribusfam. receptam eſſe, tamen quia coloni utique ad colendos agros obſtricti erant, etſi alias præter priſtinam conſuetudinem onerandi non eſſent, hanc diſtinctionem ſummum Tribunal rejecit. agri muetetur.

## §. IX.

Quæro, an domino permittendum ſit, ſiquidem operæ indeterminatæ ei debeantur, ut a quibusdam colonis antiquitus ad unum prædium conjunctis pecuniam pro operis accipiat, a ceteris autem, qui eidem prædio ſerviunt, operas in natura exigat. Item quæro, an permitti poſſit, ut eorum nonnulli operas omnino redimant a domino. Sed hoc in operis indeterminatis admittendum neutiquam eſt, quia hoc pacto ceterorum operæ multo graviores exiſtunt & contra, quam fas eſt, augentur, & præterea, qui uni prædio indefinite operas debent, in conjunctione quadam & communitate inter ſe exiſtunt, quam divellere contra veterem conſuetudinem non licet. Quam in rem in cauſa der Gebrüdere von Spörke Beklagte und Appellanten contra deren Unterthanen zu Langlingen Kl. und Appellaten ſummum Tribunal ita pronuntiavit: Ad 9) Alſo ſind auch die Beklagte nicht berechtiget, einige derer Köhter in Dienſt-Geld An liceat a quibusdam pecuniam accipere, ab aliis ſervitia exigere.

zu ſetzen, und von denen übrigen die ordinairen ungemeſſenen Dienſte zu fordern, ſondern ſie müſſen die Lehn-Köhter entweder alle dienen, oder von allen ſich Dienſtgeld geben laſſen. Et in cauſa der Unterſaſſen zu Reckershauſen und Nieder-Gandern contra Otto Wilken Freyherrn von Bodenhauſen, ſummum Tribunal judicavit ſic: Würden nun dieſelben, weil ſie an das Haus Arnſtein ungemeſſene Dienſte zu verrichten, ſchuldig zu ſeyn, vorhin in Actis eingeſtanden, den ihnen auferlegten Beweis beſſer und zwar dahin einrichten, daß die übrigen von ihnen in Actis bengnnte Bodenhauſiſche Unterſaſſen conjunctim nebſt ihnen die Dienſte an das Haus Arnſtein zu verrichten ſchuldig ſeyn, und folglich der Beklagte und Appellat, da er jenen die Dienſte theils verkaufet, theils zu Gelde geſetzet, ihnen ſolchergeſtalt die ſonſt mit jenen nur conjunctim zu verrichten ſchuldige Dienſte allein aufbürde, und ſie alſo darunter prægravire, in proxima - - - wie ſichs zu Recht gebühret, * * * erweiſen, ergehet ſodann ꝛc.

§. X.

De operis determinatis.

Sed hoc ad operas tempore determinatas transferendum non eſt, quia tum reliquorum conditio durior & gravior non exiſtit. Neque enim querendi cauſam reliqui habent, qui ultra ſtatutum numerum dierum nunquam ſerviunt.

§. XI.

De loco, ubi operæ præſtentur.

Videamus de loco, quo operæ præſtanda ſint. Et conſtat, locum eſſe prædium domini, in quo ſervitia ad agriculturam inprimis pertinentia exhibentur, quanquam quædam præterea operæ ejus naturæ ſunt, ut extra prædium domini porrigantur, ut ſunt itinera ad alium locum, ad quæ plerumque coloni præter agreſtia ſervitia quodam modo ſunt obſtricti.

§. XII.

An liceat ſtabula vel horrea alio transferre.

Quæro igitur, an domino permittendum ſit ſtabula vel horrea alio transferre & in fundo collocare, qui noviter prædio dominanti conjunctus ſit, olim autem ab eodem ſeparatus fuerit & naturam prædii colonarii habuerit. Et ſiquidem ſtabula vel horrea duntaxat in uſum prædii nobilis dominantis alio transferantur, neque ob locorum diſtantiam colonorum interſit, ut gravioribus ſervitiis non onerentur, dicendum eſt, omnino domino hoc permitti.

Ex

Ex facto aliquando incidit, ut dominus curiam villicalem curiæ dominii propinquam seu potius fundum duntaxat, in quo antea ædificium villicale constitisset, diruto ædificio & agris villicalibus alio translatis, in utilitatem prædii dominantis cum curia nobili conjunxisset, eoque stabula quædam & horrea mutato veterum ædificiorum ordine & loco extruxisset. Coloni igitur neque stabula eo posita fimo purgare amplius volebant, neque fimum inde ad agros ferre, neque fruges & gramina collecta eo proferre, perversa opinione ducti, quod fundus, in quo stabula & horrea nunc locata essent, pars prædii villicalis olim fuisset, cui servire obstricti non essent. Sed quoniam stabula & horrea ad utilitatem duntaxat prædii nobilis pertinebant, adeoque coloni hoc pacto non villicali prædio, sed nobili serviebant, neque præterea graviores colonorum operæ fierent, vel quicquam eorum interesset, summum Tribunal Cellense colonos condemnavit. Et verba concepta sententiæ ita habent in causa der Gemeine zu Geismar Kl. und Appellanten contra die Gebrüdere von Hardenberg, Bekl. und Appellaten, in puncto der Dienste: So viel hingegen das von Appellanten unterlassene Ausmisten im Kuhstall betrifft; alldieweilen Appellanten zu dem Ausmisten nach klarem Inhalt des Recesses auch eignem Geständniß schuldig, und wenn schon der ietzige Kuhstall auf den Platz des eingezogenen ehemaligen Meyer-Hofs nach der bey denen Gebäuden vorgenommenen Veränderung gesetzet seyn mögte, dennoch da die Länderey von sothanem Meyerhofe vorlängst weg- und an den Krughof geleget ist, Appellanten durch die Ausmistung dieses Kuhstalles nicht an den ehemaligen Meyer-Hof, sondern an den Adelichen Vorwerks-Hof dienen, als ꝛc. & deinde: dabey auch von keiner Beträchtlichkeit, daß sie allenfalls das Heu und Grommet bis vor den Kuhstall fahren, und den Mist vor dem Kuhstalle aufladen, angesehen sie dadurch an den ehemaligen Meyerhof nicht, sondern nach wie vor an den Adelichen Vorwerks-Hof dienen ꝛc.

## §. XIII.

Existunt autem varia genera operarum. Nam primo quidem operæ vel jumentis, vel manu & corpore præstantur. Superiores illæ, quæ jumentis exhibentur, Spann-Dienste vocantur, ceteræ autem manuales operæ Hand-Dienste. De qua re *Georgius Engelbrecht* in diss. *de operis rusticorum* §. 26. recte ita definit, ut quibus tan- Partitio operarum in jugales & manuales.

tantum agri a dominis conceſſum ſit, ut equos vel boves alere poſſint, hi jumentis operas præſtent, quales ſunt Voll- und Halb-Meyer, Voll- und Halb-Hûfner, ut vocantur a manſo, agri portione cum curia conjuncta, qui vero nullum vel non multum agri habeant, ad manuales operas exhibendas ſint obſtricti, ut ſunt caſati, qui dicuntur Köhter, Kotſaſſen, novi advenæ autem Brinkſitzer. Et caſatorum conditio fere non multum in operis præſtandis differt, omnino eorum, qui jumentis ſerviunt. Nam hi quidem ſecundum modum agri, quem tenent, majores vel minores operas exhibent. Qui plenum manſum tenent, Voll-Meyer, vel Voll-Hûfner, ſinguli ſeparatim vel bigis, vel quadrigis pro regionum more ſerviunt, qui autem dimidium duntaxat manſum tenent, non ſeparatim, ſed conjunctis jugis, vel uno equo, vel duobus, ut conſuetudo regionis fert. Quod dicitur mit dem ganzen, oder halben Wagen, mit dem ganzen, oder halben Spann dienen. Qua in re conſuetudo regionis eſt ſequenda.

## §. XIV.

Alia operarum partitio.

De colonorum itineribus.

Deinde operæ vel ad agriculturam, vel ad alios domini uſus pertinent, veluti quæ cauſa ædificiorum vel venationis exhibentur. Et multis locis, præſertim in Ducatu Luneburgico receptum eſt, ut præter ordinarias operas, quæ agrorum colendorum gratia fiunt, coloni etiam itinera nonnulla in uſum domini ejusque rei familiaris quotannis ſuſcipiant, & longiora quidem itinera decem forte vel duodecim milliarium, brevia autem vel mediocria trium vel ſex milliarium, prout conſuetudo numerum itinerum definit. De quo ſententia ſummi Tribunalis Cellenſis in cauſa der Gebrüdere von Spörke Appellanten contra deren Unterthanen zu Langlingen ita habet: Ad 3) Appellaten und Beklagte nicht ſchuldig, die lange und mittlere Reiſen in natura zu thun, und ſelbige zugleich, oder überdem noch einige mit Geld zu bezahlen, ſondern es iſt gnug, nachdem nunmehro das Dienſt-Geld ceſſiret, wenn die klagende Lehn-Höfner 2. lange Reiſen nach dem Landes-Gebrauch *a* 10. bis 12. Meilen und 3. kurze oder mittlere Reiſen in natura verrichten. Caſati autem, qui jumenta non habent, ad ferendas epiſtolas adhibentur, quod dicitur Boten-Laufen, Brieftragen.

§. XV.

## §. XV.

Illud quoque obſervari ſolet, ut cum operas coloni præſtant, eadem die victum a domino accipiant. Qua in re ſi contentiones oriuntur, mos vel conſuetudo locorum vicinorum inſpicienda eſt. Alias ſufficit, ſi tantum accipiant, ut ſatiari poſſint. De victu colonis ſubminiſtrando.

# OBSERVATIO CXXII.

## *De obligatione parochianorum diverſæ religionis, ſed ſimultaneum religionis exercitium habentium, ad reparandas ædes miniſtrorum eccleſiaſticorum alterius religionis.*

Evangelici & Reformati in una eccleſia ſimultaneum religionis exercitium habebant. Incidit autem, ut Paſtoris Evangelici ædes reparandæ eſſent, & cum ærarium eccleſiæ non ſufficeret, Evangelici contendebant, omnes eccleſiæ parochianos, etiam Reformatos ad id contribuere debere. Qua in re obſervantiam quoque ſuperiorum temporum Evangelici allegaverant. Sed quoniam obſervantia probata nondum erat, illud inprimis inſpiciendum veniebat, num Reformati ex communione eccleſiæ & quaſi ex ſocietate ad contributionem eam obligarentur. Principio illud dubitationem non recipiebat, ærario eccleſiæ parum ſufficiente, ut ex reditibus fieri refectio nequeat, parochianos ipſos ad refectionem hujusmodi ædium teneri. *Brunnemann J. Eccl. L. 2. C. 3. §. 1. Dn. Bœhmer in Jure Parochiali S. 7. C. 3. §. 3. 6.* Illud autem quærebatur, an ob communionem eccleſiæ Reformati reſpectu parochi Evangelici recte parochiani haberentur. Quod dicendum non videbatur. Nam etſi Evangelici & Reformati in communione eccleſiæ eſſent & ſimultaneum exercerent, tamen re ipſa non unam, ſed duas quidem ſocietates parochiales inter ſe diſtinctas conſtituebant, quarum utraque ſuum parochum habebat, neque cum parocho alterius ſocietatis nexus quidam intercedebat. Igitur communio eccleſiæ, ſeu potius ædis ſacræ eo proferenda non erat, ut obligationem erga parochum alterius ſocietatis diverſæque religionis efficeret. Quod

melius adhuc intelligitur, ſi definitio parochiani inſpiciatur, quam Dn. *Bœhmerus* in Jure Parochiali S. 2. C. 1. §. 29. probavit, ut *parochianus perſona* ſit, *parocho illius parochiæ, cui ſubeſt*, pro beneficiis ſpiritualibus ab ipſo acceptis & accipiendis *obligata ad varias præſtationes ad parochi ſuſtentationem & ipſius parochiæ conſervationem conſtitutas.* Reformati autem beneficia ſpiritualia non ab Evangelico quidem, ſed a ſuo parocho accipiebant. Præterea autem quod vulgo jactatur, domicilium parochianum conſtituere, id in diſſentientibus in religione vix accommodatur, ut ad ſubeunda onera parochialia v. c. ad conferendum ad reparationem eccleſiæ parochialis utique teneantur. De quo Dn. *Bœhmerus* in Jure parochiali S. 3. C. 2. §. 15. ita ſcribit: *Regulariter & generaliter id aſſeri non poſſe puto, cum onus hoc incumbat parochianis qua talibus & quia ſacris hujus vel illius eccleſiæ utuntur, ſeu propter ſacrorum adminiſtrationem, quæ eorum gratia fit. - - - Parochiani habent reſpectum ad parochum. At vero tales non ſubſunt curiæ & inſpectioni parochi diverſæ religionis.* Conſuetudine autem hujusmodi obligationem mutuam conſtitui poſſe, non ambigitur, quia hoc modo tacite & ipſo facto ſocietas in ea re initur. Et ita ſummum Tribunal Celenſe pronuntiavit in cauſa derer Gevollmächtigten der Evangeliſch-Reformirten Gemeine zu Lehe, Appellanten contra die Gevollmächtigte der Evangeliſchen Gemeine daſelbſt, Appellaten, in puncto reparationis des Evangeliſchen Paſtorat-Hauſes, hunc in modum: Alldieweilen Appellanten zu Ausbeſſerung des Evangeliſchen Paſtorat-Hauſes bey Unzureichlichkeit der Kirchen-Einkünfte in ſubſidium aus ihren eignen Mitteln mit beyzutreten, denen Rechten nach nicht verbunden ſind, Appellaten auch die darunter gerühmte Gewohnheit nicht beygebracht, als iſt vom Richter voriger Inſtanz übel erkannt und wohl appelliret, mithin Decretum a quo dahin zu reformiren, daß die zum Bau des Evangeliſchen Paſtorat-Hauſes aufgewandte Summa durch eine Neben-Anlage über die ganze Gemeine nicht beyzutreiben, ſondern Appellanten von dem auferlegten Beytrage frey zu ſprechen ꝛc.

OBSER-

# OBSERVATIO CXXIII.

## *De jure paſcendi in re communi vel aliena ratione numeri pecorum moderando.*

Qui rätione prædii ſui jus paſcendi habet ſive in paſcuo communi, ſive alieno, non poteſt ultra utilitatem prædii ſibi jus in ea re aſſerere. Quamobrem permiſſum ei non eſt, aliena pecora, quæ ipſe ex reditibus prædii durante hyeme non alat & ſuſtentet, in paſcua immittere. Qua de re cum aliquando contentio intercederet in cauſa der Eingeſeſſenen zu Uetze, Hänigſen, Altwerdingſſen, Cretze, Darenhorſt, Bentenrohde und Abbail, Klägern und Appellanten, wie auch Julianen Barbaren Martens, Intervenientin und Mit-Appellantin contra den Land-Raht und Droſten zu Burgdorff, Werner Ludwig von Lüneburg, Beklagten und Appellaten, die Einnehmung fremden Viehes in die gemeine Weyde betreffend, ſummum Tribunal Cellenſe per ſententiam d. 8. Maji 1715. interloquebatur, oportere reum & appellatum jus, quod ſibi aſſereret, aliena ſcilicet pecora communi paſcuo immittendi, probare. Quibus probationibus peractis ſummum Tribunal d. 21. Junii 1717. pronuntiavit in hæc verba: Daß Beklagter und Appellat, wie nunmehro aus denen Acten erſcheinet, was ihm zu beweiſen auferleget worden, ſo viel das Schweine-Vieh betrifft, oder die Befugniß, Schweine von fremden Orten in die mit Klägern und Appellanten in Gemeinſchaft habende Hud und Weyde zu nehmen, zur Nohtdurft bewieſen, demnach dabey ohne Hinderung zu laſſen, und in ſo weit von angeſtellter Klage zu entbinden; die Befugniß hingegen, Pferde und Rind-Vieh, ſo er nicht auswintert, von fremden Orten in gedachte Weyde zu nehmen, wie Recht nicht erwieſen, dannenhero ſich deſſen zu enthalten ſchuldig ꝛc. Idem obtinebit, ſi quis forte vicina prædia vel decimas conduxerit. Nam etſi ex eorum reditibus majorem pecorum numerum durante hyeme ſuſtentare poſſet, ea tamen reſpectu prædii, cui jus competit paſcendi, aliena habentur.

OBSER-

# OBSERVATIO CXXIV.

## *De jure lignandi.*

Jus lignandi, quod prædiorum poſſeſſores ex jure ſervitutis in ſylvis & nemoribus Principis habent, ultra neceſſitatem & utilitatem prædii proferendum non eſt. Quamobrem poſſeſſoribus permiſſum non eſt, ligna vendere, vel alio transferre, niſi quidem determinatum lignorum numerum quotannis accipiant, quo caſu domini ſylvæ nihil intereſt. Alias enim jus lignandi ad exemplum ceterarum ſervitutum prædialium æſtimandum eſt, ut ultra neceſſitatem & utilitatem prædii non extendatur. Idemque dicendum eſt in ſylvis communibus, ſi jus lignandi ad neceſſitatem & utilitatem prædii refertur. Extat hanc in rem ſententia ſummi Tribunalis Cellenſis d. 17. Apr. 1720. in cauſa des Königl. Forſt-Amts contra den Hof- und Canzley-Raht, Chriſtoph Gottlieb von Sebiſch in hæc verba: Daß von dem Richter voriger Inſtanz übel geſprochen, wohl appelliret, und die Urthel a qua dahin zu reformiren ſey, daß Unſer Forſt-Amt dem Kläger und Appellaten das abgenommene Holz ad locum unde wiederum zu liefern, noch zur Zeit nicht ſchuldig, ſondern vielmehr von angeſtellter Klage zu abſolviren, es wäre dann, daß Kläger in proxima ordinaria ſeine vorgegebene poſſeſſion vel quaſi das Holz von Hohne anderswohin fahren und verbrauchen zu laſſen, rechtsgültig darthun, oder weil hiezu faſt gar kein Anſchein vorhanden, in petitorio gehörig erweiſen könnte, daß entweder die Holz-Gerechtigkeit ſeines Gutes zu Hohne weiter als zur Nohtdurft ſothanen Guts ſich erſtrecke, oder auch, daß er einen determinaten Holz-Hau habe ꝛc.

# OBSERVATIO CXXV.

## *De votorum pluralitate in cauſis, quæ ad utilitatem pertinent ſingulorum.* (*)

Quod major pars curiæ effecerit, id pro eo haberi, ac ſi omnes egerint, in *L. 19. ff. ad municip.* expreſſum eſt. Quod ad univerſitates quoque & collegia merito pertinet, ut in cauſis univerſitatum & collegiorum major pars definiat. Quæro, an id procedat

(*) Conf. T. III. Obſ. CXI. & CXLIX.

dat in cauſis ad utilitatem pertinentibus ſingulorum. Quod dicendum non eſt. Neque enim penes univerſitatem vel collegium jus eſt, extra cauſas univerſitatis & collegii de rebus ſingulorum definire. Sed etſi res communis ſit, tamen dicendum eſt, in re communi potiorem eſſe conditionem prohibentis. *L. 28. ff. comm. divid.* Vid. *Georg. Engelbrecht* de pluralitate votorum §. 31. *Mevius* P. 4. Dec. 201. n. 4. Et ita ſummum Tribunal Cellenſe d. 16. Jan. 1723. pronuntiavit in cauſa derer Gevollmächtigten der reformirten Gemeine des Fleckens Lehe, contra die evangeliſch-lutheriſche Gemeine daſelbſt. Verba ſententiæ hæc ſunt: Weiln aber nicht nur in denen a. 1700. & 1703. zwiſchen obbeſagten Gemeinen ergangenen deciſis expreſſe verordnet, daß die Reformirte ohne Zuziehung und Conſens der Lutheriſchen Gevollmächtigten & vice verſa überall in gemeinſchaftlichen, in ſpecie auch die Hude und Weyde betreffenden Sachen nicht das allergeringſte vornehmen ſollten, ſondern auch ohnedem denen Rechten gemäß iſt, daß *in rebus, quæ ſingulorum concernunt utilitatem*, es nicht auf *pluralitatem votorum* ankomme, daß dannenhero das wegen Theilung des Gras-Broks gemachte Concluſum zu Recht nicht beſtändig, ſondern vor nichtig zu achten ꝛc.

# OBSERVATIO CXXVI.

## *An milites domi in præſidiis collocati, ut reip. cauſa abſentes in integrum reſtituantur.*

Frequenter cauſarum patroni milites domi in præſidiis collocatos pro reip. cauſa abſentibus venditant, & ex ea cauſa reſtitutionem in integrum contra ea, quæ per negligentiam omiſerunt, poſtulant. Sed utique dicendum eſt, eos ſolos, qui in expeditionibus occupati ſint, ut diſcedere ſignis ſine periculo non poſſint, reip. cauſa abſentes habendos eſſe, & in integrum reſtitui. Nam *L. 45. ff. ex quib. cauſ. major.* nominatim eos tantum milites reip. cauſa abſentes dicit, qui diſcedere ſignis ſine periculo non poſſint. Et in *L. fin. C. de reſtit. mil.* ita continetur: *his ſolis, qui in expeditionibus occupati ſunt, ea tantummodo tempora, quæ in eodem expeditione percurrunt, in integrum reſtitutionibus opitulari.* Nec movet, quod in *L. 7. ff. ex quib. cauſ. maj.* reip. cauſa abſentes habentur,

tur, qui Romæ militant. Quod *Oddus* de reſtit. in int. P. I. Qu. 6. art. 4. & *Lauterbach* in Colleg. theor. pract. ad tit. ff. ex quib. cauſ. maj. §. 8. ad eos transferunt, qui in patria militent. Nam quod ad legem citatam pertinet, *Zæſius* quidem ad tit. ff. ex quib. cauſ. n. 2. eleganter annotavit, eos, qui Romæ militarent, ideo reip. cauſa abſentes haberi, quia & Romæ in caſtris agere viderentur, eaque eſſent conditione, ut quolibet momento proficiſci eos oporteat, ut cum ad tempus tantum ibi ſint, non intelligantur eſſe. Recte igitur Doctores ſtatuunt, ſolam militiam cauſam reſtitutionis non eſſe, ſed oportere militem in expeditione occupari. Vid. *Zæſius* c. l. *Oddus* de reſtit. in int. P. I. Qu. 6. art. 5. *Perez* ad tit. C. de reſtit. milit. n. 3. *Brunnemann* ad L. fin. C. eod. n. 1. ſq. Quæ ſi vera ſunt, non poſſunt dici reip. cauſa abſentes milites, qui pacis quidem tempore domi in præſidiis commorantur, niſi forte inſtanti expeditioni vicini ſint, præſertim cum domi in præſidiis tempore pacis collocatis venia ad aliquod tempus a ſignis diſcedendi vix negetur. Nam ſiquidem in ea conditione aliquando eſſent, ut venia diſcedendi a ſignis negaretur, tum ſane reſtitutio locum haberet. Quod conſideratum eſt in ſummo Tribunali Cellenſi in cauſa derer Gebrüdere von Oberg contra den Heimburgſchen Curatorem bon. und Creditores. Similiter ſummum Tribunal d. 9. Oct. 1720. pronuntiavit in cauſa des Ober-Hauptmanns und Schatz-Rahts, Curd Albrecht von Hasbergen contra den Oberſten Erich Philipp und Major Otto Georg Adolf Gebrüdere von Schwan in puncto retractus conſanguinitatis, in hæc verba: noch auch das beneficium reſtitutionis in integrum, als welches nur denenjenigen Soldaten, ſo würklich in expeditione ſeyn, zuſtehet, zu ſtatten kommen kan ꝛc.

# OBSERVATIO CXXVII.

## *De contractu officialis contra legem præpoſitionis & contra voluntatem domini.*

Camera quorundam Principum curiam vicillicalem in Principatu Gœttingenſi ſitam alii colono pro majori mercede locaverat, quanquam non conſtabat, utrum antiquus poſſeſſor jure villicali perpetuo an ex ſola conductione hucusque tenuiſſet. Qua in re cum

cum Camera contra legem præpoſitionis egiſſet, (nam neque conſenſum dominorum antea requiſiverat & contra prohibitionem expreſſam alterius domini fecerat) Principes domini ratam eam locationem non habebant, ſed potius antiquo poſſeſſori iisdem conditionibus prædium locari juſſerant. Lite igitur inter colonos exorta, præter alia illud quoque quærebatur, an ſuperior contractus Cameræ contra legem præpoſitionis valeret, dominosque obligaret. Sed mandatarius contra voluntatem expreſſam mandantis & contra fines mandati agens dominum non obligat *L. 5. pr. §. 3. & 4. ff. mand. L. 60. §. f. eod.* & in inſtitore conditio præpoſitionis reſpicitur *L. 11. §. 5. ff. de inſtit. act.* Ex quo *Kreſſius* de jure officialium C. 5. §. 1. recte conficit, oportere, ut officialis, ſi dominum obliget, conditionem præpoſitionis ſervaverit. Quod cum in ſpecie propoſita factum non eſſe conſtabat, ſummum Tribunal Cellenſe non dubitavit, primum Cameræ contractum nullum declarare. Ut pronuntiatum eſt in cauſa Chriſtoph Jeep, Appellanten, contra Johann Henrich Ahlbrecht, Appellaten, in puncto eines Meyerhofes zu Knutbühren, in hunc modum: überdem aber auch ſonſt die Sache ſo beſchaffen, daß die Fürſtlich = = = Geſamt-Rent-Cammer zu = = = bey denen in Actis vorkommenden Umſtänden den ohnehin auf ungleiche Vorſtellungen veranlaßten Contract mit Appellaten nicht einſt zu ſchlieſſen ermächtiget geweſen, ſondern derſelbe billig auf derer Herren = = = Befehl wiederum caßiret worden.

# OBSERVATIO CXXVIII.

## *Ad L. 6. §. 5. ff. mand. & §. 6. Inſtitut. eod.*

Hominum in Dania & Norvegia commorantium litem in ſummo Tribunali advocatus cauſæ procuratori ſummi Tribunalis ordinario curandam dederat. Is curam litis ſuſceperat, mandatum quoque principalium ad acta produxerat, deinde autem impendia ſua & ſalarium a patrono cauſæ Cellis degente, qui ſibi commiſiſſet, repetebat, obtexens, ſe non aliter ſuſcepturum negotium hominum ignotorum & longiſſime remotorum fuiſſe, niſi patronus ſibi demandaſſet, patronum itaque ex *L. 6. §. 5. ff. mand.* & *§. 6. Inſt. eod.* de ſalario & ſumtibus teneri. Sed hoc non placuit. Pla-

ne enim cauſas judiciales curandas ſuſcipere in officio procuratorum ordinariorum eſt, ex quo victum illi quærunt, neque ſolent cauſas ad ſe delatas ſine graviſſima ratione recuſare. Per advocatos autem cauſarum patronos cura plerumque ipſis committitur. Quo facto nec advocatus fidem ſuam adſtringere videtur, quippe nomine principalis committere intelligitur, nec dici poteſt, aliter procuratorem ſuſcepturum non eſſe, niſi advocatus demandaſſet. Eſt præterea repetitio ſumtuum procuratoribus durante lite in promtu, etſi principalis longe ab his terris remotus ſit, qua in re ſiquidem ſibi ipſi non proſpiciunt, id merito ſibi imputabunt. Summum igitur Tribunal Cellenſe ita judicavit, ut advocatus non teneretur, niſi vel ipſe ut ſuum negotium mandaſſet, vel fidem ſuam deſuper adſtrinxiſſet, in cauſa des Ober-Appellations-Gerichts-Procuratoris Schuders Klägers, contra den Procuratorem Cameræ und Advocatum von Hagen, in puncto Vorſchuß und Procuratur-Gebühren, in hunc modum: Alldieweilen aus der Beſchaffenheit des gegenwärtigen Handels an und für ſich, da nemlich Beklagter, als Advocatus cauſæ für Juliane Brumund und Johann Julius Stracken die Procuratur dem Kläger, als einem Procuratori ordinario hieſelbſt, aufgetragen, ſo lange derſelbe es nicht als ein ihn ſelbſt angehendes Geſchäfte dem Kläger übergeben, oder demſelben der Sicherheit und Bezahlung halber ſich verpflichtet, keine Verbindlichkeit an Seiten des Beklagten erwächſet, als iſt Kläger ſchuldig, den Grund ſeiner Klage, daß nemlich Beklagter ihm vorhin bemerkter maſſen würklich verpflichtet worden, binnen hier und nächſtem Gerichts-Tage zu erweiſen ꝛc.

# OBSERVATIO CXXIX.

## *De fidejuſſionibus.*

### §. 1.

De uſu Ordinationis Politicæ Luneburgicæ.

Ordinatione Politica Luneburgica C. 42. cavetur, ne quis omnino ſine Principis conſenſu, vel cives & ruſtici ſine magiſtratus conſenſu, fidejubendo ſe obliget, niſi prædiorum quidem nobilium poſſeſſores ad mille usque thaleros. Aliter ſi fiat, fidejuſſionem nullam eſſe nulliusque momenti, neque dandam in fidejuſſorem eſſe actionem. Sed hoc neque inter nobiles, neque inter alios

alios obſervatur, niſi forte inter ruſticos, quorum contractus omnes ſecundum Ord. Polit. Luneb. C. 11. confirmatione judiciali adhuc indigent. Et cum Nobilis quidam aliquando ex Ordinatione Politica exciperet, ſe ex fidejuſſione ſua ultra M. thaleros non obligari, illuſtris Cancellaria Cellenſis per Decretum d. 23. Jan. 1737. hanc exceptionem rejecit. Qui cum deinde ad ſummum Tribunal appellaſſet, rejecta appellatio eſt per Decr. d. 7. Maji 1737. in cauſa des Fürſtl. Wolfenbüttelſchen Hof-Agenten, Alexander David, contra den Hrn. von M.

## §. II.

Illud quoque *Clammerus* olim tradidit in *Promtuario juris tit. 34. n. 12.* in Ducatu Luneburgico inter nobiles obtinere, ut fidejuſſoris hæres ex fidejuſſione defuncti non teneatur. Quem ſecutus *Hering* de fidejuſſ. C. 20. §. 10. n. 82. non dubitat contendere, generalem Ducatus Luneburgici conſuetudinem eſſe, ut hæres ex fidejuſſione defuncti omnino non teneatur. Et hanc teſtantur præterea *Sam. Stryk* in uſu mod. Dig. tit. de fidejuſſ. §. 14. *Martini* in Comm. ad Ord. Proc. Sax. tit 52. §. 1. n. 59. *Carpzov* P. 2. C. 20. def. 4. *Berlich* P. 2. Concl. 26. n. 11. *Modeſt. Piſtor.* Vol. 2. Conſ. 1. qu. 2. n. 46. Sed neque a Clammero relata conſuetudo inter Nobiles hodie obtinet, & mirabiliter falluntur ceteri Doctores, qui non ſatis inſpecta Clammeri ſententia generalem inde conſuetudinem Ducatus Luneburgici effinxerunt. Quæ conſuetudo cum aliquando ex allegatis Doctorum teſtimoniis oppoſita eſſet in Curia Cellenſi in cauſa Heinrich Dietrichs contra Heinrich Hühnen und deſſen Töchter erſter Ehe, ea exceptio rejecta eſt. In terra tamen *Hadelenſi* ita obſervatur, ut niſi quis hæredum quoque nomine fidejuſſerit, hæredes non teneantur. Vid. *Jus provinc. Hadel. P. 2. tit. 4.*

De allegata conſuetudine in hærede fidejuſſoris.

De jure Hadelenſi.

# OBSERVATIO CXXX.

*De actione fidejuſſori ceſſa ex intervallo poſt ſolutam pecuniam, præſertim ſi debitor fidejuſſoris eo ignorante ſolverit.*

Fidejuſſore condemnato debitor ejus, cum mandatum de ſolvendo non haberet, antequam ſententia in rem judicatam tranſiiſ- Caſus.

set, creditori solverat, & cautionem receperat, creditor autem in solutione promiserat, indemnem sese debitorem præstaturum numosque solutos, si id exigeretur, confestim ad manus debitoris restituturum esse. Quam in rem alius præterea sese obligaverat. Fidejussor interea, ejus rei ignarus, facta jam solutione adhuc appellationem contra sententiam interposuerat, prosecutus autem non fuerat, deinde novem mensibus elapsis compertam solutionem ratam quidem habuit, sed a creditore jura sibi contra principalem debitorem cedi postulavit. Quod cum creditor feciset, & facta cessione libertatum se ex hoc tempore ab omni nexu declarasset, fidejussor autem deinde ex juris cessione actione Serviana contra tertium experiretur, illud quærebatur, an ea cessio ex novem mensium intervallo post solutionem facta jure valeret. Plane an actiones fidejussori ex intervallo post solutionem cedi possint, nisi pactum de cedendo ab initio intervenerit, diu multumque inter juris interpretes veteres ac recentiores disceptatum est. Nam etsi verum est, actiones per solutionem peremtas semel extinctasque frustra cedi, tamen per numerationem pecuniæ, vel solutionem peremta actio non intelligitur, si non eo fine solutio facta, ut obligatio rei tollatur, sed ut in eum, qui solvit, transferatur, adeoque nomen debitoris quodammodo vendatur & redimatur. In fidejussore autem, nisi ex solutione ipsa omnino aliter appareat, in dubio certe commode dici possit, voluisse eum nomen debitoris redimere potius, quam perimere, propterea quod beneficium cedendarum actionum jure proditum ei est. Quam in rem facit *L. 36. ff. de fidejuss.* & præterea *L. 37. ff. de solut.* a multis non observata, in qua continetur, quoties unus ex fidejussoribus suam partem solvisset, tanquam negotium reo gessisset, perinde habendum esse, ac si reus ipse unius fidejussoris partem solvisset, sed tamen, *ut non ex sorte decedat*, sed eum fidejussorem solum liberari, cujus nomine facta solutio fuerit. Plane igitur, si constat, omnino tum temporis, cum solutio fieret, de cessione cogitatum nihil esse, deinde autem ex intervallo cessionem fieri, merito dicendum est, actionem non valere, quia solutione semel peremta actio est, neque postea consilium in detrimentum aliorum mutari potest. In casu autem proposito plane constabat, solutionem liberatoriam factam non esse. Principio enim, qui sic solvit, ut reciperet, non liberatur. *L. 55. ff. de*

An actiones fidejussori ex intervallo recte cedantur.

An in proposito solutio liberatoria facta.

*de ſolut. & liber. L. 54. ff. eod.* Debitor igitur fidejuſſoris, qui ita ſolverat, ut, ſi vellet, reciperet, neque fidejuſſorem, neque reum liberaverat. Deinde etſi tertius ſolvendo debitorem ignorantem quoque & invitum liberare dicitur *L. 23. & 53. ff. de ſolut. & liber.* tamen hoc ſecundum L. 53. ita intelligendum eſt, ut ejus, pro quo ſolvatur, conditio melior reddatur, cum ſit jure civili conſtitutum, licere etiam ignorantis invitique meliorem conditionem facere. Quod ſi debitoris intereſt, pecuniam non ſolvi, tertius autem ignorante eo & invito ſolverit, ea ſolutio debitori damnoſa eſt, neque vera ſolutio habetur. *L. 43. ff. de negot. geſt. Cum pecuniam ejus nomine ſolveres, qui tibi nihil mandaverat, negotiorum geſtorum actio tibi competit, cum ea ſolutione debitor a creditore liberatus ſit: niſi ſi quid debitoris interfuit, eam pecuniam non ſolvi.* L. 39. ff. eod. *Solvendo quisque pro alio, licet invito & ignorante, liberat eum: quod autem alicui debetur, alius ſine voluntate ejus non poteſt jure exigere. Naturalis enim ſimul & civilis ratio ſuaſit, alienam conditionem meliorem quidem etiam ignorantis & inviti nos facere poſſe, deteriorem non poſſe.* Conf. *L. 91. & 106. ff. de ſolut. & liber.* Igitur in propoſito ſolutio non antea intelligebatur, quam fidejuſſor ipſe ratam habuiſſet, & creditor actiones deinde cedendo a nexu omni liberatus eſſet. Quamobrem ſummum Tribunal Cellenſe propoſitam ceſſionem validam pronuntiavit d. 28. Sept. 1743. in cauſa des ehemaligen Bödekerſchen Curatoris bonorum, Bieſters, Klägers, nachher und anjetzo des Hannöverſchen Bürgers, Johann Friedrich Heinichen, Appellanten, contra den Hannöverſchen Bürger, Hans von Hemmen, Beklagten, vorjetzo deſſen Erben, insbeſondere deſſelben Sohns Vormünder, Appellaten, in puncto eines Gartens.

Qui ſic ſolvit, ut reciperet, non liberatur.

Solutio a tertio facta quatenus debitori damnoſa eſt, ſolutio non intelligitur.

# OBSERVATIO CXXXI.

## *Ad L. 6. C. de remiſſ. pig.*

## *De effectu programmatis publici in alienatione pignoris.*

### §. I.

Indubitati juris eſt, pignus alienatum cum onere hypothecæ inhærente ad novum poſſeſſorem tranſire, *L. 1. C. ſi antiqu. cred. pign.* per pro-

Pignoris liberatio

gramma publicum.

*pign. vend.* niſi quidem creditores hypothecarii alienationi aut expreſſe, aut tacite conſenſerint & hypothecam hoc pacto remiſerint. Illud autem quæritur, quomodo creditores tacite conſenſiſſe & ita hypothecam remiſiſſe videantur. Poſſunt enim videri ſalvo jure ſuo tacuiſſe, præſertim ſi non amplius integro negotio alienationem reſciverint, quo caſu antequam principalem debitorem & fidejuſſores excuſſerint, fruſtra contra tertium jure noviori pignus perſequuntur. Sed cautio hanc in rem in jure prodita talis eſt, ut programmate creditores admoneantur. Quod *ſi* igitur *programmate admoniti creditores, cum præſentes eſſent, jus ſuum executi non ſunt, videntur obligationem pignoris amiſiſſe.* Nam ita nominatim in *L. 6. C. de remiſſ. pign.* expreſſum eſt. Conf. *L. 8. C. eod.*

## §. II.

Qui creditores præſentes intelligantur.

Quod ait lex, *cum præſentes eſſent*, Gloſſa recte explicat; *ſic quod edictum potuerit ad eos pervenire.* Conf. *Brunnemann* ad cit. L. 8. C. de remiſſ. pign. Igitur hujusmodi tantum creditores jus pignoris amiſerunt, quos notitiam programmatis habuiſſe, probabile eſt, ſcilicet quod in eo loco, ubi programma expoſitum fuit, præſentes fuerunt. Quod ſi creditor alio loco, etſi in eadem provincia domicilium habuit, probabile dici non poteſt, programma eum comperiſſe. Quamobrem ſolum programma tribus forte locis affixum, ut conſuetudo fert, niſi probabilis ſcientia creditoris inde efficiatur, jus hypothecæ non tollit.

Quinam excludantur.

An affixio tribus locis facta utique ſufficiat.

## §. III.

Multoque minus dicendum eſt, decretum judicis præcluſivum forte inſecutum ad excludendos creditores ſufficere. Neque enim judex præcludendo adimere hypothecam ſuam cuiquam poteſt, ſed omnis ratio amiſſæ hypothecæ in tacita remiſſione creditoris ſecundum *L. 6. & 8. C. de remiſſ. pign.* continetur.

An decretum præcluſivum ſufficiat.

## §. IV.

Oportet autem præterea poſſeſſorem contra creditorem oſtendere, rite propoſitum programma fuiſſe, eumque probabiliter reſciviſſe. Sed etſi decretum judicis præcluſivum habeat, tamen niſi oſten-

Quid poſſeſſorem probare oporteat.

oſtendat, cetera omnia recte ſe habere, hoc ſolo contra creditorem ſecurus non erit, ut ſuperiore §. annotavi.

## §. V.

Caſus incidit hujusmodi. Debitor quidam, isque civis Hannoveranus gravi ære alieno affectus uni creditori eidemque civi & mercatori Hannoverano pro acceptis antea mercibus hortum ſub lege retrovenditionis vendiderat. Cum deinde anni circiter vel ſesqui anni ſpatio elapſo bonis debitor ceſſiſſet, & lata ſententia prioritatis cetera bona creditoribus hypothecariis non ſufficerent, Curator nomine hypothecariorum & deinde is, qui in ordine ceteris prælatus erat, Serviana actione contra poſſeſſorem horti experiebatur. Poſſeſſor autem de eo inprimis excipiebat, creditores eo tempore, cum hortus venderetur, a judice rei ſitæ per programma publicum tribus locis, Langenhagæ, Hannoveræ & Coldingæ admonitos fuiſſe, deinde cum nemo comparuiſſet, per decretum iſtius judicis præcluſos eſſe. Quam in rem cum poſſeſſor decretum illud protuliſſet, primus judex eum ab inſtituta actione abſolvit, niſi actor oſtenderet, decretum illud vitio nullitatis laborare. Cum deinde aditus ſuperior judex acta programmatis a judice rei ſitæ popoſciſſet, illud quidem apparebat, in loco quodam vicino, Coldingen programma affixum fuiſſe & Hannoveram quoque forte transmiſſum, ceterum acta deficiebant, neque conſtabat, an Hannoveræ item affixum programma fuiſſet. Erant præterea multa argumenta, quæ efficiebant, programma in propoſito caſu creditorem non excludere, etſi conſtitiſſet, tribus locis, ut narrabatur, affixum illud fuiſſe. Nam primo quidem terminus vix quatuor hebdomadum a tempore affixionis erat ſtatutus, cum ſecundum conſuetudinem terminus ternarum citationum tempora complecti debeat, ut in judiciis ſuperioribus certe trium menſium, in inferioribus autem ſaltim hebdomadum VI. Vid. B. Par. Introd. in Proc. Civ. Luneb. P. V. C. 4. §. 9. Quæ conſuetudo rationem habet, quia ad contumaciam æſtimandam antiquitus ſemper ternas citationes intervenire oportuit. Deinde autem creditor, ex cujus jure actor agebat, neque Langenhagæ neque Hannoveræ neque Coldingæ præſens fuerat, ſed Hamelæ domicilium habuerat ibique ut Paſtor eccleſiæ ſacra adminiſtraverat, neque probabile erat, pro-

Caſus.

Obſervatio de termino præfigendo.

Obſervatio de hypothecis judicialibus publicis.

gramma eum reſciviſſe. Præterea vero creditoris hujus hypotheca libro publico iudiciali Senatus Hanoverani comprehenſa erat. Emtor igitur, præſertim cum ſciret, debitorem ære alieno affectum eſſe, (nam ipſe item ſub hypotheca judiciali publica ter mille ei crediderat) culpæ arguendus erat, quod de ceteris hypothecis publicis curioſus non fuiſſet & vel ſpeciatim denuntiaſſet, vel eo loci, ubi creditor habitabat, programma affigi curaſſet, ut ad ſcientiam ejus poſſet pervenire. Summum igitur Tribunal Cellenſe d. 28. Sept. 1743. hunc in modum pronuntiavit in cauſa des ehemaligen Bödekerſchen Curatoris bonorum, Bieſters, Klägers, nachher und anjetzo des Hannöverſchen Bürgers, Johann Friedrich Heinichen, Appellanten, contra den Hannöverſchen Bürger, Hans von Hemmen, Beklagten, vorjetzo deſſen Erben, insbeſondre deſſelben Sohns Vormünder, Appellaten, in puncto eines Gartens. Verba hæc ſunt: hingegen der von dieſem vorgeſchützte bey der Amts-Vogtey Langenhagen verfügte Anſchlag des in Frage ruhenden Gartens von der Beſchaffenheit nicht geweſt, daß dieſe darauf haftende Hardingiſche Hypotheca wegen nicht geſchehener deren Anmeldung für erloſchen zu achten; immaſſen, wenn gleich die Proclamation und erfolgte Præcluſion, dem Vorſchirmen nach, ihre Richtigkeit hätte, wie doch von Bekl. Hemmen nicht erwieſen, jedennoch eines Theils nicht erſcheinet, daß gemeldtes Proclama glaublicher maſſen zu des weyland Paſtoris Hardings Wiſſenſchaft dero Zeit gediehen, andern Theils auch, da dieſes eine hypotheca publica war, wovon mithin Beklagter Hemme bey Bürgermeiſter und Raht zu Hannover Wiſſenſchaft erhalten können, ihm obgelegen hätte, allenfalls dem Paſtori Harding ſolches beſonders kund zu thun, oder zu bewürken, daß das Proclama auch zu Hameln, als dem damaligen Aufenthalt ernannten Hardings wäre affigiret worden, verfolglich er, Hemme bey bewandten Umſtänden ſich den daraus flieſſenden Schaden ſelbſt billig beyzumeſſen hat, als iſt benannter Beklagter, nunmehro Appellatiſcher und Supplicantiſcher Theil ſchuldig und gehalten, Appellanti Heinichen mehrbemerkten Garten bis zu Befriedig- und Tilgung deſſen hypothecariſchen Schuld einzuräumen.

OBSER-

# OBSERVATIO CXXXII.

## *De emtione & venditione ad modum, & de ambiguis.*

### §. I.

Debitoris bona hac lege publice venibant, puta ager hæreditarius ad XL. jugera & XXVII. jugera pratorum cum ædificiis in fundo exiſtentibus hortisque & jure lignario eo pertinentibus, ut qui bona hæreditaria iſta emeret, is LIV. quoque jugera præterea colonario jure acciperet. Erat ager hæreditarius ab agri menſore dimenſus & ſecundum regionis conſuetudinem juger terræ perticis CXX. definitus. In ipſa auctione ſecundum menſuram agri menſoris exactam omnia denuo recitabantur, leges quoque ceteræ venditionis dicebantur, & adjiciebatur, agri colonarii modum eum eſſe, ut ab agri menſore eſſet inventus. Peracta licitatione cum dies ad ſolvendum pretium emtori præſtitueretur, is excipiebat, ſeſe circa corpus erraſſe & emtionem nullam eſſe. Exiſtimaſſe enim, triplo majorem eo loci modum jugerum cuſtodiri, quam nunc deprehenderet, quam loci obſervantiam teſtibus probare contendebat. Ex altera autem parte excipiebatur, venditori ante auctionem ſatis amplum temporis ſpatium patuiſſe, ut conditionem agri explorare potuerit, neque veri ſimile eſſe, ut quisquam agrum emeret ſibi minus cognitum, culpam igitur penes emtorem reſidere, neque omnino errorem circa corpus exiſtere, ſed numerum jugerum eſſe demonſtrationis tantum gratia adjectum, præterea eum conſuetudine regionis receptum modum jugerum eſſe, ut perticis CXX. æſtimarentur. Præterea ad convincendam emtoris culpam ex facto aliæ circumſtantiæ ſed non probatæ proponebantur. Caſus.

### §. II.

In hac ſpecie illud primum agitabatur, an error circa corpus exiſteret, ut emtio nulla eſſet. Quod neutiquam placuit. Nam cum error circa corpus exiſtit, uterque, emtor & venditor, aliam & diverſam plane rem intelligunt, veluti Cornelianum fundum venditor, emtor autem Sempronianum *L. 9. ff. de contr. emt. L. 4. pr.* An error circa corpus exiſteret, ut emtio nulla diceretur.

*pr. ff. de Leg. 1.* In casu autem proposito uterque eandem rem intellexerat & in corpore consenserat. Nam quod emtor existimabat, jugera majori perticarum numero constare, id vero non ad corpus ipsum, utpote de quo manifestum erat, sed ad modum corporis & accidentia pertinebat. Quantitas enim & qualitas in modis vel accidentibus corporis referuntur, ad substantiam ipsam non pertinent. Non potest autem dici circa corpus error interveniſſe, nisi in substantia corporis. *L. 9. §. 2. ff. de contr. emt.* Quamobrem cum error non circa corpus, sed circa modum duntaxat versaretur, emtio perfecta manebat, actio autem emtori danda forte fuisset ad consequendum id, quod modo designato deesset. *L. 42. ff. de act. emt. vend. L. 32. 33. 34. ff. eod. L. 2. L. 4. §. 1. L. 6. ff. eod.*

## §. III.

Distinctio modi, demonstrationis vel taxationis gratia adhibiti.

Illud igitur deinceps quæri poterat, jugerum numerus demonstrationis an taxationis gratia adjectus esset. Sed demonstrationis gratia ea tantum adjiciuntur, quæ ad cognoscendam rem & distinguendam pertinent, ut illico oculis pateat. Quo referenda est vicinorum fundorum designatio, nomina fundi & notæ hujusmodi, quibus fundi ab aliis fundis distinguuntur. Cujusmodi venditionem *Pinellus* ita describit, quando venditio vel concessio incipiat a nomine designante certam rem cum suis confinibus, vel alio modo idonee expressam, licet enuntiative adjiciatur certa rei quantitas. Vid. *Pinellus ad Rubr. & L. 2. C. de resc. vend. P. 3. L. 2. n. 3. p. 439. Franzkius ad tit. ff. de Act. Emt. Vend. n. 108.* Ex solo autem numero jugerum ager venditus cognosci non poterat, nisi situs adjiceretur. Neque præterea opus erat, mensuram antea jugerum capere, & deprehensum numerum jugerum publice renuntiare. Erat autem modus plane Geometrice & exactissime in ipsa auctione renuntiatus, etsi primum in programmate non exacte quidem, sed summatim de modo adjectum esset. Sed plane secundum definitionem vulgarem dubitari poterat, utrum in programmate numerus jugerum demonstrationis, an taxationis gratia adjectus esset, quoniam programma ita habebat: Demnach resolviret worden, Christoph Bartels zu Ahlten daselbst belegene Erbländereyen ad 40. Morgen und 27. Morgen Wiesenwachs nebst denen auf dem Hofe stehenden Gebäuden und dazu gehörigen Gartens und Holzungs-

Thei-

Theilen ꝛc. Vulgo autem traditur, ſi contractus incipiat a nomine deſignante certum corpus ſuis finibus vel alio modo idonee expreſſum, licet poſtea enuntiative de modo ſeu menſura ſubjiciatur, tamen non taxationis, ſed demonſtrationis gratia modum adjectum eſſe.

## §. IV.

Sed vereor, ut omnino hæc diſtinctio Doctorum de modo taxationis vel demonſtrationis gratia adjecto ratione deſtituatur. Et certe tam diu rejiciendam putem, quoad appareat, contrahentes menſuram vel modum omnino non reſpexiſſe. Nam primo quidem modi renuntiatio omnino ſcopo demonſtrationis conveniens non eſt, quoniam ex modo nulla res cognoſci poteſt, ſed ex cauſa alia ſigna requiruntur, veluti nomen, vicini, fines. Neque præterea leges de ea diſtinctione quidquam continent, ſed potius generaliter declarant, ut ſi modus in agri venditione a venditore renuntietur, nec præſtetur, venditor actione emti teneatur, *L. 2. pr. ff. de Act. E. V. L. 6. pr. & §. 4. ff. eod. L 32. L. 34. ff. eod.* & ita quidem, ut pro numero jugerum obligatus ſit *L. 4. §. 1. ff. eod.* ad id ſupplendum, quod emtori deſit, *L. 42. in f. ff. eod.* vel ut emtor, quod minoris eſt, conſequatur. *L. 40. pr. ff. de contr. emt.* Idemque dicendum eſt, etſi uno pretio plures res emtæ ſint. *L. 33. L. 42. pr. ff. de act. emt. vend.* Sufficit igitur, modum in emtione dictum eſſe, vel venditorem ſuper eo pronuntiaſſe. Quodcunque enim lege venditionis comprehenditur & a venditore dictum promiſſumve eſt, id omne venditor præſtat, quanti emtoris intereſt, *L. 11. §. 1. ff. de act. emt. vend.* vel quanto minoris emtor erat emturus. *L. 13. pr. ff. eod.* Et quam conſideraverint veteres, quod dictum promiſſumve eſſet, ut præſtetur, intelligi poteſt vel ex *L. 17. §. 20. L. 18. L. 19. ff. de ædil. ed.* Igitur in caſu propoſito rei exceptio omnino admittenda erat, ut ſi modus jugerum, qui dictus eſſet, non præſtaretur, emtor quod minoris conſequeretur, non item ut venditio utique reſolveretur, ut actor exiſtimabat.

Quæ non probatur.

Neque cum modus dictus eſt, emtio reſolvi poteſt.

## §. V.

Quamobrem nunc deinceps illud quærebatur, an emtor minorem modum conſequeretur, quam qui dictus eſſet, ſcilicet CXX. an

Quid probandum eſſet,

an CLXXX. perticis jugera definienda essent. Omnino CXX. perticarum modus in tota regione usurpatus erat, & in loco venditionis quoque custodiri, judex, qui publice vendiderat, testificabatur, sed illud adjecerat, in tributis publicis ibidem loci triplo majorem modum jugeris statui, sublevandorum subditorum gratia, quod ad modum communem transferendum non esset. Sed & Geometra secundum perticas CXX. dimensus erat. Quærebatur igitur, an emtori nihilominus permittendum esset, ut probaret, communem modum ejus loci CLXXX, non CXX, perticarum esse. Quod dicendum utique videbatur. Modus enim per se arbitrarius est & secundum loci consuetudinem specialem definiendus, neque in Geometria modus jugerum definitus est, sed Geometra potius sequi in ea re consuetudinem loci debet *L. 71. ff. de contr. emt.* Neque solum judicis testimonium a probatione contrarii emtorem repellebat.

Modus loci contractus specialis, non regionis, inspiciendus est, sed probandus.

## §. VI.

Plane autem articuli ad probationem oblati ita comparati erant, ut contrarium ejus, quod probandum esset, continerent, adeoque probatio rejiceretur. Principio quidem emtor nimis vage in articulis posuerat, eo loci modum jugeris talem æstimari, cum potius ponendum erat, utique semper in omni casu, vel certe in omnibus contractibus ita æstimari. Deinde unum duntaxat casum specialem articulis comprehenderat, sed ne illum quidem ad rem satis pertinentem. Dixerat enim, alterum colonum ejusdem domini duos mansos jure colonario tenere, eos autem mansos jugera XLII. talis modi conficere. Sed quoniam mansi secundum locorum consuetudinem multum inter se differunt, illud probari oportebat, quis mansos istos XLII. jugeribus computasset. Nullum igitur casum specialem retulerat, quo modus jugeris ita definitus esset. In probanda autem consuetudine casus speciales referri, utique conveniens est, quia ex actibus specialibus consuetudo nascitur. *Kemmerich de probat. consuet. & observ. S. 2. §. 4.* Denique in articulis ipse comprehenderat, agros colonarios eadem emtione contentos tribus mansis constare, mansum autem XX. jugeribus. Quæ computatio cum modo Geometræ plane conveniebat, & omni-

Probatio oblata cur non esset recipienda.
1) ut nimis vaga.
2) ob non relatos casus speciales eosque idoneos in contraria consuetudine.
3) quod apparebat, duplicem modum observari.

no apparebat, jugera ſecundum Geometræ modum eo loci æſtimari, ut judex retuliſſet.

## §. VII.

Quamobrem cum ex ipſa emtoris confeſſione appareret, duos jugerum modos eo loci uſurpari, probatio oblata nullius momenti erat. Neque enim dici poterat, cur unus potius quam alter modus ſequendus eſſet, niſi oſtenderetur, in actibus iudicialibus vel in menſionibus agrorum eo loci unum modum adhiberi conſueſſe. De quo autem in articulis nihil emtor dixerat. Igitur in hujusmodi caſu illud tantum inſpiciendum ſupereſt, num lex contractus ad certum quendam modum referatur, an minus. Quod ſi lex contractus ad certum quendam modum refertur, is ſequendus eſt, quia ad legem contractus pertinet. Sin autem minus, quæſtio exiſtit, uter eorum vel clarius loqui vel de modo curioſus eſſe debuiſſet.

Quid probandum, ſi de duplici modo eo loci ſervato appareat.

## §. VIII.

In caſu propoſito lex contractus modum a Geometra adhibitum continebat, quod licitatoribus in ipſa auctione monſtrata inſuper delineatione ejus renuntiatum erat. Modus igitur Geometræ legi contractus inerat. Movebat quidem, quod ſecundum emtoris opinionem lex contractus ambigua eſſet, adeoque contra venditorem in gratiam emtoris explicanda videretur, ſecundum *L. 39. ff. de pact. L. 21. ff. de contr. emt. L. 172. ff. de div. reg. jur.* Eſt autem ſecundum Ciceronem in libris Topic. *ambiguum, cum duæ differentes ſententiæ accipi poſſunt.* Conf. *Nizolii* theſ. Cicer. voc. *ambiguus* & *Averan.* Interpr. Jur. L. 2. C. 2. n. 8. Sed principio quidem in caſu propoſito venditio neceſſaria erat, neque debitor, ſed judex legem contractus dixerat, adeoque in poteſtate debitoris non fuerat, cum contra voluntatem ejus res venderetur, legem apertius dicere. Ponit autem *L. 21. ff. de contr. emt.* in poteſtate venditoris fuiſſe, legem apertius dicere. Præterea in venditionibus aliis culpæ quidem venditoris aſſignatur, ſi cum poſſet, apertius non dixiſſet, neque ita locutus eſſet, ut ſenſa animi & cogitata clarius exprimeret. Hic autem neque debitoris, neque judicis culpa intelligebatur. Judex quippe renuntiationem geometræ

In propoſito certus modus lege venditionis comprehendebatur. Regula de interpretatione contra venditorem facienda an utique ad venditiones neceſſarias pertineat;

an ad duas res eodem nomine ſignatas.

træ probatæ ſcientiæ ſecutus erat. Tum vero quod dicitur, in obſcuris & ambiguis contra venditorem interpretationem faciendam eſſe, ſecundum *L. 34. ff. de contr. emt.* ad eum caſum vix pertinet, cum venditor Stichum acceſſionis gratia promiſiſſet, duo autem Stichi eſſent, neque intelligeretur, quis promiſſus eſſet. Nam hoc caſu lex citata eum dari vult, quem venditor intellexerit. Quam legem etſi *Cujacius* eo corrigere voluit, ut legendum putet, quem emtor intellexerit, tamen Cujacii opinionem doctiſſimus ICtus *Averanius* in *Interpret. Jur. L. 2. C. 2. n. 9. ſq.* confutavit oſtenditque omnino eo caſu venditoris, non emtoris, voluntatem intelligi. Prætérea autem in propoſito quæſtio ambigui ne quidem exiſtebat, ſed forte error duntaxat emtoris in modo fundi. Nam ſecundum quod *Averanius* in *Interpret. Jur. L. 2. C. 2. n. 24. 25.* belliſſime explicavit, ambigue paciſci dicuntur contrahentes, quoties non ſatis conſtat, quid ſenſerint contrahentes, nec appareat, quid actum ſit, ita ut interpretatione res expedienda ſit. Quod ſi conſtat, quid actum ſit, & appareat, quid ſenſerit ille, qui ambigua verba protulit, non amplius dubia, obſcura, incerta res eſt, cum in conventionibus voluntas potius, quam verba, ſpectantur. Quæ verba ſunt Averanii. Et ita *L. 33. ff. de contr. emt.* habet: *Primum ſpectari oportet, quid acti ſit; ſi non id appareat, tunc id accipitur, quod venditori nocet, quia ambigua ratio eſt.* Rectéque Averanius c. l. ſubjecit: *Igitur ambigua oratio eſt, quæ venditori nocet, cum non apparet, quid actum ſit, cum incidit voluntatis quæſtio, cum quæritur de voluntate,* item c. l. n. 27. *Aliud eſt, quod non intelligatur, quid ſenſerint contrahentes; aliud, quod non intelligatur, quis acceſſerit.* Plane enim in caſu propoſito conſtabat, de quo venditor, vel judex ſub haſta vendens ſenſiſſet, ſcilicet de modo geometræ. Quod ſecundum *L. 34. ff. de contr. emt.* & Averanii ſententiam ſufficit, etſi emtor aliud intellexiſſet, qui item, ſecundum quod dicebat, certum quendam modum intellexerat. Nulla igitur res dubia, vel obſcura, vel incerta erat, ſed potius hoc actum erat, adeoque interpretationi locus plane non erat. Accedebat hanc in rem, quod *Tuldenus* in *Jurisprud. Extempor.* L. 2. C. 28. tradit, ſemper in dubiis id agendum eſſe, ut quam tutiſſimo loco res ſit bona fide contracta, niſi cum aperte contra legem ſcriptum eſſet. Accedebat præterea fides & ſecuritas haſtæ. Denique

Explicatur L. 34. ff. de contr. emt.

An in propoſito quæſtio ambigui exiſteret.

Quid ſit ambiguum.

Aliud argumentum pro venditione,

deinde aliud

nique accedebat *L. 67. ff. de reg. jur.* quæ dicit, quoties idem sermo duas sententias exprimat, eam potissimum excipi, quæ rei gerendæ aptior sit. In proposito autem is, quem dixi, sensus rei gerendæ aptior quoque erat, neque judex vel creditores intelligebantur, aliter voluisse vendere, quam ut geometra mensuram renuntiasset. argumentum a aptior sensu.

§. IX.

Quamobrem in specie proposita dicendum amplius erat, penes emtorem culpam residere, quod, cum de modo dubitasset, ipse non explorasset, quem modum geometra adhibuisset. Cur enim incautus emtor fuit & non curiosus de rebus ad se pertinentibus? Cujusmodi ignorantia culpa certe non caret, cum ex fine negotii intelligitur, quid scitu necessarium sit, & cum in potestate fuerit, cognoscere, non curatur. Vid. liber noster *de culpa* P. 2. C. 1. §. 13. 15. Accedebant ex judicis relatione aliæ circumstantiæ, quanquam non pleniſſime probatæ, quæ culpam emtoris arguebant. Culpam quoque penes emtorem fuisse, demonstratur.

§. X.

Denique in ista specie læsio nulla intelligebatur, cum plures licitatores adfuissent, emtor autem superiorem licitatorem duobus tantum thaleris superasset. Accedebat illud quoque, quod si emtor, quod sibi deesset, consequeretur, omnes res uno pretio emtæ conjunctim per earum rerum peritos æstimandæ fuissent, ut verum pretium intelligeretur. Sed verum pretium ex licitatione ceterorum jam satis apparebat. Igitur summum Tribunal reformata sententia a qua secundum venditorem pronuntiavit & rejecta probatione oblata venditionem pure confirmavit, in causa Christoff Bartels zu Ahlden, Appellanten, contra Johann Carl von Lüden, Appellaten, in puncto eines verkauften Hofes zu Ahlden. Neque omnino læsio intelligebatur.

# OBSERVATIO CXXXIII.

## *De jure retractus legali.* (*)

§. I.

Jus retractus consanguineorum statutis & universali fere Germaniæ consuetudine obtinere, *Mevius* tradit in *Comm. ad Jus Lubec*, De retractu consanguineorum.



(*) Conf. T. II. Obſerv. IV. & T. III. Obſ. XL.

*lec. P. 3. tit. 7. art. 1. n. 1.* Idemque *Gailius Lib. 2. Obſ. 19.* contendit, & *Schilterus* in *Exerc. 30. ad ff. §. 138.* Quam in rem & Germanorum & Belgarum, multorum quoque aliorum populorum leges & ſtatuta retulit *Simon van Leuwen* in *Cenſur. for. P. 1. L. 4. C. 21.* Neque omnino jus hoc recentius ex conſtitutione Friderici II. receptum videtur, ſed potius ex eo venit, quod bona immobilia ſine conſenſu hæredum alienari non poſſent. Vid. Dn. *Bœhmer* in diſſ. de *fundam. duplicis retractus in agris Hamburg. uſitati* C. 1. §. 8. 10. ſq. *Heinecc. Elem. Jur. Germ.* T. 1. L. 2. §. 399. Quæ ratio ſi adhuc ſubſiſteret, dicendum foret, omnino ad retractum proximos hæredes moribus & jure Germaniæ admittendos eſſe. Sed plane, etſi in bonis avitis multorum locorum ſtatutis & conſuetudinibus hæredem conſenſus in alienationibus adhuc requiritur, tamen neque hæc generalis totius Germaniæ conſuetudo eſt, neque ad bona immobilia omnia pertinet. Quamobrem niſi bona avita ſine conſenſu hæredum alienari ſecundum ſtatuta vel mores quorundam locorum nequeant, dicendum eſt, jus retractus conſanguineorum ex ſtatuto vel conſuetudine loci probandum eſſe, idemque multo magis dici in bonis immobilibus non avitis. Recteque ſcribit *Simon van Leuwen* in Cenſ. for. P. 1. L. 4. *cap. 20.* omne jus retractus æſtimari ex recepto, neque usquam obtinere, niſi ubi & quatenus ſtatuto municipali vel certa conſuetudine confirmetur. Conf. Dn. *Auguſt. Leyſerus* in *Spec. 193. ad Pand. med. 1. & 2.* Secundum quod ſummum quoque Tribunal Cellenſe pronuntiavit d. 18. Mart. 1723. in cauſa Sebaſtian von der Lith contra Johann Abraham von Horn, in puncto juris retractus. Nam etſi ex *jure equeſtri Bremenſi tit. 13. §. 1.* proximi agnati in bonis ſtemmaticis ab avo ſcilicet paterno profectis jus retractus habeant, tamen cum actor idem juris in bonis nec ſtemmaticis ſibi vindicaret, ſummum Tribunal ſententiam tulit hujusmodi: Daß vom Richter voriger Inſtanz übel geſprochen, wol davon appelliret, und dannenhero die Sententia a qua zu reformiren und Beklagter von der Lith von der wider ihn angeſtellten Retracts-Klage zu abſolviren ſey, es könnte und wollte denn Appellat von Horn binnen hier und nächſter Ordinaria gehörig beybringen, daß das jus retractus gentilitium auch in bonis hæreditariis non ſtemmaticis im Bremiſchen Statt finde.

§. II.

§. II.

Illud autem ex moribus noſtris annotari poteſt, in bonis ſtemmaticis equitum Bremenſium, ab avo ſcilicet paterno profectis jus retractus & duplex quidem obtinere. Nam primo quidem, qui verus retractus eſt, bona ſtemmatica ſine conſenſu hæredum & proximorum agnatorum alienari plane nequeunt, ſed offerenda agnatis proximis ſunt, ut ſi emere velint, deſuper cum venditore contrahant, aliter alienatio nulla habeatur. Deinde autem, quod proprie jus protimiſeos eſt, agnatis proximis vel emere nolentibus, vel omnino deficientibus, filiæ, ſorores cognatique proximi præ extraneis admittuntur. Sed hoc notæ authenticæ nuper publicatæ ita declararunt, ut cognati prædium extraneo jam venditum retrahere nequeant. Quamobrem quod de cognatis adjicitur, ita intelligendum eſt, ut ſi quis antequam alii prædium ſuum vendiderit, agnatis illud obtulerit, ii autem emere nolint, cognati admittantur. Vid. *tit. 13. Jur. equeſtris Bremenſis.* Neque vero id omnino ad bona acquiſita pertinet, neque ad bona hæreditaria extra civitates non ſtemmatica. Et cum in relata cauſa Sebaſtian von der Lith contra Johann Abraham von Horn actor reſervatam hanc probationem inſtituiſſet, ſummum Tribunal d. 12. Oct. 1726. judicavit, actorem non probaſſe, adeoque reum omnino ab actione abſolvendum eſſe. Quæ ſententia ſuperiorem §. 1. relatam conſecuta eſt. Similiter in eo caſu, cum agnatis deficientibus cognati in bonis ſtemmaticis ſuccedentes portiones ſuas hæreditarias extraneis vel remotioribus cognatis vendunt, Curia provincialis Stadenſis probationem conſuetudinis actori injunxit d. 31. Jan. & 7. Febr. 1698. in cauſa Joſt Friedrich von Weyhen und Joſt Adolf von Zengen contra Arend Johann von Schölen, jetzo deſſen Wittwe. Sed quantum conſtat, hæc probatio nunquam inſtituta eſt. De Ducatu Bremenſi.

§. III.

Jure provinciali Wurſatico, cujus quidem receptio probanda eſt, *tit. 6. art. 10.* generaliter continetur, ut cognatus proximus in bonis immobilibus jus retractus habeat, & ſi quidem venditio de ſuggeſtu publice denuntiata ſit, intra hebdomadas duodecim, alias intra annos XX. Verba hæc ſunt: Wann unbewegliche Güter, als liegende Gründe, Haus, Hof ꝛc. verkauft, aber binnen Jahrs, als der De terra Wurſatica, Kehdingenſi & vetere.

Kauf geſchehen, in dem Kirchſpiel, da die Güter liegen, nichts von der Canzel aufgeboten worden, ſo kan der näheſte Bluts-Freund, wann es ihm nur gelegen, bis zu 20. Jahren in den Kauf treten. Wann aber ſothane Güter aufgeboten, ſo muß der Bluts-Freund binnen zwölf Wochen den Kauf beſprechen, und was bezahlet, wieder erlegen, auch zu allem, was der Kauf-Brief wegen Zeit und Termin innhält, ferner ſich erbieten und verpflichtet machen. Wann ſich aber binnen den 12. Wochen keiner angiebt, iſt der erſte Kauf bündig. *Jus* autem *provinciale Kehdingenſe tit. 21.* & agnatos & deinde cognatos, tum affines quoque venditoris ex utroque latere admittit, denique & vicinos. Wann nun einer ſeine Erbe und Güter verkauft, mögen und können nachgeſetzte Perſonen ſolchen Kauf retrahiren oder beyſprechen, 1) die Vettern, 2) nach denen die von der Spilſeite, 3) darnach diejenigen, ſo dem Verkäufer von beyderſeits mit Schwiegerſchaft zugethan und verwandt ſeyn, 4) wo dieſe von ihrem Rechte abgeſtanden, werden die zugelaſſen, ſo an der Seeſeite benachbaret ſeyn. In *terra veteri* Alten Lande, jus retractus ex conſanguinitate usque ad tertium gradum lineæ æqualis tam in bonis avitis quam in noviter acquiſitis obſervari, relatio Gravionum, quam §. XII. ſubjeci, oſtendit.

## §. IV.

De terra Hadelenſi.

In terris Hadelenſibus (*) jus retractus conſanguineorum ſimiliter obtinet. Et ibi quidem ita obſervatur, ut qui vendere bona ſua velit, antequam cum alio extraneo quodam contrahat, prædium illud propinquis ſuis & ceteris, qui jus protimiſeos vel retractus habent, publice coram univerſo cœtu diœceſeos venum offerat. Quod ſi ex propinquis vel ceteris, qui jus protimiſeos habent, nemo deprehenditur, qui emere velit, vel pecuniam aut fidejuſſores offerat, tum permiſſum eſt venditori, ut ſententia deſuper accepta, cum alio extraneo contrahat. Emtione autem & venditione deinde perfecta pax & ſecuritas intra annum procuranda eſt, neque poſt anni ſpatium elapſum ad retractum contra emtorem quis admittitur, omnino intra annum. Abſentibus autem propinquis & venditionem ignorantibus jus retractus intra XXX. annos, ſex hebdomadas & tres dies patet, ſed ſi abſens venditionem factam

(*) Conf. T. III. Obſ. CC.

factam reſciverit, intra annum venditioni debet contradicere ſtatimque reverſus proxima die dominica rem coram judicio perſequi. Vid. *Jus provinciale Hadelenſe P. 2. tit. 11.*

## §. V.

De jure ſtatutario Luneburgico.

Jure ſtatutario Luneburgico propinquis jus retractus item permittitur, ſed in bonis duntaxat hæreditariis, non item in acquiſitis. Qua in re oportet, ut retracturus ab eo deſcendat, qui prædium illud primum acquiſivit, der nächſte Bluts-Freund, der in abſteigender Linien (auch bis ins vierte Glied einſchließlich) demjenigen verwandt, von welchem ſolch Gut anfänglich hergekommen iſt. Vid. *Jus ſtatut. Luneb. P. 2. tit. 4.* Sunt autem bona hæreditaria ibidem, quæ quis a patre, vel avo vel aliis majoribus jure hæreditario accepit.

## §. VI.

De civitate Cellenſi.

Jus ſtatutarium Cellenſe propinquis item jus retrahendi permittit. Et hoc quidem jure bona hæreditaria omnino ſine hæredum propinquorum conſenſu, niſi ex cauſa neceſſaria, alienari nequeunt. Sed etſi talis alienatio fieret & reſignatio judicialis accederet, tamen adhuc intra annum & diem hæredes alienationi contradicere poſſunt, ut alienatio nulla habeatur. Alias ſi intra annum & diem tacuerint, rata quidem venditio eſt, ſed habent tamen adhuc propinqui intra tres menſes jus protimiſeos, ut pro eodem pretio redimere prædium poſſint. Sunt autem bona hæreditaria, quæ ab avo vel avia, vel ulterius a majoribus deſcendunt. Hæredes autem propinqui, ſine quorum venia alienatio ipſa fieri nequit, liberi ſunt & fratres ſororesque & eorum liberi. Ceteri quidem propinqui alienationi contradicere nequeunt, habent autem jus protimiſeos, ut pro eodem pretio intra annum & diem redimant, ſecus ac liberi & fratres ac ſorores eorumque liberi, utpote quibus poſt annum & diem ad redimendum tres menſes adhuc conceduntur. Nam ita §. 4. die Erben ꝛc. ſecundum §. Wenn einer ein Stadtpflichtig Gut ꝛc. intelligi oportet.

## §. VII.

Contiuatur,

Atque hoc jus protimiſeos propinquorum uſuali interpretatione ad bona acquiſita quoque profertur, propterea quod §. 7. ita cau-

cautum eſt: Wenn einer ein Stadtpflichtig Gut, welches ohne Willen der Erben mag verkaufet werden, kaufet, und es ihm vor Gericht auftragen läßt, und es Jahr und Tag darnach ſonder Anſprache beſitzet, der verjähret es wider die Anſprache des Näher-Kaufs, wäre es aber ein Erb-Gut, das ohne Willen der Erben nicht ſollte veräuſſert werden, ſoll es damit gehalten werden, wie oben geſetzet. Plane hæc ſtatuti explicatio omnino erronea eſt. Neque enim hoc loco aliud cavetur, quam quousque jus protimiſeos ceterorum vel propinquorum vel aliorum, qui contradicere alienationi nequeunt, jus autem redimendi habent, duret. Quo caſu autem jus protimiſeos locum habeat, id in antecedentibus & conſequentibus explicatum eſt. Nihilominus hæc verba uſu ad bona acquiſita ſemper accommodata eſſe, arcte tenent defenduntque, extantque hanc in rem multa præjudicia Senatus Cellenſis. Sed plane uſus conſuetudine magis, quam ſtatuto defendetur.

## §. VIII.

De civitate Stadenſi & Verdenſi.

*Jus vetus ſtatutarium Stadenſe* P. 1. art. 1. de jure protimiſeos propinquorum ita cavet, ut, qui bona ſua hæreditaria vendere inſtituerit, propinquis ſuis proximisque hæredibus offerat, iis autem emere recuſantibus ei recte vendat, qui maximum pretium offerat. *So we ſin Erue verkopen wil, dhat binnen theſſer Statt unde theſſeme Wichelde belegen is, the ſcal id beden ſinen nageſten Vrinden, thar ſin Erue up vallen mach: unde ne will et erer nen kopen, ſo mot he ſin Erue wol verkopen themen ghenen, the eme allermeſt gheven wil.* Sed & in jure ſtatutario *Verdenſi* ſtat. 17. jus retractus proximorum hæredum probatur.

## §. IX.

De comitatu Hoyenſi.

In Comitatu Hoyenſi retractus quidem conſanguinitatis obtinet. Nam certe & Senatus civitatis Nienburgenſis d. 31. Jan. 1716. & Senatus vici Hoyæ d. 11. Mart. 1716. publico teſtimonio id declaraverunt, retulitque Senatus Nienburgenſis præjudicium d. 27. Junii 1710. in cauſa Ilſen Margarethen Schierenböcken, Kl. contra Heinrich Froſſart Bekl. Præterea præjudicium Cancellariæ Cellenſis extat d. 18. Oct. 1703. in cauſa Catharinen Marien Korbmachers, Erich Lindemanns Ehe-Frau, Kl. contra den Hauptmann, Jobſt Chriſtian von Merrettig uxorio nomine, Bekl. in puncto retractus, ubi

ubi filia ad retrahendum bonum a matre venditum admiſſa eſt. Sed & aliud hanc in rem præjudicium Cancellariæ Cellenſis d. 11. Maji 1674. in cauſa Ernſt Fridrichs von Fulden hinterlaſſener Erben, Kl. contra Obriſt-Lieut. Friedrich von der Burg, Bekl. und Major Jobſt Ernſt von Fulden, Intervenienten, das verkaufte Gut zu Eiſtrup betr. allegatur. Sed etſi admittatur, retractum conſanguinitatis ibi in toto Comitatu obtinere, tamen an ad alia quoque bona, quam avita, pertineat retractus, merito ambigitur. Extat hanc in rem ſententia ſummi Tribunalis Cellenſis d. 9. Oct. 1720. in cauſa des Ober-Hauptmanns und Schatz-Raths, Curd Albrecht von Hasbergen contra den Oberſten Erich Philipp und Major Otto Georg Adolf Gebrüdere von Schwan in puncto retractus conſanguinitatis, in hæc verba: Daß vorgekommenen Umſtänden nach, inſonderheit auch, da Klägere nicht erwieſen, daß *bona non avita*, wie das Gut Landsbergen, in der Grafſchaft Hoya dem *retractui* unterworfen, und wenn ſie gleich dieſes annoch beyzubringen vermöchten, dennoch der in gedachter Grafſchaft laut des von Klägern ſelbſt producirten Nienburgiſchen Atteſtati und præjudicii in cauſa Korbmacher contra Merrettig gewöhnliche terminus anni & diei längſt abgelaufen, wogegen Klägere ſo wenig die angebliche Ignoranz, immaſſen ſie den Verkauf an ſich gewuſt, und die Umſtände von Beklagten allenfalls durch richterliche Hülfe erfahren können, noch auch das beneficium reſtitutionis in integrum, als welches nur denenjenigen Soldaten, ſo würklich in expeditione ſeyn, zuſtehet, zu ſtatten kommen kan, daß ſolchem allen nach Bekl. von der angeſtellten Klage zu entbinden. Quæ ſententia in rem judicatam tranſiit.

## §. X.

Omnino domino quoque emphyteuſeos ſecundum *L. fin. C. de jure emphyteut.* jus protimiſeos competit, ut ipſi præ alio extraneo res offerenda ſit. Quod Statutum Cellenſe ad omnem cenſum accommodat, ut dominus prædii, ex quo cenſus debetur, intra annum jus protimiſeos in vendito cenſu habeat. *Jus ſtat. Cell. tit. 9. §. 14.* Wollte einer Zinſe, den er an einem Gute hat, verkaufen, ſo iſt der der nächſte dazu, dem das Gut zugehörig iſt, und mag den Näher-Kauf in einem Jahre nach dem Verkauf fordern. De retractu in prædio, ex quo cenſus debetur.

## §. XI.

## §. XI.

De retractu in re communi.

In Conſtitutione Friderici II. Imperatoris *5. Feud. 13.* jus retractus præterea permittitur, ſi quis ex communi emtione, vel aliquo hujusmodi titulo vel alio modo aliquo rem conjunctim cum venditore habeat. Quod quidem *jure provinc. Hadel. P. 2. tit. 11.* probatur, his verbis: Ob einer auch mit dem andern Gut in gemein hätte, und der eine ſein Theil verkaufen und abſtehen wollte, ſo mag der andere, welchem es nicht gehöret, das eine mit dem andern behalten um ſo viel als ein andrer fremder dafür geben will, das beweislich iſt. Conſanguinei tamen eodem jure præferuntur, ſi cum prædium venale iis offertur, ipſi rem a venditore emunt. Vid. *Jus provinc. Hadel. c. l.* Idem jus protimiſeos in *jure ſtatutario Luneburgico P. 2. tit. 5.* continetur ſic: Wann viel zugleich eine Behauſung oder ander liegend Gut mit einander in Gemeinſchaft haben, und es will einer unter denſelbigen ſeinen daran habenden Antheil verkaufen, ſo ſoll er ſolches niemand anders, dann einem von der Gemeinſchaft, dem er es am liebſten gönnet, oder allen gemeinern zugleich überlaſſen, auch für Gericht anbieten, und das Kauf-Geld, dafür ers zu geben bedacht, benennen, darauf ſie ſich in Sächſiſcher Friſt ihr Gemüth zu erklären ſchuldig ſeyn ſollen ꝛc.

## §. XII.

De retractu vicinitatis.

Sequitur, ut quædam annotemus de jure retractus, quod ex capite *vicinitatis* competat. (*) De quo quidem recte ſcribit Dn. *Leyſerus* in *Medit. ad Pand. Spec. 196. med. 3.* ut niſi alicubi receptum doceatur, locum non inveniat. In Ducatu tamen Bremenſi nonnullibi obſervatur. Nam in *terra veteri*, Alten Lande, ſecundum relationem a Gravionibus Regiis quondam ad Regium Suecicum dicaſterium aulicum Bremenſe transmiſſam, retractus ex cauſa vicinitatis obtinet, eum in modum, ut vicinus verſus occidentem welchem das verkaufte Gut auf der Sonnen lieget, vel welchem die Sonne das verkaufte Gut zuſcheinet, etiam alteri vicino emtori præferatur. Quæ relatio ita habet: Auf das in puncto retractus von Garleff Feind wider Jacob Rehder und Hebel Beyen extrahirtes Reſcriptum den injungirten pflichtmäßigen Bericht abzuſtatten, iſt es an dem, daß allhie duo retrahendi modi in Obſervance und hergebracht ſeyn, wornach in vorkommenden Fällen von uns pflegt cognoſciret und geſpro-

(*) Conf. T. III. Obſ. XLI.

gesprochen zu werden, einmahl wann der Retrahente demjenigen, welcher sein Gut, es mag *avitum* oder *noviter acquisitum* seyn, verkaufet, verwandt und dessen nähester Bluts-Freund ist, welche agnatio bis in tertio gradu lineæ æqualis solchergestalt statt hat, daß der proximior den remotiorem, gleich in successionibus ab intestato; excludire, 2) wann er an dem verkauften Gute benachbaret, welche vicinitas also in praxi hergebracht und interpretiret wird, daß derjenige Nachbar, welchem das verkaufte Gut auf der Sonnen lieget, einem Käufer, ob er gleich benachbaret, zu præferiren sey. Dieses ist, was wir von der Sachen mit Wissen und Einstimmung Bürgermeister, Hauptleuten und Voigten, mit welchen wir uns desiderirter massen hierüber besprochen und zusammen gethan, zu berichten vermögen ꝛc. Sed & *Jus provinciale Kehdingense tit. 21.* declarat, ut in terra Kehdingensi agnatis, cognatis & affinibus a jure suo recedentibus ii admittantur, qui versus mare vicini sint, so an der Seeseite benachbaret seyn. Verum hæc consuetudo ad Ducatum Bremensem universum non pertinet. Nam cum aliquando in ea regione, quæ Börde Oldendorf vocatur, quidam jus retractus ex causa vicinitatis sibi assereret, Curia provincialis Stadensis actori probationem consuetudinis injunxit d. 27. Apr. 1722. in causa des Geh. Kriegs-Rahts, Joachim von Klinggreff contra den Hofmeister von Ahrnschild, jetzo dessen nachgelassene Wittwe und Erben in puncto retractus. Similiter jam antea Curia provincialis Stadensis d. 6. Julii 1691. pronuntiaverat in causa Joachim von Oldenburgs contra den Land-Raht, Christoff Lütken, in hæc verba: Daß Beklagter von der Klage des Beyspruchs so wol der in dem producirten Kauf-Contract enthaltenen, als auch der nachgehends in der Erklärungs-Schrift weiter specificirten Stücke halber zu absolviren und zu entbinden sey, als wir dann denselben cum refusione expensarum salva moderatione hiemit entbinden, es wäre dann, daß Kläger intra proximam, entweder, daß die in besagtem Contract benannte Stücke Brobergische Erb-Stamm-Güter seyn, und seine Kinder zu dem Beyspruch berechtiget, oder aber, daß unter denen von Adel zu Alten Lunebergen es also beständigst; hergebracht, daß die daselbst belegene adeliche Güter, sie mögen wol gewonnene oder Erb-Stamm-Güter seyn, ex capite vicinitatis beygesprochen werden können, besser als noch geschehen, und wie zu Rechte beständig, beybringen wollte und könnte ꝛc. Apud *Hadelenses* autem retractus ex vicinitatis causa ob-

tinet, ut *Jus provinciale Hadelenſe P. 2. tit. 11.* & tit. 6. declarat, verbis Freunde und Fürnoß. Ceterum ex jure Hamburgenſi de retractu vicinitatis quædam extant in Dni *Bœhmeri* diſſ. *de fundamento duplicis retractus in agris Hamburgenſium uſitati C. 2.*

## §. XIII.

De oppignorationibus.

Jus retractus ad oppignorationes non pertinere, vulgo tradunt, niſi quidem in fraudem retractus fiat. Vid. *Schilter Exerc. 30. ad ff. §. 139.* Verum ſecundum *jus provinciale Hadelenſe P. 2. tit. 6.* propinqui & vicini etiam in oppignoratione extraneis præferuntur, hunc in modum, ut qui bona ſua oppignorare velit, propinquis & vicinis primum publice offerat, ſin autem ſine proclamatione facta oppignoraverit, illi ſemper ad bona oppignorata admittantur. Quo quidem jure illud ſingulariter quoque cautum eſt, ut oppignorationes quoque omnes ad decennium duntaxat fiant, quo elapſo propinquis & vicinis prædium oppignoratum denuo offerendum ſit, & ſic deinde alio decennio elapſo item obſervetur. Quod ſane a ratione juris non abhorret, quia oppignoratio ſpecies alienationis eſt & per oppignorationem ad alienationem devenitur, ratio quoque æquitatis eadem occurrit.

# OBSERVATIO CXXXIV.

## *De locatione conductione varia continens.*

## §. I.

Locatio auf 3. Achiſche Fahrten.

Eſt quædam locationis & conductionis in Germania ſpecies, qua ager colono in annos XXI. ſub lege laudemii ſeptimo quoque anno ſolvendi locatur, quod dicitur Verheurung auf 3. Achiſche Fahrten. Cujusmodi locationem & conductionem in Ducatu Bremenſi obtinere, vel certe uſu ſuperioris ſeculi adhuc obtinuiſſe, id ex Actis judicialibus obſervavi.

## §. II.

Locatio ſuperficiei in IV hominum ætatem.

Alia locationis & conductionis in Ducatu Bremenſi ſpecies obtinet, qua quis ſuperficiem pro certis & determinatis operis quotannis præſtandis locat, ut contractus tam diu duret, donec & loca-

locator ejusque uxor & conductor ejusque uxor omnes vita excesserint. Cujus contractus formulam subjeci: Kund offenbar und zu wissen sey hiemit, daß heute unten gesetzten dato ein beständiger und unwiederruflicher Heuer-Contract ist geschlossen und aufgerichtet worden zwischen den Ehrsamen Dierk Titjen, Baumann auf dem Ober-Ender Mohr und dem Ehrsamen Hinrich Wendelken, Gerke Wendelken Häuslings auf dem Ober-Ender Mohr ehelichen Sohn, wobey denn unter ihnen verabredet und beschlossen worden, wie folget. Ich Dierk Tietjen thue hiemit für mich, meiner ehelichen Hausfrauen und Erben, auch sonst vor jedermänniglichen kund und bekennen, daß ich aus gutem freyen Willen und mit wolbedachtem Muhte oben bemeldten Hinrich Wendelken habe eingethan meine in dem Hüttenbusche zwischen Johann Schmonnsees und Johann Stelljes belegene so genannte Grafft, welche bey Hinrich Küks Busche in der Länge sich erstrecket und oben so lang, wie sie anjetzund begraben ist. Auf selbiger Grafft mag er nach seinem Belieben ein neu Haus erbauen, auch sonsten dieselbige Grafft nach seinem Belieben gebrauchen, wie es ihm am besten nützet und beliebet, und oben der Grafft mag er so viel Feurungs-Torf graben, als seine andern Nachbaren, so da wohnen. Ingleichen habe ich Dierk Tietjen Hinrich Wendelken auch vergönnet, weil bey meiner kleinen Weide ein Grave vorhanden, daß er denselben so weit mag aufmachen, daß er darinnen mit einem Schiffe sein Heu an die gemeine Weide fahren kan, welches ihm nicht soll bewehret werden. Vor obigen Platz und Gerechtigkeit verspreche ich Hinrich Wendelken Dierk Tietjen jährlich drey Wochen Heuer zu thun, und zwaren in der Zeit, wenn der Torf gegraben wird, es ist aber hierbey beschieden, wenn Dierk Tietjen die Arbeit haben will, muß er es Hinrich Wendelken vier Tage vorhero ansagen lassen, worauf er denn die Hülfe auch unwegerlich abstatten will. Jedoch ist unter ihnen beliebet worden, wenn Hinrich Wendelken die drey Wochen nach einander die Hülfe nicht verrichten könte, so soll er Macht haben, eine Woche um die andere selbige zu verrichten. Solte er auch selber die Arbeit nicht verrichten können, so mag er einen Fremden vor sich anschaffen, es muß aber derselbe, so er anschaffet, unsträflichen Torf graben können. Auch verspricht Hinrich Wendelken, wenn er in der Zeit, wenn das Gras gemehet wird, sich seiner eignen Arbeit so viel abmüßigen kan, daß er Fremden helfen will, so soll Dierk Tietjen der nechste zu solcher Arbeit seyn. Es muß Dierk Tietjen ihm aber zu Taglohne ge-

ben so viel, als andre, so zu Taglohn arbeiten, verdienen, und ihm 2. Tage zuvor es ansagen lassen. Dieser Contract soll fest und unwiederruflich gehalten werden, so lange Dierk Tietjen und seine jetzige Frau Tiebke, wie auch Hinrich Wendelken, und seine Frau, die er hinkünftig heyrathen wird, lebet. Wenn die benannte vier Personen aber sämtlich verstorben seyn, und Hinrich Wendelken mit seiner künftigen Frauen in seinem Ehestande Kinder zeugen wird, so soll einer von seinen Kindern, so er nachlässet, weil es ihm anjetzo viel Mühe kostet, daß er den Platz bebauet und zu Lande machet, wenn sie selben behalten wollen, die negsten darzu seyn, und müssen Dierk Tietjen Erben geben, was seine andern Nachbarn Kinder, so ihre Plätze behalten wollen, geben, und solches ohne einzige Zuziehung der Obrigkeit. Wann aber Hinrich Wendelken oder seiner künftigen Ehefrauen GOtt gar keine Leibes-Erben bescheren sollte und nach ihrem Absterben ihre Freunde sich mit Dierk Tietjen Erben so weit vereinigen könnten, daß sie sich zusammen verheyrahten und den Platz und das Haus wiederum bewohnen wollten, solches soll ihnen frey stehen, wenn aber solches nicht geschehen kan, mögen sie das Haus, welches Hinrich Wendelken erbauet, von dem Platze abbrechen. Können die Freunde auch mit Dierk Tietjen Erben handeln, daß sie das Haus daselbst nebst dem Platze behalten, soll ihnen solches frey stehen, wenn aber solches nicht geschehen kan, und die Freunde das Haus abbrechen wollen, und es selber nicht zu behalten gesonnen, besondern es an Fremde zu verkaufen, so sollen Dierk Tietjen Erben zu dem Kauf die negsten seyn, und müssen geben, was Fremde dafür bieten. ꝛc.

# OBSERVATIO CXXXV.

## *De tacita relocatione prædii urbani.*

## *Ad L. 13. §. ult. ff. loc. cond.*

In *L. 13. §. ult. ff. loc. cond.* ita continetur: *Qui impleto tempore conductionis remansit in conductione, non solum reconduxisse videtur, sed etiam pignora videntur durare obligata. - - - Quod autem diximus, taciturnitate utriusque partis colonum reconduxisse videri, ita accipiendum est, ut in ipso anno, quo tacuerunt, videantur eandem locationem renovasse, non etiam in sequentibus annis, & si lustrum for-*

*forte ab initio fuerat conductioni præstitutum. Sed & si secundo quoque anno post finitum lustrum nihil fuit contrarium actum, eandem videri locationem in illo anno permansisse, & hoc deinceps in unoquoque anno observandum est. In urbanis autem prædiis alio jure utimur, ut prout quisque habitaverit, ita & obligetur, nisi in scriptis certum tempus conductioni comprehensum est.* Quæ extrema verba in urbanis prædiis quam intelligenda sint, inter Doctores, juris civilis interpretes, non convenit. De quo varias ICtorum sententias retulit *Franzkius ad tit. ff loc. cond. n. 13. sq.* & pleniſſime nuper *Jo. Ad. Kunz* in diſſ. *de relocatione tacita* §. 13. 14. 15. Forte autem nova ratione ita commode explicari lex poſſit, ut impleto tempore conductionis conductor prædii urbani, prout deinde habitaverit, obligetur, neque omnino, ut in ruſticis, reconductio in annum facta videatur, propterea quod ruſtici prædii uſus & fructus non ſit, niſi totius anni, urbanum autem prædium habitationis commodum præſtet unaquaque parte anni, ut nullo tempore major vel minor uſus intelligatur, adeoque conveniens non ſit, ut in ruſticis, ita in urbanis prædiis tacitam reconductionem ad annum integrum accommodari, ſed tam diu durare intelligatur, quam diu tacito inter contrahentes conſenſu placuerit, aliud autem dicatur, ſi in ſcriptis certum tempus conductioni comprehenſum ſit, ut tum quidem, ut in prædiis ruſticis, ad annum integrum reconductio facta videatur. Neque enim ex eo, quod Ulpianus urbana prædia a ruſticis ſeparavit & exceptionem ſubjecit, niſi in ſcriptis certum tempus conductioni comprehenſum ſit, conſequitur, utique omnino contrarium in urbanis quam in ruſticis prædiis obſervari, & tacitam reconductionem ad tempus integrum ſuperius pertinere. Verum eſt, Ulpianum ruſtica & urbana prædia diſtinguere. Sed hæc diſtinctio eo procedit, ut non omnino in annum reconductio facta videatur, prout in ruſticis prædiis, ſed pro eo tempore conductor obligetur, quo deinde habitaverit. Igitur cum Ulpianus denuo excepit, niſi in ſcriptis certum tempus conductioni comprehenſum ſit, illud eo pertinet, ut hoc caſu diſtinctio ruſticorum & urbanorum prædiorum non ſit, ſed in urbanis ſimiliter reconductio in annum facta intelligatur. Et probabile eſt, quemadmodum adhuc uſurpatur, locationes & conductiones ædium in unum vel plures annos ſcriptis comprehenſas eſſe, ut fides rei fieri poſſet,

ceteras autem breviores literis consignatas non esse. Quamobrem in illis, quæ in scriptis ad longius tempus factæ sunt, intentioni utriusque contrahentis congruit, conductionem in annum renovatam videri. Ceteræ autem breviores ita comparatæ videntur, ut facile dissolvantur, neque contrahentium interfit, quam diu durent. Quod nostris moribus omnino congruit. Atque hæc interpretatio tanto magis accipienda est, quod nulla differentiæ ratio conspicitur, cur in rusticis quidem prædiis lustro conductioni præstituto reconductio nihilominus duntaxat in annum facta habeatur, in urbanis autem ad superius tempus integrum referatur, cum potius ex æquitate dicendum foret, in rusticis prædiis ob fructus cujusque anni incertos reconductionem ad totum lustrum factam videri. Quam in rem alia æquitatis ratio accederet, scilicet quod habitatio conductori vel ejus hæredibus intra tempus renovatum inutilis vel onerosa fieri possit, ad brevius autem tempus deinde restricta utrique commoda foret, quia receptum fere est, ut statis temporibus semestribus habitationes mutentur. In summo Tribunali Cellensi species hujusmodi agitabatur. Quidam domum suam in quatuor annos & sex menses, deinde eo tempore impleto, iterum in sex menses, deinde autem ex integro in sexennium in scriptis locaverat. Quo tempore finito cum nihil inter contrahentes denuo actum esset, conductor autem in habitatione permansisset, post sex mensium spatium expletum locator conductori denuntiaverat, ut post alios sex menses migraret. Conductor autem excipiebat, domum sibi tacite relocatam jam esse, & quoniam in scriptis certum tempus conductioni præfinitum sit, intelligi in sexennium ex integro relocatam. Sed summum Tribunal Cellense contra conductorem pronuntiavit, in causa des Ober-Appellations-Gerichts-Procuratoris Remer contra den Ober-Appellations-Gerichts-Procuratorem Heldberg in puncto locati conducti d. 6. Dec. 1736.

OBSER-

# OBSERVATIO CXXXVI.

## *De jure protimiseos veteris conductoris in locatione & conductione fundorum publicorum & ecclesiasticorum.*

### §. I.

Jus civile an antiquatum sit.

Veteres possessores fundorum publicorum novis conductoribus præferri, si facta per alios augmenta suscipiant, in *L.* 4. *&* 5. *C. de locat. præd. civil.* constitutum est. Quæ æquitas ad hodiernos publicorum fundorum conductores omnino pertinet. Neque ut *Schilterus*, aliique putant, jus hoc antiquatum moribus habendum est. Contrarium enim ostenderunt *Bergerus* in Electis Discept. for. Tom. I. p. 1176. sq. & *Aug. Leyserus* ad Pand. Spec. 215. med. 4.

### §. II.

An ad bona secularisata Brunsuicensia pertineat.

Illud autem quærebatur, an idem in conductoribus fundorum ecclesiasticorum Calenbergicorum, qui Closter-Güter dicuntur & a Principe administrantur, reditus autem ad pios usus erogantur, dicendum sit. Plane jus civile ad prædia ecclesiastica non pertinere, cum Jacobo Gothofredo luculenter ostenderunt *Bergerus* c. l. & *Aug. Leyserus c. l. med.* 5. novissime quoque *Rivinus* in Probl. *an & quatenus in locatione fundorum publicorum veteres possessores præferendi sint* §. 15, 16. Movet autem, quod forte secularisata dicenda sint, adeoque publica prædia habeantur. Sed bona hæc monastica Brunsuicensia ecclesiastica adhuc esse, neque naturam suam amisisse, neque rebus fiscalibus vel patrimonialibus Principis accensenda esse, eleganter ostendit *Dn. Claproth* in der Sammlung Juristisch-Philosophisch- und Critischer Abhandlungen P. 2. Obs. 3. *de natura bonorum secularisatorum, inprimis eorum, quæ ad conventus pertinuerunt, vulgo* Closter-Güter §. 26. Quamobrem jus civile ad hæc prædia minime accommodandum est.

### §. III.

## §. III.

Continuatur.

Illud autem deinde in propoſito agitabatur, annon ex formula contractus conductorum & ex Inſtructione publica eorum jus protimiſeos veteres poſſeſſores in iis prædiis haberent. Movebat enim, quod in formula contractus continetur, ut ſi conductor bene ſe geſſerit, poſſit deinde ad contrahendum denuo admitti, ſo kan er auf verſpürendes Wolverhalten zur neuen Handlung zugelaſſen werden, duminodo ante finitam conductionem integro anno renovationem contractus petat, aliter enim locationem & conductionem ipſo jure finitam intelligi. De qua re in Conſtitut. quoque Calenberg. T. I. N. 41. art. 12. ita expreſſum eſt: Wenn ein Cloſter-Beamter nach verfloſſener Pachtzeit ferner zu pachten gewillet; ſo iſt er vermöge ſeines Contracts ſchuldig, um die Continuation ein Jahr vorher durch ein Memorial geziemend anzuſuchen. Wofern er ſich darunter nachläſſig und ſäumig erweiſet, ſoll die Pacht eo ipſo erloſchen und expiriret ſeyn. Enimvero his verbis nihilominus in arbitrio Conſilii ſanctioris vel Principis conductoris poſitum eſt, utrum deinde denuo contrahere cum vetere conductore velint, an minus. Non valet autem ſtipulatio in rei promittendi arbitrium collata conditione. *L. 17. ff. de Verb. Oblig.* Et illa ſtipulatio, *ſi volueris dari*, inutilis dicitur in *L. 46. §. 3. ff. eod.* Et ſub hac conditione, *ſi volam*, nulla fit obligatio: pro non dicto enim eſt, quod dare, niſi velis, cogi non poſſis. *L. 8. ff. de Obl. & Act.* Nihil igitur his verbis conductoribus promittitur, quam ut pro re nata, ſi bene ſe geſſerint, & Conſilio ſanctiori e re viſum fuerit, poſſint ad novam conductionem admitti. Quod ſi igitur Conſilio ſanctiori e re non videatur, denuo cum iis contrahere, jure protimiſeos ſe tueri nequeunt. Quod autem integro adhuc anno ante conductionem finitam petere relocationem debeant, id locatoris gratia adjectum eſt, ut ſtatim intelligat, novum conductorem quærendum eſſe. Quamobrem ſummum Tribunal Cellenſe eo caſu contra conductorem judicavit d. 28. Sept. 1743. in cauſa des zeitigen Pachters des Cloſter-Aushofs Reinoldshauſen contra K. und Chf. Cloſter-Cammer.

OBSER-

# OBSERVATIO CXXXVII.

## *Ad L. 1. §. 3. ff. de his quæ in teſtam. del.*

### §. I.

In *L. 1. §. 3. ff. de his quæ in teſt. del.* ſecundum codices, quos habemus, ita expreſſum eſt: *Sed conſulto quidem deleta exceptione petentes repelluntur, inconſulto vero non repelluntur, ſive legi poſſunt, ſive non poſſunt: quoniam, ſi totum teſtamentum non extet, conſtat valere omnia, quæ in eo ſcripta ſunt. Et ſi quidem illud concidit teſtator, denegabuntur actiones, ſi vero alius invito teſtatore, non denegabuntur.* Quæ verba *Guil. Maranus* in Paratitlis ad tit. ff. ſi tab. teſt. ext. ita transponere voluit: *Sed conſulto quidem deleta exceptione petentes repelluntur, ſive legi poſſunt, ſive non poſſunt: inconſulto vero non repelluntur, quoniam ſi totum teſtamentum non extet, conſtat valere omnia, quæ in eo ſcripta ſunt.* Sed vereor, ut doctiſſimi viri emendatio recte ſe habeat, quæ certe a ſenſu legis omnino abhorret, & totam concludendi rationem Jureconſulti evertit, vel confundit. Nam ICtus quidem a deperdito teſtamento ita argumentatur: *Etſi totum teſtamentum non extet, conſtat valere omnia, quæ in eo ſcripta ſunt; quod ſi procedit, cum totum teſtamentum non extat, ut interitus ſcripturæ non reſpiciatur, niſi deleta a teſtatore conſulto ſit, multo minus in parte quadam teſtamenti conſummati ſcripturæ interitus officit, ſed niſi teſtator ipſe conſulto deleverit, ſufficere debet, tenorem deletæ ſcripturæ in teſtamento conſummato probari; quamobrem hoc caſu nihil attinet, ſive legi poſſunt inconſulto deleta, ſive non poſſunt.* Maranus autem minus recte ita reſtringit, ſi inconſulto deleta legi poſſunt. Quod cum teſtamento deperdito, cujus tenor aliunde probatur, non convenit.

Lectio contra Maranum defenditur.

### §. II.

Quod ait ICtus de teſtamento non extante, palam eſt, pertinere ad teſtamentum vivo teſtatore deperditum. Nam & quæ ſuperius de conſulto vel inconſulto deletis dixerat, hoc argumento convincere voluit, & verba proxime ſequentia idem manifeſtant, ſcilicet: *Et ſi quidem illud concidit teſtator, ſi vero alius invito teſtatore.* Et ita cum Gloſſa *Cujacius* & *Guil. Maranus* aliique interpretes recte accipiunt.

Lex pertinet ad tabulas vivo teſtatore deperditas.

§. III.

Totius legis explicatio.

Igitur, nisi fallor, omnino ICti sententia in dicta lege hæc est, ut siquidem ante consummationem testamenti inconsulto quædam deleta sint, quæ legi adhuc possint, valeant, non item si quæ consulto deleta sint, vel legi nequeant, etsi extrinsecus intelligantur, quippe testator ante consummationem restituisset & voluntatem denuo expressisset, si tum temporis, cum testamentum consummaret, valere ea voluisset. Sin autem post consummationem testamenti deleta quædam sint, consulto deleta hæredem utique non præstare, omnino inconsulto deleta, sive legi possint sive non possint, propterea quod testamentum perfectum consummatumque sit, adeoque semel scripta valere non desinant, si invito vel ignorante testatore sint deleta, non secus ac si totum testamentum non extet, quod jure consummatum sit, quippe nihilominus omnia valeant, quæ in eo scripta sint, modo aliunde probentur.

# OBSERVATIO CXXXVIII.

## *De successione ex testamento non extante.*

§. I.

Differentia juris Prætorii & civilis.

Quæro, ex testamento non extante an succedatur. Movet, quod Prætor tabulas extantes desideravit, quod secundum formulam edicti ipsam & ICtorum interpretationem tabulas tempore mortis testatoris extantes significat. Nam ita expressum est in L. 1. §. 3. ff de bon. poss. sec. tab. *Semel autem extitisse tabulas mortuo testatore desideratur, tametsi extare desierint; quare & si postea interciderunt, bonorum possessio peti poterit.* L. 1. §. 7. eod. *Quod si unum fecerit testator quasi testamentum, aliud quasi exemplum: siquidem id extat, quod voluit esse testamentum, bon. possessio petetur; si vero id, quod exemplum erat, bon. possessio peti non poterit.* L. un. ff. si tab. test. ext. *nam & si mortis tempore tabulæ fuerint, licet postea interierint, competet bon. possessio, quia verum fuit, tabulas extare.* Sed hoc juris Prætorii, non civilis esse, cum Glossa recte monuerunt *Cujacius* ad L. 1. ff. de his quæ in testam. del. & *Guil. Maranus* ad tit. ff. si tabul. testam. ext. Nam jure quidem civili ex testamento, quod vivo testatore deperditum sit, & extare desierit, nisi

niſi teſtator ipſe conciderit, hæreditatem & legata peti, ex *L. 1. §. 3. ff. de his quæ in teſt. del.* manifeſto oſtenditur. Conf. ſuperior *obſervatio noſtra ad cit. L. 1. §. 3. ff. de his quæ in teſt. del.* Idque rationi juris conveniens eſt. Neque enim teſtamentum ſemel perfectum tolli poteſt, niſi teſtator ipſe vel lex ſuſtulerit. Neque præterea tabulæ, ſed juſta voluntatis noſtræ ſententia in tabulis expreſſa teſtamentum efficit. *L. 1. ff. qui teſt. fac. poſſ.* Quæ ſententia cum & ſine ſcriptura nuncupative poſſit declarari, ſolus ſcripturæ interitus nihil ad rem facere poteſt, tantoque minus, quia hæc ſententia vicem ſeu ſimilitudinem legis habet. Sed bonorum poſſeſſionis olim longe alia ratio quam hæreditatis fuit. Neque enim bonorum poſſeſſor jus hæreditarium, ſed poſſeſſionem duntaxat ſalvo cujusque jure potiori conſequebatur. Nec Prætor disquirebat, jure civili juſtum, an ruptum, an irritum eſſet, ſed faciem externam conſiderabat, num ſcilicet adeſſent ſeptem teſtium ſigna. Quo caſu ſi teſtator jus teſtamenti factionis habuiſſent, Prætor inſtituto hæredi bonorum poſſeſſionem dabat, quippe ſufficere exiſtimans, eum, qui ſecundum jus civile invalidum teſtamentum diceret, & hæreditatem ex jure civili peteret, meliusque jus haberet, hæreditatem deinde a bonorum poſſeſſore evincere. Vid. *Trekel de orig. & progr. teſtam. fact. C. 3. §. 41.* Ex qua Prætoris intentione illud quoque venit, ut ex teſtamento nuncupativo Prætor bonorum poſſeſſionem olim non daret, ſed ſcripturam & teſtium ſigna deſideraret. Quippe Gordianus Imperator demum ex teſtamento quoque nuncupativo bon. poſſeſſionem dedit. *L. 2. C. bon. poſſ. ſec. tab.* Vid. *Trekel c. l.* §. 44. Ex quo facile intelligitur, cur in bonorum poſſeſſione olim, aliter ac in hæreditate juris civilis, tabulæ teſtamenti extantes requirerentur. Neque abſurda Cujacii & Marani eſt ſententia contendentium, hodie bon. poſſeſſione ex teſtamento nuncupativo admiſſa, tabulis etiam non extantibus bon. poſſeſſionem utiliter & ex interpretatione benigna dari.

§. II.

Nec contrarium eſt, quod in *L. 2. C. de teſtam.* dicitur, publicati ſemel teſtamenti fidem, quamvis ipſa materia, in qua primum a teſtatore ſcriptum relictum fuerit, caſu, qui probetur, interciderit, nihilominus valere. Nam ſiquidem *Marani* ſententiam ſequa- Explicatur L. 2. C. de teſtam.

ris, publicatum teſtamentum hoc loco illud dicitur, quod impletum & conſummatum ſit, de quo ſuprema conteſtatio peracta ſit, cum apud teſtes voluntatem ſuam conteſtatus ſit teſtator, hæc lex ſuperius dictis nihil officit. Quanquam & Gloſſa eam explicationem rejecit. Sin autem cum *Jacobo Gothofredo ad L. 4. C. Theod. de teſtam.* teſtamentum a teſtatore ad acta depoſitum intelligas, idem dicendum eſt, quanquam hoc caſu probatio caſus ſuperflua videtur. Si denique gloſſam ſequaris, quæ explicatio ſatis concinna eſt, ut lex ad teſtamenta privatim confecta, deinde autem, ne forte intereant, coram judice ad petitionem hæredis publicata pertineat, quæſtio legis huc redit, an ſi poſtea teſtamentum perierit, exemplo publico credatur, anque, ut lex dicit, fides teſtamenti deinde valeat. Quod ſi adſumitur, intelligitur, de probatione tenoris, non de vi teſtamenti non amplius extantis agi. Quanquam præterea argumenta a contrario ducta periculoſa quoque ſunt, cum in lege ad caſum quendam propoſitum reſpondetur.

## §. III.

& L. 11. C. eod.

Neque præterea *L. 11. C. de teſtam.* obſtat, in qua continetur, non idcirco minus jure factum teſtamentum ſuas obtinere vires, quod poſt mortem teſtatoris ſubtractum probetur. Hæc enim reſponſio ad caſum propoſitum eſt, & quam periculoſa argumenta ſint a contrario ducta, dixi. Gloſſa autem, quam Dion. Gothofredus ſequitur, perbelle hanc legem ita explicat: *teſtamentum feciſti & deceſſiſti, ſubtractum eſt teſtamentum, an ob hoc vitioſum ſit, quod furtivum ſit factum, quæritur. Reſp. quod non: ratio dubitationis erat, quia videbatur vitioſum, quia furtivum; ſed tale furtum non facit ipſum non valere, ſed tantum falſitas, vel ſi ſit minus ſolenne.*

## §. IV.

Aliud dubium removetur.

Denique nos movere non debet, quod in *L. 5. & 6. ff. teſtam. quemadm. aper.* dicitur, in aperiendo teſtamento Prætorem ſignatores convocare, ut ſigilla recognoſcant. Quod quidem fieri in teſtamento deperdito nequit. Sed hoc non alia ratione fit, quam ut conſtet, verum illud teſtamentum eſſe. Ex quo non ſequitur, aliunde niſi per ſcripturam tenorem teſtamenti probari non poſſe.

## §. V.

## §. V.

Quamobrem ſi inſtitutus hæres probet, invito teſtatore & contra ejus voluntatem tabulas teſtamenti periiſſe, ut teſtator non videatur ipſe eas concidiſſe, tenore teſtamenti probato hæreditatis petitio vel ſucceſſio ex teſtamento ei non denegabitur, etſi vivo teſtatore periiſſet. Summa dictorum.

## §. VI.

In ſummo Tribunali Cellenſi ſpecies hujusmodi incidit, ut pater teſtamentum ſolenne condidiſſet, in quo filiam hæredem inſtituiſſet, filio autem ob mores ejus corruptos & præſertim ob matrimonium, quod contra voluntatem patris moliretur, legitimam duntaxat reliquiſſet. Mortuo teſtatore cum tabulæ nusquam invenirentur, & filius cum matre juramentum editionis præſtitiſſet, filia hæres teſtes produxerat, & non tantum tenorem inſtrumenti, ſed illud quoque matris teſtimonio probaverat, patrem in valetudine extrema morti proximum ſe præſente ad teſtamentum conditum ſeſe retuliſſe & tenorem teſtamenti denuo recitaſſe. Filius autem objiciebat, tabulas non extare, præterea patrem ſecundum exemplum teſtamenti a Notario ſervatum voluiſſe coram magiſtratu loci illud deponere, ſed non depoſuiſſe, potius poſt conditum teſtamentum patrem in gratiam ſecum rediiſſe, & nepotem ex filio de baptismo ſuſcepiſſe. Ex quo confici putabat, teſtamentum a patre ipſo conciſum vel combuſtum eſſe. Sed quanquam inde conjectura quædam pro filio naſceretur, tamen cum mater dixiſſet, patrem morti proximum præſente filia teſtamenti tenorem recitaſſe & in voluntate ſua perſeveraſſe, filia hujus teſtimonii materni corroborandi gratia ad juramentum ſuppletorium admiſſa eſt. Ut judicatum eſt a ſummo Tribunali Cellenſi in cauſa Johann Jürgen Bretſchneiders, Klägers und Appellanten contra deſſen Schweſter, Anne Cathrine Bretſchneiders, verehelichte Latmans, Beklagtin und Appellatin in puncto hæreditatis paternæ. d. 28. Sept. 1743. Caſus proponitur.

# OBSERVATIO CXXXIX.

## *Exhæredatio filii usque ad legitimam an reconciliatione facta evaneſcat.* (*)

### §. I.

Rationes dubitandi.

Pater filio offenſus teſtamentum condidit, eumque usque ad legitimam exhæredavit, deinde in gratiam cum filio rediit. Quæro, an hoc ipſo exhæredatio illa extincta cenſeatur. Movet, quod ſecundum *L. 3. & 4. ff. de adim. vel transfer. leg.* legatum propter inimicitias ſupervenientes extinctum redintegratur, ſi deinde in gratiam teſtator & legatarius redierint. Quod tanto magis dicendum videtur, ſi de redintegranda ſucceſſione legitima & naturali agatur. Quam in rem accedit *L. 5. C. fam. herciſc.* ubi quod teſtator iratus in ſervos ſtatuerit, ſiquidem deinde clementia flexus fuerit, remiſſum cenſetur. Neque præterea abſurda eſt ſententia exiſtimantium, facta reconciliatione & injuriæ remiſſione filium exhæredari amplius non poſſe, adeo ut exhæredatio etiam antea facta extinguatur, ut contendunt *Fachinæus* Controv. L. 6. C. 79. *Voet* ad tit. ff. de inoff. teſt. §. 31. *Huber* in Præl. ad tit. ff. de lib. & poſth. *Bœkelmann* ad tit. ff. de inoff. teſt. §. 8. p. 229. *Hilliger* ad Donellum L. 6. C. 12. lit. M. Nam etſi leges hanc in rem allegatæ nihil probant, tamen quia injuria per remiſſionem & reconciliationem tollitur, cauſa exhæredationis ſublata eſt, adeoque pater ſublata cauſa nec potuit filium amplius exhæredare, & inofficioſe fecit, qui exhæredationem antea factam non ſuſtulit, aliudve teſtamentum paterno affectu fecit.

### §. II.

Sententia proponitur & dubia removentur.

Sed verum nihilominus eſt, ſi pater filium usque ad legitimam duntaxat exhæredaverit, facta reconciliatione patris diſpoſitionem non extingui. Principio enim quod legata propter inimicitias ſupervenientes extincta, ſi in gratiam deinde redierint, redintegrantur, hoc ad hæreditatem accommodari nullo modo poteſt. Nam legata quidem nuda voluntate adimuntur, & ideo ob inimicitias graviſſimas ſupervenientes legatum ademtum eſſe, leges ſtatuunt.

(*) Conf. T. II. Obſ. VIII.

tuunt. Sed quoniam amantium iræ amoris redintegratio ſunt, ideo leges talem inimicitiam & hujusmodi averſationem & pœnitentiam deſiderant, in qua quis usque ad mortem perſeveraverit, ut voluntatem ſupremam vel noviſſimam ſequamur. Quod perbelle explicavit *Crellius* in diſſ. *quomodo legatum nuda volunt. adim.* §. 24. Hæreditas autem nuda voluntate & ob inimicitias ſupervenientes hæredi ſemel inſtituto adimi plane nequit. Vid. *Crell* c. l. §. 12. Et manifeſta hanc in rem eſt *L. 22. ff. de adim. vel transfer. leg.* quæ ita habet: *Ex parte hæres inſtitutus etiam legatum acceperat: eum teſtator inimicitiis graviſſimis perſecutus cum teſtamentum aliud facere inſtituiſſet, neque perficere potuiſſet, præteriit: hæreditariæ quidem actiones ei non denegabuntur, ſed legatum ſi petat, exceptione doli mali ſubmovebitur.* Quod ſi hæreditas nuda voluntate & propter inimicitias non adimitur, multo minus legitima hæreditas hoc ipſo redintegratur, quod teſtator offenſa commotus teſtamentum fecerit, deinde autem eum offenſæ pœnituerit. Nam ſi hoc admittas, dicendum præterea eſt, hæredi inſtituto, qui nihil contra teſtatorem fecerit, per reconciliationem cum alio hæreditatem rurſus adimi. Sed quod in *L. 5. C. fam. herciſc.* expreſſum eſt, gravem animadverſionem continet, quam teſtator iratus in ſervos ſtatuiſſet, ut unus quidem in perpetuis vinculis moreretur, alter vero exportandus venundaretur. Cujusmodi animadverſio & vindicta remiſſione injuriæ merito extinguitur, præſertim cum nullius ea in re interſit. Sed hoc ad adimendam vel transferendam hæreditatem minime pertinet. Denique etſi conceſſerim, injuriæ remiſſione & reconciliatione exhæredationem extingui, tamen hoc ad veram exhæredationem pertinet, utpote quæ ſine gravi injuria parentibus illata non admittitur. Quod ad eum caſum, cum pater filium usque ad legitimam duntaxat exhæredavit, accommodari nequit, quia hunc in modum utique diſponere pater ſine ulla cauſa & injuria accepta potuit. Quod conſideratum eſt a ſummo Tribunali Cellenſi in cauſa Johann Jürgen Bretſchneiders contra deſſen Schweſter, Anne Cathrine Bretſchneiders, verehelichte Latmanns, in puncto hæreditatis paternæ.

OBSER-

# OBSERVATIO CXL.

## *De teſtimonio parentum inter liberos.*

Quod conſtitutum eſt, parentes & liberos adverſus ſe invicem ne volentes quidem ad teſtimonium dicendum admitti, merito ita intelligendum eſt, ut in cauſis liberorum inter ſe parentes idonei teſtes ſint, ut tradunt *Oldendorpius* de teſtibus in Sylloge Except. p. 549. n. 30. *Enenkel* de privil. parent. & liber. privil. XVII. n. 22. *Ant. Matthæi* de probat. C. 5. n. 42. ibique *Mornacius*. Plane enim in cauſis liberorum inter ſe ratio legum ceſſat, cur parentes idonei teſtes non habeantur, & a teſtimonio repellantur. Nam ſiquidem pietas non concedit, ut parentes adverſus liberos teſtimonium dicant, hæc ratio non obtinet, cum pro uno filiorum adverſus alterum teſtantur. Fraudis autem & affectionis ſuſpicio hoc caſu item abeſt, quia liberos parentes æquali *affectu* proſequi cenſentur. Neque hanc in rem argumenta legum deſunt. Certe avo, qui neptis ſuæ ex filio emancipato tutelam geſſit, permittitur pupillam ſecundo filio nuptui dare. *Noodt* ad ff. p. 497. junct. L. 2. Obſerv. c. 5. Et ſi ſocius ſocium occidiſſe diceretur, communis ſervus teſtis eſſe poterat, ut quæſtio de eo haberetur, etſi ceteroquin ſervi vel liberti in cauſis ad dominos vel patronos ſpectantibus teſtes non admitterentur, adeo ut nec de ſervo plurium dominorum communi in ullius caput quæſtio haberi poſſet. *L. 1. & 6. C. de quæſt.* Summum quoque Tribunal Cellenſe matrem teſtem in cauſa liberorum ejus inter ſe contradicente filio admiſit & idoneam teſtem habuit in Sachen Johann Jürgen Bretſchneiders contra deſſen Schweſter, Anne Cathrine Bretſchneiders, verehelichte Latmanns, in puncto hæreditatis paternæ.

# OBSERVATIO CXLI.

## *Qui teſtium numerus ad probandum tenorem teſtamenti deperditi requiratur.*

Tenorem teſtamenti deperditi duobus teſtibus probari conveniens eſt. Nam etſi ad ſolennitates teſtamentorum ſeptem teſtes requi-

requiruntur, tamen ad probationem geſtorum certe non exiguntur. Potius probationem omnem duobus teſtibus abſolvi, explorati juris eſt. Et ita tradit *Gloſſ. ad L. 2. C. de bon. poſſ. ſec. tab. v. doceri*, *Carpzov* P. 3. C. 3. def. 41. *Mevius* P. 4. D. 13. Quod Ordinatio ſummi Tribunalis quoque Cellenſis recepit P. 2. tit. 8. S. 2. §. 11. etſi nominatim de teſtamentis non expreſſit, ſed de hujusmodi inſtrumentis, ad quorum confectionem plures teſtes eſſent neceſſarii. Et ſecundum hoc ſummum Tribunal Cellenſe pronuntiavit in cauſa Johann Jürgen Bretſchneiders contra deſſen Schweſter, Anne Catharine Bretſchneiders, verehelichte Latmanns.

# OBSERVATIO CXLII.

## *De transactione tabulis teſtamenti non inſpectis.*

Tabulis teſtamenti non inſpectis etſi commode non tranſigamus, tamen tranſigere non prohibemur, neque ita facta transactio nulla eſt. Quod contra multorum opiniones defenderunt & pleniſſime perſecuti ſunt *Gerh. Noodt* in Libro de Pactis & Transactionibus C. 18. & *Gundlingius* in peculiari diſſertatione *de transactione tabulis teſtamenti non inſpectis*. Quædam mater naturalis a filio hæres in legitima inſtituta non inſpectis tabulis teſtamenti de quantitate legitimæ transegerat, ſe autem in legitima hæredem inſtitutam eſſe antea cognoverat. Deinde transactionem ex hoc quoque argumento reſcindi volebat & primus judex ſecundum eam pronuntiaverat. Sed plane hoc argumentum tanto minus valebat, propterea quod actrix notitiam teſtamenti acceperat, etſi tabulas ipſas non inſpexerat. Quo caſu, ſi quis notitiam teſtamenti aliunde habuerit, transactionem non inſpectis tabulis valere, vulgo etiam defenditur. *Stryk* Caut. Contract. S. 3. C. 7. §. 7. *Faber* in Cod. Sabaud. L. 2. tit. 4. def. 1. *Chriſtinæus* Vol. I. Dec. 184. n. 10. *Lauterbach* Colleg. Pand. tit. de transact. §. 19. Igitur in caſu propoſito omnino dicendum erat, transactionem valere, ut ſummum quoque Tribunal Cellenſe pronuntiavit, in cauſa Dorotheen Eliſabeth Blecken, Hermann Engelken Ehefrau, Klägerin und Appellantin, contra Georg Friderich Schelen nachgelaſſene Wittwe, Sophien Eliſabeth Bertrams, jetzo des Hof-Jägers Koch Ehefrauen, Beklagtin und Appellatin, in puncto legitimæ, modo reſcindendæ transactionis.

# OBSERVATIO CXLIII.

## *De reſciſſione transactionis ob læſionem enormem vel enormiſſimam.*

Sequens quæſtio inter Doctores juris diu multumque agitata eſt, poſſitne transactio ob læſionem immodicam enormem vel enormiſſimam reſcindi. Quod *Fachinæus* relatis in utramque partem argumentis probat *Controv. L. 2. C. 26.* Sed verius videtur, non poſſe, ut ex *L. Lucius 78. ff. ad SC. Trebell.* manifeſto intelligitur, quæ ita habet: *Hæres ejus, qui poſt mortem ſuam rogatus erat, univerſam hæreditatem reſtituere, minimam quantitatem, quam ſolam in bonis fuiſſe dicebat, his, quibus fideicommiſſum debebatur, reſtituit; poſtea repertis inſtrumentis apparuit, quadruplo amplius in hæreditate fuiſſe. Quæſitum eſt, an in reliquum fideicommiſſi nomine conveniri poſſit. Reſpondit, ſecundum ea, quæ proponerentur*, ſi non transactum eſſet, *poſſe.* Quod pleniſſime perſecutus eſt *Gundlingius* in diſſ. de transactionum ſtabilitate & inſtabilitate §. 42. ſq. & *Voet* ad tit. ff. de transact. n. 24. Aliud eſt, ſi adverſarius dolo feciſſe arguatur. Nam ex cauſa doli actionem leges concedunt. *L. 5. C. de dolo malo.* Ex facto incidit, ut mater a filio hæres in legitima inſtituta pro certa pecuniæ ſumma cum hærede transegiſſet, deinde ex cauſa læſionis immodicæ & enormiſſimæ, item doli transactionem reſcindi flagitaret. Erat tum temporis, cum tranſigeretur, hæreditas defuncti litibus adhuc obnoxia, non tantum quod defuncti bona a patre accepta fideicommiſſi onere affecta eſſent, ſed & quod defunctus filius fuiſſet patris ſui naturalis, per Comitem autem Palatinum legitimatus & deinde a patre hæres inſtitutus, quod patris naturalis frater, quia turpis perſona ſibi prælata eſſet, ægre ferebat, & querelam inofficioſi teſtamenti inſtituerat. Sed quoniam in propoſito dolus nullus intelligeretur, ſola autem immodica læſio non ſufficeret, JCti Gieſſenſes contra actricem pronuntiarunt, quod ſummum Tribunal Cellenſe confirmavit in cauſa Dorotheen Eliſabeth Blecken, Hermann Engelken Ehefrau, Klägerin und Appellantin, contra Georg Friderich Schelen nachgelaſſene Wittwe, Sophien Eliſabeth Bertrams, ietzo des Hof-Jägers Koch Ehefrauen, Beklagtin und Apppellatin, in puncto legitimæ, modo reſcindendæ transactionis.

OBSER-

# OBSERVATIO CXLIV.

## *Fideicommiſſum reciprocum an detractionem legitimæ recipiat.* (*)

In *L. 12. C. de inoff. teſt.* expreſſum eſt, ſi pater filiorum fideicommiſerit, ut ſi quis eorum intra viginti quinque annos ætatis decederet, ſuperſtitibus portionem ſuam reſtitueret, calumnioſam inofficioſi actionem adverſus juſtum teſtatoris judicium inſtitui non debere, cum ex hujusmodi diſpoſitione fideicommiſſaria fratris portio ad reliquos item potuiſſet pervenire. Ex quo multi conficiunt, in fideicommiſſo reciproco detractionem legitimæ non admitti, moti ea ratione, quod talis ſubſtitutio mutua oneroſa non cenſeatur, quippe a caſu fortuito pendeat, uter eorum prior mortem cum vita ſit commutaturus & lucrum potius, quam gravamen interveniat. Vid. *Dion. Gothofredus* in *not. ad L. 12. C. de inoff. teſt. Harprecht de jure detrahendi duas quartas* §. 60. *Perez ad tit. C. de inoff. teſt. n. 42.* Sed vêrius eſt, eam Alexandri Imperatoris legem vel ſublatam vel certe correctam a Juſtiniano Imperatore eſſe, quoniam is, poſtquam expletoriam actionem legitimæ cauſa dederat, in *L. 32. C. de inoff. teſt.* illud adjecit, ut ſi conditionibus quibusdam vel dilationibus aut aliqua diſpoſitione moram, vel modum, vel aliud gravamen introducente eorum jura, qui ad actionem expletoriam vocarentur, imminuta eſſe videantur, ipſa conditio vel dilatio, vel alia diſpoſitio moram vel quodcunque onus introducens tollatur, & ita res procedat, quaſi nihil eorum teſtamento additum eſſet. Quis autem non intelligit, onerari legitimam, ſi fideicommiſſo etſi mutuo affligatur. Perquam enim multæ cauſæ incidunt, ut liberis hoc oneroſum ſit, dum de legitima ſua diſponere prohibentur, quod incommodum incerta ſpe futuri emolumenti minime compenſatur. Rectius igitur ſentiunt, qui & in fideicommiſſo reciproco legitimæ detractionem admittunt, ut *Harprecht* c. l. §. 61. ab eoque alleg. Ddres, *Sichardus* ad L. 12. C. de inoff. teſt. n. 7. *Brunnemann* ad d. L. 12. n. 4. ab eoque allegati, *Petr. Mullerus* in diſſ. de debito bonorum ſubſidio C. 7. §. 14. *Stryk* in



(*) Conf. T. II. Obſerv. LXXXI.

Caut. Teſtam. C. 17. §. 17. Quam in rem accedit *L. 6. C. ad SC. Trebell.* Imperatoris Zenonis, quæ declarat, quoties pater vel mater filio ſeu filia, filiis ſeu filiabus ex æquis vel inæquis partibus hæredibus inſtitutis, invicem ſeu ſimpliciter quosdam ex his aut quendam rogaverit, qui prior ſine liberis deceſſerit, portionem hæreditatis ſuæ ſuperſtiti ſeu ſuperſtitibus reſtituere, ut omnibus modis retenta quarta pro auctoritate Trebelliani Senatusconſulti non per imputationem redituum, licet hoc teſtator rogaverit vel juſſerit, ſed de ipſis rebus hæreditariis dodrans reſtituatur, idemque in retinenda legis Falcidiæ portione obtineat, & ſi pater vel mater filio ſeu filia inſtitutis hæredibus rogaverit eos, easve, nepotibus vel neptibus, pronepotibus vel proneptibus ſuis, ac deinceps reſtituere hæreditatem. Ex quo merito conficitur, ſi Trebelliani-ca & Falcidia eo caſu deduci poſſit, multo magis legitimam poſſe, cujus cauſa multo favorabilior eſt. Neque omnino *L. 12. C. de inoff. teſt.* contraria quidem dici forte poſſit, propterea quod eo caſu inofficioſi querela merito ceſſat, actio autem expletoria recte inſtituitur. Secundum quod ſummum Tribunal Cellenſe pronuntiavit in cauſa des weyland Ober-Appell. Raht Struben, modo deſſen Söhne, in Actis benennet, Appellanten, contra die Wittwe Harence, gebohrne de Mell, ietzo deren Erben, Appellaten, in puncto legitimæ ex fideicommiſſo reciproco præſtandæ d. 8. Febr. 1734. hunc in modum: Weil quoad Gravamen I. Klägere nicht querelam inofficioſi angeſtellet, mithin dasjenige, was Beklagte und Appellanten ex L. 12. C. eod. dagegen angeführet, wenn gleich dieſer Lex durch den L. 32. C. de inoff. teſtam. für corrigirt oder aufgehoben nicht zu achten, anhero gar nicht applicable &c.

# OBSERVATIO CXLV.

## *In fideicommiſſo univerſali an fructus portionis hæreditariæ percepti in legitimam computentur.*

Filium fideicommiſſo totius hæreditatis gravatum fructus ex hæreditate ultra legitimam perceptos in legitimam imputare, defendit *Fachinæus Controv. L. 12. C. 70.* propterea quod patris diſpoſitio

ſitio ultra legitimam jure valeat. Sed manifeſto hanc in rem contraria eſt *L. 6. C. de SCto Trebell.* quæ ita continet: *Quoties pater vel mater filiis vel filiabus ex æquis vel inæquis partibus hæredibus inſtitutis invicem ſeu ſimpliciter quosdam ex his aut quendam rogaverit, qui prior ſine liberis deceſſerit, portionem hæreditatis ſuæ ſuperſtiti ſeu ſuperſtitibus reſtitueret, ut omnibus modis retenta* - - non per imputationem redituum, ſed de ipſis rebus hæreditariis *dodrans reſtituatur.*

# OBSERVATIO CXLVI.

## *De legitimæ & quartæ Trebellianicæ deductione in fideicommiſſis parentum. (*)*

### §. I.

Jure quidem civili verius eſt, ut liberi fideicommiſſo hæreditatis gravati legitimam, non item Trebellianicam deducant. Quod *L. 24. C. fam. herciſc.* manifeſtum facit. Nec movet *L. 6. C. ad SC. Trebell.* quæ duos caſus tractat, Trebellianicæ autem & Falcidiæ nomen promiſcue adhibuit. Jure autem Canonico *c. 16. & 18. X. de teſtam.* nominatim cautum eſt, ut filius hæreditatem reſtituere rogatus, ſi ſine liberis deceſſerit, & legitimam & Trebellianicam poſſit detrahere. Et hoc uſu cuſtodiri tradunt *Stryk* de ſucc. ab inteſt. diſſ. 7. C. 1. §. 27. *Bœhmer* in Jure Eccl. T. II. L. 3. tit. 26. §. ult. *Harprecht* de jure detrahendi duas quartas C. 2. §. 24. *Struvius* in Jurisprud. for. L. 2 tit. 26. §. 8. *Gailius* L. 2. Obſ. 121. *Leyſer* in Specim. 405. ad Pand. med. §. 1. An utraque quarta deducatur.

### §. II.

Quæro, an admiſſa hæc ſententia idem in fideicommiſſo familiæ dicendum ſit, ut fiduciarius hæres & legitimam & Trebellianicam deducat. Quod dicendum non eſt. Neque enim Jus Canonicum ad eum caſum pertinet. Jure autem civili præterea ſecundum *Authent.* Sed in ea re *C. ad L. Falcid.* Falcidia in ea re ceſſat, quæ ita relicta eſt, ne alienetur, ſed permaneat apud ſucceſſores ejus, cui relicta ſit. Ex quo recte conficiunt Doctores, in fideicommiſſis familiæ conſervandæ cauſa relictis & bonis nomina- Quid in fideicommiſſis familiæ.



(*) Conf. T. II. Obſ. LXXXII.

tim alienari prohibitis quartam Trebellianicam non detrahi. Vid. *Harprecht* de jure detrah. duas quartas C. 4. §. 62. *Knipſchild* de fideic. famil. C. 6. n. 165. *Lauterbach.* in Colleg. theor. pract. tit. ad SC. Trebell. *Meier* in Colleg. Argent. tit. ad SC. Trebell. §. 27. Neque enim quartæ detractio ſine alienatione vel diviſione partis & totius fieri poteſt. Ponamus enim, quartam detrahi. Utique igitur pro parte alienatio erit, adeoque in hac ſpecie expreſſe per conſequentiam prohibita eſt detractio non ſolum Falcidiæ in legato, ſed etiam Trebellianicæ in hæreditate. *Meier* c. l. *Brunnemann* ad Auth. Sed in ea re C. ad L. Falcid. ibique allegati. Accedit *Novella 119.* c. 11. quæ nominatim cavet, Falcidiam legem locum penitus non habere, ſi quis rem ſuæ familiæ reliquerit & ſpecialiter dixerit, nullo tempore hanc rem alienari, ſed aut apud hæredem, aut apud ſucceſſores illius, cui relicta ſit, permanere. Sed etſi allegatæ leges nominatim Falcidiam, non Trebellianicam deduci prohibent, tamen conſtat, Falcidiæ & Trebellianicæ nomen in jure plerumque confundi. Vid. *Meier* in Colleg. Argentor. c. l. §. 27. qui Falcidiam promiſcue pro Trebellianica etiam in fideicommiſſo univerſali uſurpari, multis argumentis probavit. Conf. *L. 10. & 11.* C. *ad L. Falcid.* ibique *Brunnemannus n. ult.* Plane Trebellianica ad exemplum quoque & ſimilitudinem Falcidiæ introducta eſt, *Heineccius in Elem. jur. civ. ſec. ord. Pand.* P. 5. §. 222. & ubi Falcidia ceſſet, ibi Trebellianicam quoque ceſſare rectè traditur. *Heinecc. c. l.* §. *225.* Accedit autem præterea, quod teſtator Falcidiæ & Trebellianicæ detractionem non nominatim ſolum, ſed verbis etiam æquipollentibus prohibere poteſt, quo prohibitio pertinet de non alienando & de integra hæreditate reſtituenda atque conſervanda. *Mantica de conject. ult. vol. L. 7. tit. 12. n. 15. inf & 18. Harprecht de jure deduc. duas quartas C. ult.* §. *101.* Certe natura fideicommiſſi familiæ hæc eſt, ut bona perpetuo integra & illibata in familia permaneant, adeoque manifeſto contra voluntatem teſtatoris fieret, ſi quidquam detraheretur. Quod conſideravit ſummum Tribunal Cellenſe in cauſa Anwalds der Borghiſchen Creditoren, Appellanten, contra den Major von der Borgh Appellaten, in puncto fideicommiſſi familiæ & detrahendæ duplicis quartæ. Nam cum appellans gravamen in eo poſuiſſet, quod judex prioris inſtantiæ legitimam duntaxat, non item Trebellianicam detrahendam in fideicommiſſo univerſa-

verſali familiæ pronuntiaſſet, non ideo tantum, ſed & quoniam fiduciarius hæres inventarii confectionem omiſerat, ſummum Tribunal ſententiam a qua confirmavit.

# OBSERVATIO CXLVII.

## *An omiſſa inventarii confectione Trebellianica deducatur.* (*)

In *L. 59. ad L. Falcid.* expreſſum eſt, beneficio legis Falcidiæ indignum eſſe, qui id egerit, ut fideicommiſſum intercidat, & *Nov. 1. C. 2. §. 2.* manifeſtum facit, hæredem, qui inventarium non confecerit, Falcidiam non deducere. Quod ſi autem Novella extremo loco allegata dubitationem recipiat, tamen qui inventarium non confecit, certe id egit, ut fideicommiſſum intercidat, ut ex L. cit. 59. indignus Falcidia videatur, conſequenter & Trebellianica indignus, quia eadem ratio intelligitur, & hæc nomina Falcidiæ & Trebellianicæ promiſcue ſumuntur. Quod conſideravit ſummum Tribunal Cellenſe & ex ea quoque ratione judicavit, Trebellianicam cum legitima non deduci, in cauſa Alds der Borghiſchen Creditoren contra den Major von der Borgh, in puncto fideicommiſſi familiæ & detractionis duplicis quartæ.

# OBSERVATIO CXLVIII.

## *De alienatione prædii minorum ſine decreto magiſtratus, juramento autem confirmata.*

Paternam domum filii ætate minorennes curatorem non habentes matre conſentiente ſine magiſtratus autem cognitione decretoque vendiderant, & ſecundum formulam contractus beneficiis minorum omnibus, quorum certiores facti eſſent, jurato renuntiaverant. Adepta majorennitate filius ſupereſt, fratris deinde hæres effectus, eam venditionem utpote nullam reſcindi poſtulabat. Movebat, quod *L. 1. C. ſi adv. vend.* quæ de juramento minoris tractat, ad contractus ipſo jure validos, non autem invalidos a juris interpreti-

(*) Conf. T. II. Obſ. C.

pretibus refertur. Sed plane jure Canonico contractus etiam nullus jurejurando confirmatur, *c. 6. 10. & 28. de Jurejur. in 6. cap. 2. pact. in 6.* & hæc intentio Friderici quoque Imperatoris fuit in *Auth. Sacramenta puberum C. Si adv. vend.* cum dixit, ſacramenta puberum ſponte facta ſuper contractibus rerum ſuarum non retractandis inviolabiliter cuſtodiri. Niſi enim Imperator ex jure Canonico aliquid addere juri civili voluit, omnino hac nova lege opus non erat. Secundum quod reformata ſententia priori judicavit ſummum Tribunal Cellenſe in cauſa des Grenz-Raht Meiers und deſſen Ehefrauen, Appellanten, ingleichen die Gebrüdere von Roden, Mit-Appellanten und Intervenienten, contra weyland Dorothee Marie Bruns, verehelichte Lüdemanns, modo deren Kinder Appellaten, in puncto eines verkauften Hauſes d. 23. Sept. 1734. in hæc verba: Daß der von der Klägerinn Mutter geſchehene Verkauf des Hauſes, Hofes, Gartens und Zugehör quæſtionis geſtalten Sachen nach, da die verſtorbene Klägerin, Dorothea Maria Brauns denſelben nicht nur unterſchrieben, und mit ihrem Eide bekräftiget, ſondern auch nach erlangter Majorennitæt durch Annehmung der Zinſen von dem Kauf-Pretio ratihabiret, und genehm gehalten, für zu Recht unbeſtändig nicht zu achten ꝛc.

# OBSERVATIO CXLIX.

## *Poſſeſſio legi adverſa an ſit tuenda.*

In Receſſu provinciali Luneburgico de 1686. art. 7. cautum eſt, ut coloni ſponſalia & matrimonia contrahentes de dote & pactis dotalibus coram domino tam ſponſi quam & ſponſæ primum conveniant, deinde autem, poſtquam conventio facta & dominus conſenſerit, pacta dotalia coram eo judice, ſub quo domicilium habent, libris judicialibus inſerantur, & hoc facto judex veniam ſacerdotalis copulationis, quæ Trau-Schein dicitur, concedat. Plane jam antea in Ordinatione Politica Luneburgica C. 11. cautum erat, contractus omnes ſub pœna nullitatis in libros judiciales referri, & nominatim ita C. 23. §. 2. in dotibus civium & ruſticarum mulierum expreſſum erat. Ex facto igitur incidit, ut dominus, cui jurisdictio in colonos a Præfectura negabatur, ſe hoc jure uti conten-

tenderet, ut & pacta dotalia confirmaret & veniam copulationis ſacerdotalis daret. Movebat, quod quaſi in poſſeſſione vel uſu particulæ cujusdam jurisdictionis ita conſtitutus eſſet; unde ſi poſſeſſor univerſæ jurisdictionis tuendus ſit, tanto fortius dicendum videbatur, eum, qui partem jurisdictionis poſſideret, tuendum eſſe. Sed hoc non placuit, quia uſus iſte, vel quaſi poſſeſſio legi provinciali omnino adverſa erat, & hoc exercitium magis jurisdictionis dicendum erat, quod ſine ipſa jurisdictione concedendum tanto minus videbatur, quia nec valere, nec fidem habere poſſent pacta dotalia, niſi in libros judiciales relata. Et plane hujusmodi uſus contra legem clandeſtinus & vitioſus omnino habendus erat. Quamobrem ſummum Tribunal Cellenſe d. 23. Martii 1743. hunc in modum pronuntiavit, in cauſa der Gebrüdere von Gilten, Appellanten, contra den Anwald des Amts Giffhorn, Appellaten, in puncto Beſchreibung der Eheſtiftungen und Ertheilung der Trauſcheine: Ob zwar der Imploranten Guts-Leute zu Schweimke und Steimke Inhalts des Lüneburgiſchen Land-Tags-Abſchiedes de a. 1686. art. 7. allerdings gehalten ſind, ihre Eheſtifftungen vor ihren Guts-Herren, denen von Gilten, zu behandeln, Imploranten auch nicht verwehret werden mag, die ſolchergeſtalt vor ihnen behandelte Ehe-Contracte ſchriftlich auffetzen zu laſſen, und dieſelben zu Bezeugung ihres Guts-herrlichen Conſenſus entweder ſelber mit zu unterſchreiben, oder ein ſchriftliches Atteſtat hierüber auszuſtellen; Alldieweilen jedennoch in obgedachter Land-Tages-Reſolution ausdrücklich geordnet iſt, daß die Eheſtiftungen, nach deren vorgängigen Behandlung vor dem Guts-Herrn bey den Aemtern, Vogteyen und Adelichen Gerichten, worunter die Leute geſeſſen, in die Amts- und Gerichts-Bücher geſchrieben, und darauf der Trauſchein ertheilet werden ſolle, verfolglich ein Guts-Herr, der über ſeine Guts-Leute keine Gerichte hat, ſo wenig der Ingroſſation der Eheſtifftungen, als der Ertheilung der Trauſcheine ſich anzumaſſen befugt iſt, die bloſſe poſſeſſio ihm auch dieſerhalben gegen die klare Landes-Verordnung nicht zu ſtatten kommen mag, daß demnach die Eröffnung des wegen angeblichen Beſitzers der Ertheilung der Trauſcheine in perpetuam rei memoriam aufgenommenen Zeugen-Rotuli noch zur Zeit keine ſtatt habe, ſondern Imploranten, ob ſie gleich mit dem Beweiſe der Gerichtsbarkeit in petitorio vorietzo, da die Sache in poſſeſſorio Rechtshängig iſt, annoch zu verſchonen, dennoch den gerühmten Beſitz der Gerichte über ihre

Guts-Leute in Schweimke und Steimke zuförderſt zu erweiſen ſchuldig ſeyn. ꝛc.

# OBSERVATIO CL.

*Qui in poſſeſſione rei vel corporalis vel incorporalis conſtitutus eſt, is in quacunque rei parte ejusque acceſſoriis, etſi in ea re poſſeſſionem ſpecialiter non probaverit, tuendus eſt.*

## §. I.

Propoſitio. Qui in poſſeſſione rei vel corporalis vel incorporalis conſtitutus eſt, is merito in quacunque rei parte vel acceſſoriis, etſi eam poſſeſſionem ſpecialiter non probaverit, tuendus eſt, certe tam diu, donec alius, qui prohibet eum, vel turbat, jus ſuum vel poſſeſſionem partis vel acceſſorii probaverit. Verbi cauſa, qui in poſſeſſione ædium eſt & domini loco poſſidet, is in ſingulis quoque partibus dominii contra eum, qui turbat, tuendus eſt, veluti ut in ſuo ædificet, ut fundum ſuum colat, etſi non probaverit, hactenus ſe in ſuo ædificaſſe, vel fundum coluiſſe, quia ſufficit, cum ſibi civiliter & pro domino fundum poſſidere. Et hoc manifeſto expreſſum eſt in *L. 3. §. 2. & 3. ff. uti poſſid.* his verbis: *Hoc interdictum ſufficit ei, qui ædificare in ſuo prohibetur. Etenim videris mihi poſſeſſionis controverſiam facere, qui prohibes me uti mea poſſeſſione. - - - Etenim, qui colere fundum prohibetur, poſſidere prohibetur.* Ex quo apparet, poſſeſſorem hac in re probatione onerandum non eſſe.

## §. II.

Caſus. In ſummo Tribunali Cellenſi aliquando hujusmodi ſpecies agitabatur. Civitas H. nobilem quendam, ne in civitatis ejus jurisdictione & agro urbano venaretur, prohibebat ex interdicto uti poſſidetis, petieratque, ut in ſua poſſeſſione venandi defenderetur, illi autem turbatio interdiceretur. Dubitationem movebat, quod civitas uſum venationis in eo loco non probaverat. Sed quoniam

niam ager erat urbanus, der Stadt Feldmark, hæc poſſeſſio contra reum ſufficere videbatur, ut & in eo agro venationem civitas exerceret & alium venandi cauſa ingredientem prohiberet, donec is ex ſua parte jus vel poſſeſſionem probaſſet. Aliter enim civitas urbanum agrum & diſtrictum non plene poſſediſſet. Quam in rem ſummum Tribunal ita pronuntiavit: Weilen ... der in Streit befangene Ort der Beklagten eignem Geſtändniß nach zu der Klägere Jurisdiction und Feldmark gehöret, folglich Beklagter nicht befugt geweſen, Klägere in dem vollkommenen Gebrauch und Beſitz derſelben durch das unternommene Jagen zu ſtören, ſo lange er nicht dieſerhalben entweder ſeine alleinige Jagt-Befugniß, oder die Mit-Jagt dargeleget, oder wenigſtens, daß er wegen des einen oder andern in üblichem Beſitz befangen, erwieſen hat, als iſt es bey der am 14. Dec. 1737. abgeſprochenen Urthel, alles dawider geſchehenen Einwendens ungeachtet, zu laſſen und ſind Appellaten bey dem alleinigen Beſitz und Gebrauch der Jagt an dem ſtreitigen Orte in ihrer Jurisdiction und Feldmark zu ſchützen, Appellanten aller Turbation ſich zu enthalten ſchuldig, bis dieſelben auf eine oder andre Weiſe ein anders ausgeführet haben. In cauſa H. L. v. H. zu O. contra B. u. R. zu H. in pto venationis.

# OBSERVATIO CLI.

## *De præſcriptione immemoriali.*

### §. I.

Præſcriptionem immemorialem *Kreſſius* in diſſertatione *de genuina natura & indole vetuſtatis C. 2. §. 4.* ex *L. 28. ff. de probat.* ita definit, ut tempus immemoriale ſit, cujus initium teſtes præſentes interrogati nec ipſi teneant, nec præſentis ſtatus contrarium ſciant, nec aliter a majoribus ſuis audiverint, quam omnia in eo, quo ſunt ſtatu, ſemper fuiſſe, nec unquam contrarium obtinuiſſe, vel ipſorum ætate cœpiſſe. Concinnius forte cum Dno *Aug. Leyſero* in *Spec. 460. ad Pand. med. 1.* ita definiri poſſit, ut nemo adſit, qui rem in alio, quam in quo nunc eſt, ſtatu vidit, nec ex aliis audivit. Nos ita definiemus, ut ſit *rei ſtatus inconcuſſus, cujus contrarium nemo neque ex propria neque ex aliena ſcientia unquam cognoverit.* Definitio.

## §. II.

Quid in ea probandum.

Intelligitur, in probanda præſcriptione immemoriali judici de eo fidem fieri oportere, ut credatur, ita ſervatum ſemper fuiſſe, neque quenquam exiſtere, qui vel ipſe vel ab aliis cognoverit, aliter aliquando ſervatum eſſe, & quando præſens rei ſtatus initium ceperit.

## §. III.

Teſtes ſeniores requiruntur aliquot.

Probatio igitur hujusmodi per homines ſeniores merito inſtituenda eſt. Qui ſi teſtificentur, ita ſemper fuiſſe, non aliter, neque ſe ex ſua memoria neque a majoribus aliter ſcire, tum ſane credendum eſt, neminem exiſtere, qui contrarium cognoverit. Ad quam fidem faciendam duo quoque teſtes ſufficiunt, propterea quod adverſario permiſſum eſt, reprobando alios ſenes producere.

## §. IV.

De teſtium ætate.

Qui annorum numerus in teſtibus deſideretur, in jure quidem definitum non eſt. Sed quoniam ſenes teſtes requiruntur, hujusmodi ætas certe accipienda eſt, quæ in ſenectutem cadit. Et alias quidem ſenectus poſt annum ætatis quinquageſimum quintum demum incipere dicitur, *L. 2. §. ult. ff. de decur. L. ult. C. qui æt. vel prof.* olim autem forte ſeptuageſimo demum anno exacto initium capiebat. *L. 3. ff. de jure immun. Heinecc. Elem. jur. civ. ſec. ord. Pand. P. 1. §. 130.* Sed hic annorum numerus ad munera civilia potius pertinet, ut recte *Alciatus ad L. 204. ff. de Verb. Signif.* annotavit. Atque Alciatus multique alii Doctores ſenectutis definitionem arbitrio judicis relinquunt. Alii autem cum Gloſſa quinquageſimum ætatis annum accipiunt. Vid. *Georg. Adam Struv de juribus ac privilegiis ſenectutis C. 2. n. 7. 8.* Quod in camera quoque Imperiali receptum eſſe *Gailius* ſcribit *L. 1. Obſ. 92. n. 7.* Et hanc ſententiam Ordinationes judiciariæ Electorales Brunſvicenſes & Luneburgenſes probant, quæ in perpetuam rei memoriam examinandos eos teſtes admittunt, qui annum ætatis quinquageſimum egreſſi ſenectutem attigerint. *Ord. Summi Trib. Cell. P. 2. tit. 8. §. 1. §. 38.* mit hohem mehr den 50. jährigen Alter behafftet. *Ord. Cur.*

*Cur. prov. Cell. P. 2. tit. 21.* §. *3.* hohen mehr dann 50. jährigen Alters. Conveniens itaque videtur, in probanda etiam præſcriptione immemoriali teſtes admitti, ultra quinquageſimum ætatis annum provectos, præſertim cum ruri in poteſtate litigatorum ſæpius non ſit, ætate majores, qui admitti poſſint, proferre, adverſario autem permittatur, alios ſeniores, ſi invenerit, producere.

## §. V.

Vulgo in probanda immemoriali præſcriptione teſtes LIV. annorum deſiderantur, propterea quod ex propria ſcientia de quadraginta annis omnino deponere debeant, ſcientia autem ex eo tempore æſtimanda ſit, quo ad pubertatem pervenerint. *Ockel* de præſcr. immem. C. 12. th. 2. *Kreſs* de gen. nat. ac ind. vetuſt. C. 4. §. 5. Quod etſi tantiſper aſſumatur, (deinceps enim, an verum ſit, videndum eſt) tamen in iis præſertim rebus, quæ diſcretionis & judicii non multum requirunt, ſcientia a decimo quoque ætatis anno recte æſtimabitur, ut quinquageſimum ætatis annum egreſſi admitti poſſint.

Vulgaris opinio refellitur.

## §. VI.

Quæro igitur, num teſtes omnino de quadraginta annis ex ſua ſcientia deponere debeant, an ſufficiat eos teſtificari non definito tempore, ita ſemper non aliter obſervatum eſſe ex eo tempore, quo recordatione & memoria poſſint pervenire, ſo lange Zeuge denken könne. Et propius eſt, ut hoc ſufficere dicamus, articulos quoque probatorios ita effectos admittamus. Neque enim ex annorum completo numero, ſed ex memoria hominum deficiente immemorialis præſcriptio æſtimatur. Et præterea ſi ex propria ſcientia teſtificari oporteat, XL. certe annis ita ſervatum eſſe, probatio ſæpenumero in iis rebus, quæ in exercitio hominis conſiſtunt, neque ſine intermiſſione exercentur, non tantum difficillima futura eſt, ſed & omnino ſæpius deficiet. Merito igitur ſufficit, ſi deponant teſtes, ita ſemper, quoad recordentur, non aliter ſervatum eſſe. A qua ſententia non abeſt *Godofr. Lud. Menken* in diſſ. *de præſcript. immem. hom. licet mem. defic. per documenta elidenda* §. *19.* Et hujusmodi articuli a ſummo Tribunali Cellenſi ad præſcriptionem immemorialem probandam admiſſi ſunt in cauſa der

An omnino XL. anni definiendi ſint ex propria ſcientia.

Gebrüdere von Gilten, contra die Eingeſeſſene zu Steverdorf in puncto der Zehent-Freyheit.

§. VII.

De auditu majorum.

Illud quoque vulgo tradunt, ut deponant teſtes, ſe a majoribus quoque ita accepiſſe. Quod tam late proferunt Doctores, ut ſi plures teſtes unum auctorem nominaverint, probatio rejiciatur, nec jusjurandum quidem ſuppletorium recipiatur. Vid. *Kreſs de gen. nat. ac ind. vetuſt. C. 4. §. 2. 4.* Sed vereor, ut recte hoc dicatur. Nam ſecundum *L. 28. ff. de probat.* ſufficit, nec audiſſe, nec vidiſſe, cum id opus fieret, neque ex eis audiſſe, qui vidiſſent aut audiſſent. Et quod in *L. 2. §. 8. ff. de aqu. pluv.* continetur, memoriam extare operis, ſi factum eſſe non ambigatur, nec ubique neceſſum eſſe, ſupereſſe, qui meminerint, verum etiam ſi qui audierint eos, qui memoria tenuerint, illud ad reprobationem, non ad probationem pertinet. Sunt præterea perquam multa, quorum utpote ad ſe nihil pertinentium curioſi homines non ſunt, ut juvenes de iis majores interrogaverint. Quamobrem dicendum potius eſt, ſufficere, ſi teſtificentur teſtes, ſe aliter a majoribus non accepiſſe, neque contrarium unquam audiviſſe, etſi neque tradant, omnino ita ſe a majoribus accepiſſe, neque ullum nominent, quocum in juventute de ea re collocuti ſint. (*)

§. VIII.

De communi fama.

Quod amplius vulgo jactatur, teſtes de communi quoque fama deponere oportere, de eo jam *Kreſſius* c. l. §. 3. recte dubitavit. Et omnino dicendum eſt, hanc probationem non requiri, & ſufficere, ſi non probetur, aliam communem famam eſſe. Nam quod ſupra in auditu majorum dixi, huc quoque pertinet, ut multæ cauſæ incidant, quarum incurioſus vulgus fuerit, ut neque ita ſe habere, neque non habere, fama exiſtat. Sed aliquando etiam, ut in cauſis univerſitatum, communis fama ruri utpote inter eos, quorum intereſt, nihil efficiet.

§. IX.

An hæc præſcriptio ad

Omnino præſcriptio immemorialis poſſeſſionem requirit veram, neque ad eos pertinet, qui non poſſident, ſed detinent, quales ſunt, qui ex cauſa locationis & conductionis rem tenent, qui

(*) Conf. T. II. Obſ. LVI.

qui etsi a tempore, quod memoriam excedat, tenuerint, tamen si de locatione & conductione constet, præscriptionis auxilio nunquam juvabuntur. Absurdum enim foret, præscriptione eos juvari, qui nec sibi possederint & ita detinuerint, ut res a domino auferri semper possit, quippe hoc casu nihil quam possessio utcunque revocabilis acquisita foret. Quanquam præterea hanc in rem dici possit, causa locationis & conductionis probata, memoriam initii extare. Quam in rem summum Tribunal Cellense in causa des Anwalds des Amts Stolzenau, Beklagten und Appellanten, contra Jobst Hotzen und Dietrich Conrad zu Leese, wie auch Dietrich Meyer zu Landesbergen, Kläger und Appellaten, in puncto der Brau-Gerechtigkeit d. 6. Mart. 1736. ita pronuntiavit: Alldieweilen ex Actis zu befinden, wasgestalt es anno 1668. mit dem Brauen im Amte Stolzenau auf den Fuß der Verpachtung gekommen, Klägere sich derselben dazumal unterworfen, und von solcher Zeit her das Brauen anderst nicht, als pachtweise vom Amte inne gehabt und exerciret, die auf bezahlte Brau-Pachts-Gelder ausgestellte Quittungen vom Amte freywillig alljährlich angenommen, also dermalen keinen andern titulum, als locationem conductionem für sich haben, vermittelst dessen sie gegen das elocirende Amt nicht zu præscribiren vermögen, als ist vom Richter voriger Instanz übel gesprochen, wohl appelliret, und Sententia a qua dahin zu reformiren, daß Klägere und Appellaten zu dem ihnen verstatteten Beweise gestalten Sachen nach nicht zuzulassen, sondern derselbe als überflüßig und irrelevant zu verwerfen, Beklagtes und Appellantisches Amt Stolzenau von der angestellten Klage zu absolviren, Klägere und Appellati hingegen sich des Brauens zu feilen Verkaufe zu enthalten schuldig seyn. Eundem in modum judicavit Tribunal d. 6. Mart. 1736. in causa Heinrich Stißmeyers zu Estrup, Klägers und Appellanten contra den Anwald des Amts Stolzenau, Beklagten und Appellaten, in puncto der Brau- und Krug-Nahrungs-Gerechtigkeit, verbis hujusmodi: Weil beklagtes Amt nicht nur in seinem Berichte num. 3. act. 1. Inst. sondern auch in der allhier N. 18. übergebenen Fürstellung allegiret, daß Kläger und seine Vorfahren, die Hartmanns, das Brauen und Bier-Verfellen nur titulo locationis conductionis vom Amte exerciret, aus denen in Actis Lappe contra das Amt Stolzenau producirten Amts-Registern, auf welche Kläger in Actis primæ instantiæ selbst provociret, auch so viel zu ersehen, daß nicht nur der Krug-

detentores, veluti conductores pertineat.

Krug-Zins zu Zeiten gar nicht entrichtet, sondern auch a. 1717. geändert und mit einem Thaler gesteigert, ingleichen die vor das Brauen erlegte Pension nicht uniformis, sondern bald in 3. Thlr. bald in 2. Thlr. und hernach wieder in 3. Thlr. bestanden, aus welcher difformen Pension die præsumtio erwächset, daß Kläger und seine Vorfahren am Hofe das Brauen und Krügen nur pachtsweise getrieben, und folglich damit nicht haben præscribiren können, als hat Appellant zuforderst über solche Umstände, und welchergestalt er selbige abzulehnen vermeinet, mit seiner Nohtdurft in proxima sich vernehmen zu lassen. Worauf sodann wegen des super præscriptione immemoriali offerirten Beweises, oder sonst der Sachen Beschaffenheit nach ferner ergehen soll, was sich zu Recht gebühret. Deinde d. 15. Aug. 1736. in eadem causa Tribunal pronuntavit sic: Demnach Appellante die gegen seine prætendirte Brau- und Krug-Nahrungs-Gerechtigkeit von Appellaten angeführte Umstände nicht gehörig elidiret, vielmehr allenthalben ex Actis, insonderheit aber aus den in Actis Lappe contra das Amt Stolzenau producirten Amts-Registern klar erscheinet, daß Appellant und seine Vorfahren im Hofe das Brauen und Krügen nur pachtweise getrieben, verfolglich gegen das elocirende Amt nicht haben præscribiren können, daß dannenhero Appellanten mit dem anerbotenen Beweise einer immemorial-Præscription gestalten Sachen nach nicht zuzulassen, sondern derselbe als überflüßig und irrelevant zu verwerfen, Appellatisches Amt auch von der angestellten Klage zu entbinden und loszusprechen sey.

## §. X.

Præscriptio hæc vicem tituli & privilegii habet.

Illud inter omnes constat, præscriptionem immemorialem tituli & privilegii vicem habere. Quamobrem etsi dudum lege cautum sit, ut nemini, nisi qui jus hoc legitime acquisiverit, eo uti liceat, vel etsi concessio Principis in posterum requiratur, tamen præscriptione immemoriali munitus contra legem tutus est, utpote quæ privilegii instar habetur. Verbi causa in Recessu provinciali Luneburgico de 1673. n. 15. cavetur, ne quis vinum adustum vel cerevisiam mercandi gratia coquat, nisi qui jus hoc legitime acquisiverit, & ne quis in posterum jus hoc usurpet, nisi quidem specialiter a Principe veniam consecutus sit. Qua de re cum aliquot abhinc annis lis inter Præfecturam Bodenteich & Nobilem quendam de Weihe, possessorem prædii Eimbke mota esset, Curia pro-

provincialis Cellenſis præſcriptionem immemorialem admiſit & deinde probatione peracta ſecundum Nobilem pronuntiavit. Quas ſententias retulit *Chriſt. Lud. Scheidius* in diſſ. *de eo quod juſtum eſt circa vinum aduſtum* §. 7. *not. m.* Et hoc jam antea Sereniſſimus tunc temporis Elector Georgius Ludovicus d. 22. Jun. 1712. & conſilium ſanctius in reſcripto d. 6. Jun. 1711. emiſſo in ſimili cauſa probaverat. Vid. *Scheid. c. l.* §. 7. *not. n.*

## §. XI.

An quorundam ex univerſitate poſſeſſio immemorialis proſit omnibus contra legem prohibentem.

Illud utique admitti nequit, ut in iis cauſis, quæ titulum & privilegium requirunt, quidam ex univerſitate omnibus poſſediſſe & præſcripſiſſe habeantur, ſed potius dicendum eſt, ſingulos ſpecialiter probare oportere, ſeſe a tempore immemoriali uſos eo jure eſſe. Neque enim in cauſis, quæ ad jura ſingulorum pertinent, unius poſſeſſio alteri poteſt prodeſſe, nec jus inde acquiri, quia ſibi quisque, non alii poſſedit, & aliter dicendum foret, exercitium meræ facultatis fuiſſe, quod quidem repugnat, quoniam poſt legem prohibentem exercitium meræ facultatis intelligi nequit, ut jam olim oſtendi in libello de privilegiis C. 1. §. 14. & 45. Quamobrem ſummum quoque Tribunal Cellenſe ita judicavit d. 8. Dec. 1742. in cauſa derer Eingeſeſſenen und Krüger des Amts Syke, Kläger und Appellanten contra den Anwald des Amts Syke, Bekl. und Appellaten und die Brauer des Fleckens Syke, Intervenienten in puncto des Brauens zum feilen Kauf und der freyen Krüge, hunc in modum: So iſt, ſo viel das Brauen zum feilen Kauf angehet, Sententia a qua dahin zu reformiren, daß Klägere zwar zu dem Beweiſe der præſcriptionis immemorialis noch zuzulaſſen. Da aber dieſer Beweis anders, als durch die desfalls auf alle Einwohner des Amts generaliter abgefaßte Articul und zwar dahin zu führen: daß diejenige Amts-Eingeſeſſene, welche das Brauen zum feilen Kauf von unvordenklicher Zeit hergebracht zu haben vermeynen, ſolches ſpecifice von ihnen und ihrer Höfe vormaligen Inhabern beſonders darthun; ſo haben diejenige, welche dieſen Beweis zu vollführen vermeynen, dero Behuf intra proximam dahin beſonders gerichtete Articul oder andere Beweis-Mittel beyzubringen.

# OBSERVATIO CLII.

## *De potestate judicis superioris in causis criminalibus respectu judicis patrimonialis subordinati.*

### §. I.

De appellationibus in causis criminalibus.

An in delictis pœnam corporis afflictivam inferentibus appellari a judice criminali patrimoniali judex superior possit, id in jurisdictionibus mediatis seu Landsassicis, valde disceptatur. Verius tamen videtur, ut nisi consuetudine aliud doceatur, appellationes admittantur. Vid. *Stœsser de appellat. in caus. criminalibus* §. 13. & *Lauterbach ad tit. ff. de appell. recip. vel non recip.* §. 4. Præsertim ex usu Ducatus Luneburgici *B. Parens* in *Processu Criminali C. 22.* §. 4. plenius defendit, appellationes admitti.

### §. II.

De causis nullitatum.

Illud omnino dubitationem non recipit, ut judex superior ex capite nullitatis possit corrigere & emendare processum, præterea formam quoque judici patrimoniali subordinato præscribere, secundum quam deinceps in ea causa procedat. Nam illud plane supremis Imperii quoque judiciis contra Status Imperii permittitur in Ordin. Camer. P. 2. tit. 28. §. 5. Conf. B. *Par. Introd. in Proc. Crimin. Luneb. C. 22. §. 3.* Multo magis idem contra judices subordinatos patrimoniales Cancellariis Principis permittitur.

### §. III.

De causæ avocatione.

Quemadmodum judex superior nullitates in causis criminalibus corrigere potest, ita omnino quoque permittendum ei est, præsertim contra judices mediatos subordinatos, ut si justam causam deprehenderit, acta a judice subordinato avocet & ipse deinceps causam criminalem deinde instruat. Plane enim, ubi justa causa existit, cur judex subordinatus amplius processum instruere non debeat, perinde est ac si eo casu judex inferior non adesset, ut statim ad superiorem causa devolvatur. Quod quoniam in civilibus causis obtinet, multo magis in criminalibus sequendum est, in quibus & bonum publicum & vita vel corpus reorum versatur. Idque in

*Ordi-*

*Ordinatione ſummi Tribunalis Cellenſis P. 2. tit.* 1. §. 2. nominatim cautum eſt.

## §. IV.

An ſuperior jurisdictionem inferioris hoc facto turbet.

Quæri poteſt, an ſi judex ſuperior vel procedendi formam ex capite nullitatis dederit, vel omnino, poſtquam de ea re cognoverit, cauſam avocaverit, inferior judex de turbatione jurisdictionis ſuæ recte queratur. Quod dicendum non eſt. Quoties enim officio ſuo judex ſubordinatus male fungitur, ſuperior judex in locum ejus ſuccedit, ejusque jurisdictio ad corrigendas nullitates vel avocandam cauſam ex jure ſuperiori fundata eſt. Qua in re quoniam ſuperior judex ex jure primæ inſtantiæ nihil agit, ſed potius ſecundum facultatem ſibi jure datam procedit, ſubordinatum judicem in jurisdictione minime turbat. Neque vero contendere judex inferior poteſt, ut ſuperior ſibi rationem reddat & probet, legitime ſe feciſſe. Nam id quidem ad cognitionem ipſius judicis ſuperioris pertinet, an arbitretur, nullitates exiſtere, vel ita cauſam comparatam eſſe, ut ſecundum leges avocanda ſit. Qua in re ſi contradicere judex inferior velit vel cum ſuperiore expoſtulare, fruſtra agit, & a partium quoque ſtudio vix alienus habebitur, perinde ac ſi in civilibus cauſis cum ex nullitate proceſſus decernuntur, vel acta avocantur, judex inferior injuriam ſibi fieri contenderet. Habet enim ſuperior judex facultatem de ea re cognoſcendi, nec quidquam inferioris judicis intereſt, juſta cauſa ſubfuerit, an minus, ſed ſufficere ei debet, quod officio ſuo functus eſt & quod in prima inſtantia, ut dixi, non turbatur. Quam in rem ſummum Tribunal Cellenſe d. 16. Sep. 1743. in cauſa Senatus M. decretum hujusmodi tulit: Weil Unſre Juſtiz-Canzley als Ober-Richter in allen peinlichen Sachen wohl befugt geweſen, denen Imploranten nach Befinden ſo wol ein Regulativ in dieſer Sache vorzuſchreiben, als auch dieſelbe nach Ermäßigung der Umſtände zu avociren, Imploranten aber, da ſie dadurch in ihre Befugniß der peinlichen Gerichtbarkeit nicht beeinträchtiget werden, überall dagegen kein begründeter Wiederſpruch zuſtehet, ſondern vielmehr ſie, als Uns unterworfene Gerichte, ſchuldig ſind, Unſrer Juſtiz-Canzley, wenn ſolche als Ober-Richter Befehle erheilet, den ſchuldigen Gehorſam zu leiſten, geſtalten denn auch die Imploranten ſolches in vorigen Zeiten ſelbſt erkannt, da ſie nach

ihrem eignen Anführen nicht allein von unsrer Justiz-Canzley dem art. 219. der peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung zu Folge Belehrungen eingeholet, sondern auch sonst denen an sie ergangenen Befehlen gehorchet haben, überdem in gegenwärtiger Sache von Imploranten in verschiedenen Stücken allerdings nichtiglich verfahren ist, und Unsre Justiz-Canzley dieselbe auch zu avociren, gnugsame Ursache gehabt ꝛc.

# OBSERVATIO CLIII.

## *Forum commune continentiæ causæ ex persona plurium reorum an in actionibus personalibus ipso jure divisis fundatum sit.*

### *Ad Ord. supr. Trib. Cell. P. II. tit. 1. §. 8.*

Ordinatio summi Tribunalis Cellensis P. II. tit. 1. §. 8. cavet, ut, si plures rei simul & una eademque actione personali conveniantur, qui in diversis provinciis Electoratus Brunsvico-Luneburgici domicilium separatim habeant, ut in judicio quodam proxime inferiori conveniri universi nequeant, causa ob continentiam ad summum Tribunal, tanquam forum commune, possit perduci. Quæsitum igitur est, utrum hoc ad causas individuas, ut plurium correorum, an ad dividuas & ipso jure divisas quoque, ut plurium cohæredum, pertineat. Movet, quod in causis ipso jure divisis possit contra quemque separatim agi. In quam rem accedit, quod Doctores nonnulli continentiam causæ sic definiunt, ut commode separari & una absque altera plene & liquide cognosci nequeat. *Franzk.* ad tit. ff. de judic. n. 55. *Nicolai* Proc. Judic. c. 29. n. 1. *Græven* P. I. Concl. 32. n. 3. Sed verius est, Jure civili forum continentiæ non tam ex causarum inseparabilitate, quam potius ex commoditate litium expediendarum, in qua publicus favor versatur, introductum esse. Quod *Brunnemannus* ad L. 10. C. de judic. *Carpzovius* in Processu Juris tit. 3. art. 5. n. 4. sq. & L. 2. tit. 2. Resp. 16. n. 7. sq. *Huberus* in Præl. ad tit. ff. de quib. reb. ad eund. jud. eat. n. 10. *Bœkelmannus* eod. §. 1. & alii recte observarunt, qui rationem legis in eo collocant, ut lites contrahantur & quod una disceptatione fieri possit, ne in plures distrahatur, probationes quoque faci-

facilius explicentur, nec, quod Brunnemannus & Carpzovius addunt, contrariæ interdum ſententiæ ſequantur. Atque ſane, quod ad probationes attinet, aliter illud quoque exiſtere poterat, ut teſtes iidem de eadem re in diverſis judiciis diverſo quoque tempore interrogentur, ſed & rotulo in altero judicio jam publicato teſtes in altero judicio de eadem re denuo interrogentur. Et quomodo ex inſtrumento guarentigiato ita in duobus judiciis ſimul agi proceſſu executivo poterit? Recte igitur *Johannes Voet* ad tit. ff. de quib. reb. ad eund. jud. eat. §. 3. forum continentiæ cauſarum ex perſonis plurium reorum ad eum quoque caſum accomodat, cum plures ejusdem defuncti cohæredes ſub diverſis judicibus inferioribus degentes pro debito hæreditario conveniendi ſint, itaque in Curia Hollandiæ refert obſervari. Merito igitur Ordinatio quoque ſummum Tribunalis Cellenſis ita accipienda eſt, ut ad actiones perſonales ipſo quoque jure diviſas pertineat. Et ita in ſummo Tribunali obſervatur, multaque in eam rem exempla exſtant, ut in cauſa der ſämtlichen Intereſſenten des Leffmann Behrenſchen Contoirs contra des Oberſten und Ober-Kriegs-Commiſſarii Craushaars Erben, in ſpecie den Amtmann Craushaar zu Ilefeld, und den Lieutenant Craushaar, item in cauſa Kuppius contra Ahrens & aliis permultis.

# OBSERVATIO CLIV.

## *De juramenti delatione poſt terminum probatorium.*

De illo eleganter quæritur, an qui in probatione ſuſcepta defecerit, deinde poſt terminum quoque probatorium effluxum jusjurandum adhuc deferre adverſario ſuo poſſit. Movet, quod jurisjurandi delatio ſpecies probationis eſt, probatio autem intra terminum probatorium a judice præſtitutum offerenda fuit, quo elapſo amplius non recipitur. Sed multo, ut arbitror, fortius dicetur, rerum convenientiam non ferre, ut qui aliam probationem præſertim per teſtes ſuſcipiat, cujus eventum prævidere non poſſit, ſtatim a principio jusjurandum quoque adverſario deferre cogatur. Nam etſi quis cumultative ab initio intra terminum probatorium juramentum quoque adverſario deferret, tamen ad juramentum non prius devenietur, quam cum reliquæ probationes a judi-

ce examinatæ & parum idoneæ vel ſufficientes ſunt repertæ. Antea fruſtra de juramento quæritur, fruſtra adverſarii declaratio ſuper delato juramento requiritur, multo minus præſtari juramentum poteſt, ſed tota res differenda eſt, donec reliquæ probationes ſint finitæ. Non equidem negaverim, poſſe adverſarii declarationem in eventum omnem requiri. Sed nullus alius uſus inde expectari poteſt, quam ut, cum deinde de probationibus peractis ſententia ferretur, de juramento quoque judicetur. Præterea autem etſi non repugnet, juramentum ſtatim ab initio cumulative in eventum deferri, tamen periculoſa res eſt, ceteris probationibus nondum peractis judicem ſibi adverſarium conſtituere, cum fieri poſſit, ut ex parte probatio quædam exiſtat, adeoque jusjurandum ſuppletorium vel & purgatorium locum habeat. Accedit, quod Ordinatio quoque ſummi Tribunalis P. 2. tit 8. S. 3. §. 1. nominatim cavet, ne quis præter neceſſitatem jurejurando ab adverſario oneretur. Quod exiſteret, ſi antequam teſtimonia recepta & publicata ſunt, & antequam conſtat, oblatam probationem non ſufficere, jusjurandum ei deferatur. Quamobrem quia rerum convenientia vix fert, ut ſimul cum ceteris probationibus, præſertim quæ per teſtes inſtituuntur, ſtatim ab initio jusjurandum quoque deferre actor adigatur, neque judex in præſtituendo termino probatorio id ſenſiſſe videtur, neque contumacia quædam intelligitur, cujus pœna luenda ſit. Præterea niſi expenſis forte adverſarius oneretur, quæ quidem merito refundendæ forent, æquitatis ratio ſingularis exiſtit, quia terminus probatorius ad inſtantiam duntaxat pertinet, deinde autem in appellationis inſtantia ex beneficio non deducta deducendi & non probata probandi juramenti delatio utique ſemper admittenda eſt. Merito igitur abrumpendarum litium gratia in eadem quoque inſtantia refuſis reo expenſis recipienda eſt. Et hanc ſententiam ſummum Tribunal Cellenſe ſequitur. Nam & noviſſime ita pronuntiavit d. 8. Dec. 1742. in cauſa Ernſt Auguſt Chriſtoph von Hitzacker zu Dötzingen wider den Anwald des Forſt-Amts, ein rückſtändiges Æquivalent wegen der zum Gehäge abgetretenen Jagt betreffend.

OBSER-

# OBSERVATIO CLV.

## *De eo, quod in rationibus decidendi continetur.*

Judicatum ſententia, non item rationibus decidendi continetur, etſi aliquando ſententia ex rationibus decidendi recte explicatur, ut intelligatur, quid & de quo judex in ſententia ſenſerit, & de quo judicaverit. Alias rationes decidendi per ſe judicatum non efficiunt, ſi ſententia ipſa ad id, quod in rationibus dictum eſt, non pertineat. Et ita ſummum Tribunal Cellenſe d. 8. Febr. 1734. pronuntiavit in cauſa des Ober-App. Rahts S. modo deſſen Söhne contra die Wittwe Harenc gebohrne de Mell, modo deren Erben hunc in modum: *Quoad Gravamen II.* hingegen, wie und welchergeſtalt die Legitima zu præſtiren, in Sententia a qua ſelbſt nichts decidiret, maſſen die rationes decidendi keine Urthel ausmachen ꝛc.

# OBSERVATIO CLVI.

## *An in reſtitutionis inſtantia apud Cancellarias vel Curias provinciales nova omnino deſiderentur.* (*)

Inſtantia reſtitutionis utique in omnibus judiciis nova deſiderat antea in judicio nondum deducta. Certe & Ordinatione Cameræ Imperialis P. 3. tit. 52. & communi Cameræ decreto d. 7. Julii 1669. ita expreſſum & definitum eſt. Vid. *Eiſenhart de proceſſu inſtantiæ reſtitutionis in integrum* C. 7. §. 14. 15. Atque ita non tantum in Ordinatione ſummi Tribunalis Cellenſis P. 2. tit. 14. §. 2. ſed & ceteris ordinationibus judiciariis regiis & Electoralibus terrarum Brunſvicenſium & Luneburgenſium cautum eſt. Ord. Cancell. Calenb. tit. 33. §. 2. Es ſollen auch Unſere Præſident und Rähte ein fleißiges Auffehen haben, daß dieſelbe nicht calumnioſe oder gefährlicherweiſe, oder aus denen vormals im Gerichte angezogenen und *deducirten* oder ſonſt aus neuen unrechtmäßigen und unerheblichen Urſachen ꝛ ꝛ ꝛ begehret werde. Ord. Cur. Prov. Cell. P. 2. tit. 35. §. 3. Würde ſich dann befinden, daß die Reſtitutio calumnioſe gefährlicherweiſe, aus Urſachen, ſo vormals im Gericht angezogen und *deduci-*

(*) Conf. T. II. Obſ. CXLVII.

*duciret* worden, oder ſonſt aus neuen unrechtmäßigen und unerheblichen Urſachen begehret, ſoll dieſelbe nicht zugelaſſen, ſondern abgeſchlagen * * * werden. Quod noviſſime Ordinatione proviſoria, quæ Interims-Juſtiz-Reglement dicitur, art. 9. nominatim repetitum eſt: So wollen Wir * * * 3) daß ſie mit der Reſtitutione in integrum keine Parthey hören ſollen, es habe dann ſolche vorher in actis nicht vorgekommene, oder nicht deducirte nova, auch erhebliche Urſachen, warum ſolche nova nicht eher vorkommen, vorgebracht. Secundum quod ſummum Tribunal Cellenſe judicavit in cauſa der Gemeine zu Geismar, contra die Gebrüdere von Hardenberg in puncto der Dienſte. Cum enim actores ex ea cauſa, quod judex fructus vel potius operas hactenus indebite præſtitas præteriiſſet, jam antea in Cancellaria Regia Hannoverana ſupplicaſſent, ſententia autem prior confirmata reſtitutionem in integrum interpoſuiſſent, nihil autem novi adduxiſſent, lite deinde ex alia controverſia incidente ad ſummum Tribunal devoluta, ſuperior ſententia ob non adducta nova denuo confirmata eſt. Quemadmodum Tribunal, cum auctores ideo contra ſententiam quoque ſummi Tribunalis reſtitutionem in integrum interpoſuiſſent, in ſubſecuto deinde decreto d. 1. Sept. 1742. declaravit in hunc modum: Weilen quoad Grav. I. wegen Vergütung derer geleiſteten Dienſte Imploranten bereits vorhin ſuppliciret gehabt, leztlich aber in reſtitutionis inſtantia nichts neues beygebracht, * * * ſo kan dem Reſtitutions-Geſuch nicht deferiret werden. Quod ſi ſuperior ſententia nullitate laboret, merito dicendum eſt, ut nova non requirantur, quia tum ſententia vim judicati non habet, & remedium reſtitutionis eo caſu re quidem ipſa querelam nullitatis continet. Quamobrem cum ſententia actis contraria in ſupplicationis inſtantia confirmata, in reſtitutionis autem inſtantia reformata & in melius redacta eſſet, etſi nova propoſita non fuiſſent, tamen quia ſuperiores ſententiæ nullæ erant, ſummum Tribunal Cellenſe appellatione deſuper interpoſita poſtremam reformatoriam confirmavit in cauſa H. L. v. H. zu O. contra B. u. R. zu H. in puncto der Jagt.

OBSER-

# OBSERVATIO CLVII.

## *De novo teſtium examine in appellationis inſtantia.* (*)

Diu multumque agitatum eſt, an publicatis rotulis deinde in appellationis inſtantia novi teſtes ſuper eodem capitulo admittantur. Neque enim jure civili res definita eſt. Jure autem Canico ſemel publicato rotulo novi teſtes ſuper eodem capitulo neque in eadem neque in appellationis inſtantia admittuntur, cum non minus in appellationibus, quam in principali cauſa ſubornatio ſit timenda, ut declarat *Clementina 2. de teſtibus.* Conf. *c. 17. X. de teſt. & atteſt.* Hodie poſt Receſſum Imperii noviſſimum §. 73. admitti volunt. Vid. *Feiſchel de beneficio probandi ſecundæ inſtantiæ* C. 7. §. 46. ſq. Sed etſi poſt hunc receſſum Imperii noviſſimum de ea re ambigendum non eſſet, (ambigendum autem merito cenſeo) tamen in ſummo Tribunali Cellenſi novi teſtes in appellationis inſtantia ſuper eodem capitulo & articulis vel iisdem vel directo contrariis non recipiuntur. Quod manifeſto expreſſum eſt in Ordinatione ſummi Tribunalis P. 2. tit. 8. §. 6. Uber diejenige Articul, worüber in voriger Inſtanz allbereit Zeugen ordentlich abgehöret und die Zeugniſſen eröffnet worden, ſollen regulariter, ſo wenig, als über die, ſo ſolchen Articulen directo zuwieder, in dieſer Appellations-Inſtanz, und zwar weder die vorige, noch andre neue Zeugen abgehöret werden. Weil aber ſolche in Rechten ſonſt gegründete Regul ihre gewiſſe Abfälle hat, ſollen dieſelbe auf begebenden Fall beobachtet, und derjenige, ſo ſolches den Rechten nach zu bitten befugt, dem Befinden nach darinn erhöret werden. Et hanc ſententiam ſummum Tribunal Cellenſe nunc ſequitur, etſi olim de ea re dubitatio quædam inteceſſiſſet. Nam certe ſi regulariter in appellationis inſtantia nova teſtimonia non admitti debent, ſed demum in cauſis quibusdam exceptis recipienda ſunt, ſequitur in beneficio non probata probandi rationem ſitam non eſſe, cur aliquando admittantur, ſed alias cauſas intercedere oportere. Quæ autem ſint cauſæ, quæ exceptionem pariant, *Berlichius* quidem *P. I. Concl.* 40. late perſecutus eſt. Cujus dicta quam vera ſint, hoc lo-



(*) Conf. T. III. Obſerv. CIX. & T. II. Obſerv. CVIII. & CXLVII.

co non discutiemus. Illud vero dubitationem non habebit, si nulliter judex in recipiendis vel publicandis testimoniis processerit, vel cum alius jure proprio interveniat, vel in causis minorum novum examen admittendum esse.

# OBSERVATIO CLVIII.

## *De privilegio vel hypotheca pecuniæ pii corporis.*

### §. I.

Pio corpori an in bonis administratoris tacita hypotheca competat.

De privilegio vel hypotheca pecuniæ pii corporis quærimus, non quidem, an in bonis administratoris tacita hypotheca competat, nam hæc quidem ad exemplum pupillorum & minorum piis corporibus merito danda est. Conf. *Dn. Leyser in Spec. 228. ad Pand. med. 1.* Neque de illo quærimus, an pia corpora ob reditus annuos perpetuos ad usum ecclesiæ vel pii corporis ex certo fundo destinatos privilegium in fundo habeant. Nam hujusmodi quidem onera ipsi fundo perpetuo inhærentia sunt, quorum causa inde a prima fundatione jus tacitæ hypothecæ pio corpori competit, quod successor in fundo novas forte contrahendo hypothecas imminuere non potuit. Neque denique de hypotheca ob legata forte in bonis defuncti testatoris quærimus. Nam illud quoque expediti juris est, per *L. 1. C. comm. de leg.* De illo quærimus, si administrator pecuniam pii corporis mutuo dederit, an vel privilegium hypothecæ vel hypotheca tacita pio corpori in bonis debitoris assignanda sit. Quod cum aliis perquam multis contendunt *Schultes ad Modest. Pistor. P. 3. Qu. 129. Engel de privil. monast. priv. 29.* his potissimum rationibus adductis, quod ecclesiæ & pia corpora tam civitatibus, quam & fisco æquiparentur. De quo *Engel* c. l. in not. ad priv. 29. ita scribit: *Si fiscus præfertur hypothecariis, quia est causa Principis, ergo magis ecclesia, quia est causa Dei.* Sed civitates quidem, nisi fisci jura habeant, nec privilegium nec hypothecam tacitam in bonis debitorum suorum habent. A fisco autem argumentum ad ecclesias & pia corpora minus recte transfertur, multo minus a dote, tum quia hæc privilegia specialia sunt, tum quia ecclesiæ & pia corpora, si hoc pacto damnum patiantur, administratores suos ex commissa culpa obnoxios habent, adeoque

An ob reditus annuos perpetuos.

An ob legata.

An ob pecuniam creditam.

tantus

tantus eorum favor esse non debet, & præterea privilegia & hypothecæ tacitæ in rerum commercio & vitæ societate incommodi multum secum trahunt. Rectius igitur illi sentiunt, qui eo casu ecclesiis & piis corporibus nec privilegium nec tacitam hypothecam in bonis debitorum ex jure communi concedunt, ut *Mevius* P. 7. Dec. 299. n. 4. *Stryk* in not. ad Brunnem. Jus Ecclesiast. L. 2. C. 4. 1. §. 5. verb. *mutuo*. Dn. *Aug. Leyserus* in Spec. 228. ad Pand. med. 2. Secundum quod summum quoque Tribunal Cellense judicavit d. 6. Mart. 1736. in causa des Zoll-Gegenschreiber Beusmann in Lüneburg contra den Bürgermeister Schulzen in Verden, als Consulenten der Dohms-Armen daselbst in puncto præferentiæ in Johann Statz Alhusens Concurs-Sachen, item d. 16. Maji 1736. in causa der Winterfeldischen Creditorum hypothecariorum contra den Armen-Vorsteher zu Verden, Ernst Christian Rimpou in puncto præferentiæ.

## §. II.

Existunt quidam, qui universalem Germaniæ consuetudinem referunt, ut pia corpora ratione fundationum & legatorum non jus tantum tacitæ hypothecæ, sed & privilegium pignoris habeant. Vid. *Kœppen Dec. 28. n. 25.* Sed quoniam Doctorum de consuetudine testimonium fidem non facit, hujusmodi consuetudo merito probanda est. Ceteroquin enim, nisi in fundo, ex quo reditus annuus perpetuus debetur, vel in bonis testatoris vel in bonis administratoris, neque hypothecam neque privilegium hypothecæ habent. De allegata consuetudine Germaniæ.

## §. III.

In Ducatu autem Verdensi longæva consuetudine obtinet, ut hujusmodi pecunia, quæ ad dotem ecclesiarum vel piorum corporum pertinet & antiquitus ad pios usus destinata sit, ceteris creditoribus omnibus præferatur. De quo Senatus Verdensis d. 13. Oct. 1660. testimonium edit tale: Wir Bürgermeister und Raht der alten Stadt Verden beuhrkunden mit diesem, demnach Nicolaus Trese, bestalter Organist der Thum-Kirchen, auch Vorsteher der Armen in der Süderstadt Verden bey uns heute dato im sitzenden Rahte um ein Attestatum gerichtlich angehalten und Bericht begehret, wie es bey fürfallenden concursibus creditorum, worinnen einige an Kirchen, Schulen, auch Armen von Alters hero gegebene Schuld-Pöste angeDe consuetudine Ducatus Verdensis.

geben und wegen derer præferenz Frage vorgekommen, gehalten und geurtheilet worden; Als bezeugen Wir krafft dieses, daß es allemahl bey hiesiger Stadt hergebracht und annoch in üblicher Observanz beruhe, daß, wann einige an Kirchen, Schulen und Armen, und also *ad pias causas* verwendete Gelder zum Concurs gerathen, und man aus denen vorgezeigten *documentis* und Urkunden ersehen können, daß selbige Gelder von frommen Leuten aus Christlicher Andacht und von Alters hero an die Clerisey und Armen baar beleget worden, sothane Gelder für andern angegebenen Schulden die præferenz und Vorzug haben, und in puncto prioritatis allemahl für selbige gesprochen und sententioniret, auch die Schuld bezahlet worden. Gestalt wir zu Urkund dessen diesen Schein auf Erfordern von uns geben, und mit unserm Stadt-Einsiegel bekräfftigen wollen. So geschehen Verden den 13. Oct. 1660. Regimen Bremense deinde hanc Resolutionem tulit: Demnach aus beygebrachten Nachrichten sich befunden, daß in Schuld- und Concurs-Sachen im Herzogthum Verden Kirchen, Schulen und Armen allemahl und von langer Observanz her vor andern Creditoren die Præferenz und Vorzug gehabt, und dann darauf beliebet und vor billig judiciret worden, daß es auch hinführo desfalls also gehalten, und bey solchem Herkommen, so viel das Herzogthum Verden betrifft, gelassen werden solle; als wird hiesigem Königlichen Collegio Justitiæ ein solches hiemit der Gebühr notificiret, und sich hinführo allemahl darnach zu richten anbefohlen. Signatum den 24. Oct. 1660. Atque ex testimonio Senatus Verdensis, ad quod Regiminis resolutio referenda est, manifestatur, eam consuetudinem non utique ad omnem pecuniam pertinere a piis corporibus creditam, sed duntaxat ad dotem eorum & quæ antiquitus ad pios usus destinata vel legata esse, documentis constat. Hoc amplius Verdenses omnino negant ad pecuniam creditam, sed ad reditus annuos vel legata annua pertinere. In summo Tribunali Cellensi aliquando quæstio incidit, an consuetudo illa ad pecuniam recens creditam pertineret, ut pia corpora ex hypotheca privata vel posteriore publica non tantum ceteris privatis, sed etiam publicis anterioribus hypothecis præferrentur. Sed summum Tribunal contra pia corpora pronuntiavit in causa des Zoll-Gegenschreiber Beusmann in Lüneburg contra den Bürgermeister Schulzen in Verden, als Consulenten der Dohms-Armen daselbst in puncto præferentiæ in Johann Staz

Alhu-

Alhusens Concurs-Sachen, item in causa der Winterfeldischen Creditorum hypothecariorum contra den Armen-Vorsteher zu Verden, Ernst Christian Rimpou in puncto præferentiæ.

## §. IV.

An habeant privilegium personale.

Illud denique tractari possit, an pia corpora privilegium personale ob pecuniam creditam habeant. Quod nonnulli contendunt, etiamsi ex reditibus pecunia mutuo data sit. Vid. *Engel de privil. monast. priv. 29. n. 1. Modest. Pistor P. 3. Qu. 129. n. 1. sq.* Quam in rem affertur *L. penult. §. 1. ff. de reb. auct. jud. poss.* quæ declarat, rempubl. creditricem omnibus chirographariis præferri. Quo nomine civitates intelligi, vix ambigitur. Vid. *Lauterbach de privilegio creditorum personali simplici §. 21.* Ecclesiarum autem & piorum corporum alias eandem causam atque civitatum esse contendunt ex *L. 23. C. de SS. Eccl.* Sed etsi verum est, in præscriptionibus similem civitatum & ecclesiarum causam esse, tamen dubitatione non caret, an privilegia civitatum omnia ecclesiis sint assignanda.

# OBSERVATIO CLIX.

## *De re monetaria, & monetæ bonitate mutata quomodo in mutuo facienda sit solutio.*

## §. I.

Regula.

Jure Ducatus Luneburgici expeditum est, bonitate monetæ sive intrinseca sive extrinseca mutata, nisi accepti nummi in eodem genere restituantur, æstimationem secundum tempus contractus ineundam esse. Quod Georgius Wilhelmus Dux duabus constitutionibus d. 1. Mart. 1690. & d. 12. Nov. 1691. plenissime declaravit. Et novissimæ constitutionis §. 5. verba hæc sunt: Daß wie der Billigkeit und denen gemeinen Rechten gemäß, daß solche Wieder-Bezahlung nach dem innerlichen Wehrt und Gehalt der ausgeliehenen Gelder geschehe, also derjenige, welcher Species Reichs- oder andre Thaler verschrieben, eben dergleichen in ihrem alten Wehrt und ohne Erhöhung zu be-

zahlen schuldig sey; da aber Current-Münze in der Obligation enthalten, und eben dergleichen Sorten in natura nicht an Hand geschaffet, und dem Creditori nicht geliefert werden können, die Zahlung nach dem innerlichen Gehalt der geliehenen Sorten geschehen, wofern aber solches, und wie die ausgeliehene Sorten an sich und juxta valorem intrinsecum beschaffen gewesen, in der Obligation nicht specificirt seyn sollte, oder sonst erwislich dargethan werden könnte, solche Wieder-Bezahlung nach dem Fuß und innerlichen Wehrt der Münze, so tempore contractus gültig gewesen, ohne darauf zu sehen, wie etwa das nach dem Lauf der Commercien bald steigende bald fallende Agio zur Zeit des Anleihens oder nachhero gewesen, regulirt und eingerichtet werden ꝛc. Sed & de terris Calenbergicis extat constitutio Electoris Ernesti Augusti d. 2. Apr. 1690. quæ cavet, pretium & bonitatem intrinsecam monetæ tempore contractus respici: Die Capitalia sollen entweder in denen Sorten, worinnen die Ausleihung geschehen, oder aber nach deren Wehrt und Gehalt, worinn sie zur Zeit der Anleihung gewesen, bezahlet, und das nach dem innerlichen Wehrt der ausgeliehenen Gelder gebührende Aufgeld gegeben werden. Idem generaliter defendunt, quodammodo autem explicare tentant *Franzkius* Exerc. IX. Qu. 2. & 3. *Aug. Leyserus* Med. ad Pand. Vol. VII. Sp. 529. Quod quidem æquo & bono tanto magis congruit, quoniam Creditor, qui suum non exigit, revera id adversat, quod ab initio credidit. Nam si erogaturus erat, exegisset. Quanquam si exegisset, sed non recepisset, adhuc idem dicendum est.

## §. II.

Observatio ex re monetaria. De computatione florenorum Marianorum de 1617.

Ad rem monetariam explicandam, præsertim in terris Brunsvicensibus & Luneburgicis, pertinet tabula Volumini Ordinationum Judiciariarum comprehensa, quæ seriem annorum de 1536. usque 1621. continet. Quo spectat sententia summi Tribunalis Cellensis d. 25. Febr. 1738. in causa Curd Behren aus Müllingen, Appellanten, contra den Registratorem des Hannöverschen Stipendien-Registers, Senatorem Gottschalk, Appellaten, in pto. reluitionis & liquidationis, quæ & pretium florenorum Marianorum ex seculo XVI. & secundum annum 1617. egregie explicat, in hæc verba: Weil aber zur Zeit des Contracts, so wohl wie die erstere, als wie die letztere Zahlung geschehen, der Reichs-Münz-Fuß noch aufrecht gewesen,

sen, so ist Appellante schuldig, dafern er die Erstattung in Marien-Gulden nicht zu leisten vermögte, jedes Hundert Thaler des in anno 1579. Montages nach Corporis Christi hergeliehenen Capitals der 630. fl. mit 33. Thlr. 8. ggr. den Nachschuß der 180. Fl. von 1617. aber, so gerade 100. Thlr. ausmachen, mit 31. Thlr. Aufgeld zu vergüten ꝛc.

## §. III.

Atque præsertim de superiore sæculo XVII. exploratum est, restituta monetæ bonitate usque ad annum 1667. & certe quidem usque ad Reminiscere ejusdem anni monetæ bonitatem hujusmodi fuisse, ut marca pura Coloniensis effecerit in Imperialibus plenis vel dimidiatis, sed & in quadrante vel besse Imperialis IX. thaleros, quod in ratione centesima thaleris nostris præstat 33. Thlr. 8. ggr. in grossis Misnicis autem IX. thaleros unumque grossum Misnicum, qui in eadem ratione nostra moneta præstant 32. Thlr. 17. ggr. 3. Pf. sed in ternariis, Dreyers, IX. thaleros, tres grossos Misnicos $2\frac{2}{5}$ Pf., qui in ratione centesima moneta nostra præstant 31. Thlr. 17. ggr. 1. Pf. denique in denariis IX. thaleros, 11. grossos Misnicos & 4. denarios, qui præstant 20. Thlr. 16. ggr.. Quod ut melius intelligatur, Germanice referam: Die feine Mark ist noch in annis 1664. 1665. 1666. & 1667, wenigstens im Anfang dieses Jahres in ganzen, halben, viertel und achtel Reichs-Thaler ausgemünzet worden zu 9. Rthlr. sind also gegen ietziges Geld 33. Thler 8. ggr. pro Cento besser. Die gute Groschen sind ausgemünzet zu 9. Thaler 1. ggr. solche thun besser pro Cento 32. Thlr. 17. ggr. 3. Pf. Dreyers sind die Mark fein zu 9. Thlr. 3. ggr. $2\frac{2}{5}$ Pf. ausgemünzet, thun pro Cento gegen jetzige $\frac{2}{3}$31. Thlr. 17. ggr. 1. Pfennige sind ausgemünzet die feine Mark zu 9. Thlr. 11. ggr. 4. Pf. davon ist die agio 20. Thlr. 16. ggr. Cum igitur in summo Tribunali Cellensi contentio esset de pretio ex retrovenditione restituendo secundum annum 1666. & 1680. in causa des Ober-Cämmerer, Johann Erich Schilden nachgelassener Wittwe und Erben, Appellanten, contra Georg Ernst von Alten, Appellaten, in puncto reluitionis des Guts Hemminge, testimoniis authenticis de ea re ad Acta exhibitis, d. 20. Maji 1719. pronuntiatum hunc in modum est: Daß so viel den zweyten Punct anlanget, der von Alten denen Schildischen Erben die 4800. Rthlr. Kauf-Gelder entweder an Speciebus, oder nebst dem Agio zu 33. Thlr. 8. ggr. pro Cent, ingleichen die zu 3000. Thlr.

Observatio alia de re monetaria seculi superioris.

a. 1680. verglichene Meliorations-Kosten entweder mit alten $\frac{2}{3}$ nach dem Zinnaischen Fuß, oder nebst dem von Appellanten prætendirten Agio zu 8. Thlr. 8. ggr. vor jedes Hundert zu bezahlen schuldig sey ꝛc. Similiter judicatum est d. 26. Oct 1739. in B. Concurs-Sache his verbis: daß erwehntem D. Grundgreifer das agio auf das Capital der 400. Thlr. nach dem Zinnischen Fusse mit $8\frac{1}{3}$ pro Cent - - - zu vergüten. ꝛc.

## §. IV.

De pretio marcæ veteris Lubecensis.

De eo quoque graviter aliquando disceptatum est, qui valor veteris marcæ Lubecensis (*) esset secundum hodiernam monetam ad modum Lipsiensem. Nam debitor quidem marcam 18 grossis Marianis seu 12. Misnicis computabat, creditor autem grossis Misnicis 21. Quam in rem creditor testimonium hujusmodi retulerat: Obstehende abgedruckte Marca Lubecensis de A. 1549. sind von uns unterschriebenen aufgezogen und probiret: Ein ganz Stück hat nach dem Richt-Pfennig gewogen 5328. Theil. Und wiegen also Stück ein Mk. $12\frac{100}{133}$ Stück. Die Semis Marca wieget just halb so viel Theil. Halten fein 14. Loth 7. Gr. Und ist ein Stück gegen Spec. Reichs Thaler, so zu 9. Thaler ausgebracht, sind wehrt 15. ggr. $9\frac{2072}{4096}$ Pf. Nach dem Zinnischen Fuß cum Remedio, so zu $10\frac{2}{3}$ Rthlr. ausgemünzet, ist 1. Stück wehrt 8. ggr. $8\frac{77}{128}$ P. Nach dem Leipziger Fuß, da die Mark zu 12. Thlr. ausgemünzet ist 21. Gr. $\frac{693}{1084}$ P. Zelle den 28. Jan. 163 . Subscripserant Jobst Jacob Jenisch Fürstl. Br. Lüneb. Zell. Münzmeister & Johann Bernhard Sattler, Fürstl. Br. Lüneb. Zell. Münz-Guardin. Res tandem ita decisa est, ut vetus marca Lubecensis 16. grossis Misnicis, vel 24. Marianis constet. Actis ex Cancellaria Cellensi ad academiam Viadrinam transmissis d. 27. Maji 1737. sequens sententia publicata est: In Sachen der beyden Clöster Lühne und Medingen, Imploranten an einem, Bürgermeister und Raht, absonderlich der Cämmerey zu Lüneburg, Imploraten, andern Theils, erkennen Königliche Groß-Brittann. zur Churfürstl. Braunschweig-Lüneburgischen Canzley verordnete Director und Rähte, auf eingeholten Raht auswärtiger Rechts-Gelehrten vor Recht: Daß Imploraten für eine Mark Lübisch 16. gute oder 24. Marien-Groschen, und zwar in Speciebus, welche nach dem Leipziger Fuß ausgewäget, zu bezahlen, und den Verlust wegen der gezahlten kleinen und deval-

(*) Conf. T. II. Obs. CXXXIX.

devalvirten Münze gut zu thun schuldig ꝛc. Quam in Leuterationis instantia JCti Lipsienses confirmarunt sic: Im übrigen bleibet es derer von beyden Theilen eingewandten Leuterungen ohngeachtet bey dem am 27. May des 1737sten Jahres eröffneten sub Num. 102. befindlichen Urthel billig, jedoch so viel Beklagte 1tes Gravamen anlanget, mit dieser Erklärung, daß die in voriger Sentenz beygefügte Worte: und zwar *in Speciebus*, welche nach dem Leipziger Fuß ausgewäget, von dergleichen nach solchem Fusse ausgeprägten currenten Münz-Sorten, so nach jetzigem Wehrt 16. Gr. ausmachen, zu verstehen. Quam sententiam deinde JCti Halenses in restitutionis instantia confirmarunt.

## §. V.

*Floreni aurei Rhenenses* (*) ratione privilegii de non appellando Brunsvicensis & Luneburgensis usu fori sesqui thalero comparantur, sed secundum verum pretium plus valent, ut annotavit Dn. *Leyserus* in *Spec. 529. ad Pand. med. 14.* In summo Tribunali Cellensi aliquoties controversia de ea re in causis reluitionum incidit. Placuit autem summo Tribunali, florenum aureum *uni thalero & duodeviginti grossis Misnicis* seu septem & viginti Marianis comparare. Nam ita Tribunal judicavit d. 3. Nov. 1722. in causa Joh. Otto Schwaneflügels, Fürstl. Braunschweig-Lüneb. Zeugschreibers Kl. und Appellanten contra Gustav Ludwig Götz von Ohlenhausen Beklagten und Appellaten, in puncto Reluirung eines Zehentens, his verbis: dahingegen aber Bekl. und Appellat, alles unerheblichen Einwendens ohngeachtet, gegen Erlegung des Pfandschillings der Fünffhundert Rheinischen Goldfl. entweder in natura oder nebst dem gebührenden Agio, jeden Goldgülden gegen Neue nach dem Leipziger Fuß ausgeprägte Zwey Drittel zu Einem Thaler 27. Gr. gerechnet, den Zehenten quæst. dem Kläger wiederum abzutreten ꝛc. Similiter summum Tribunal judicavit d. 4. Nov. 1727. in causa des Hauptmanns von Merrettig, anjetzo dessen Erben, Bekl. und Appellanten contra das Amt Nienburg, Kläger und Appellaten, in puncto reluitionis gewisser Ländereyen, in hæc verba: nicht weniger auch die im Wiederkaufs-Contract (de a. 1577.) gemeldete Drey Tausend Siebenhundert und Zwey und Sechzig Goldgülden und Achthundert Thaler in natura, oder mit dem gebührenden Agio, nemlich der Goldgülden a Ein Thaler 27. Mgr. und der Reichs-Thaler a Ein Thaler 12. Mgr. nebst denen zuerkannten alten Zinsen zu erstatten seyn wird ꝛc.

De florenis aureis Rhenensibus.



(*) Conf. T. II. Obs. XXV. & CXXXIX.

# OBSERVATIO CLX.

## *De cauſis divortii ex jure divino.* (*)

### §. I.

Divortiorum permiſſio ex jure Moſaico.

Lege divina Moſaica divortia duobus caſibus omnino interdicta erant, veluti cum ſponſus ſponſam falſo arguiſſet, virginem non eſſe deprehenſam, *Deuter. XXII, 13.* & deinde ſi quis virginem vitiaſſet. *Deut.* XXII, 28. Alias marito ex cauſa uxorem repudiare permittebatur. De quo textus videndus eſt Deuteron. XXIV, 1.

### §. II.

An unquam divortia præcipiantur.

Complures Rabbini eo procedunt, ut dicant in quibusdam caſibus plane præceptum eſſe, ut maritus uxorem repudiet. *Uxorem* quidem *non bene moratam & quæ non eſt modeſta, ut decet filiam Iſraeliticam, præceptum eſt, ut dimittas*, habetur in Codice Gittin, teſte *Lightfoot Hor. Hebr. in Matth. V, 31.* Quinimo coacti ſunt Iſraelitæ aliquando verberibus uxorem dimittere, teſte Rabb. M. Ben Maimon, quem Rambam vulgo vocant in Gerushin c. 2. Quo pertinere videtur verſio Lutheri Deuteron. XXIV, 1. Wenn jemand ein Weib nimmt und ehelicht ſie, und ſie nicht Gnade findet vor ſeinen Augen, um etwa einer Unluſt willen, ſo ſoll er einen Scheide-Brief ſchreiben ꝛc. Sed hæc ſententia non procedit. Nam quod Deuteron. XXIV, 1. expreſſum eſt, ut vir uxorem repudiet, id in textu hæbraico in præterito tempore continetur, quanquam præteritum in ea lingua ſæpius vim præſentis temporis habeat. Adeoque verba ita intelligenda ſunt, ſi ipſam repudiaverit, und er ihr einen Scheide-Brief geſchrieben ꝛc. Quamobrem ibidem factum ponitur, de repudiatione autem nihil neque præcipitur, neque interdicitur, ſed prohibitio deinde verſu demum quarto ſequitur, ne ſcilicet uxorem quis a ſe repudiatam poſt mortem ſecundi mariti,

(*) Sequens tractatio viri cujúsdam perilluſtris eſt, ſed fatis jam defuncti, a nobis autem latino ſermone translata, cui notas nonnullas adjecimus.

riti, vel & ſi ſecundus eam ſimiliter dimiſerit, recipiat. Igitur tolerantia demum divortiorum eo loco continetur.

## §. III.

E contrario potius dicendum eſt, divortia omnino Deo diſplicuiſſe, ut ex *Mal. II*, 13. 14. ſq. convincitur. Nam etſi v. 16. Lutherus ita vertit: Wer ihr aber gram iſt, der laſſe ſie fahren ꝛc. tamen hoc ex erronea verſione Judæorum aſſumtum, & ſecundum antecedentia & conſequentia longe aliter explicandum eſt. (*) Vid. *Lightfoot Hor. Hebr. ad Matth. V. Grot. Comment. ad Matth. V.* Deo divortia diſplicuerunt.

## §. IV.

Sed illud inprimis annotandum eſt, Servatoris noſtri, Jeſu Chriſti, ætate aliam circa matrimonia & divortia contentionem apud Judæos ferbuiſſe inter Rabbinos quidem Hillel & Schammai, quorum hic Hillelis diſcipulus poſtea æmulus graviſſimus fuit. Quæ controverſia annos circiter XX. antequam Chriſtus naſceretur, orta eſt. Vid. poſt Joſephum Scaligerum *Seldenus de Uxore Ebraica L. 3. C. 20.* Aetate autem Chriſti præſertim acriter efferbuit & Servatori quoque propoſita ab eoque deciſa fuit. Controverſia Hillelianorum & Schammæanorum.



(*) Verſio Anglica Bibliorum ſecundum hoc eleganter expreſſit; *Becauſe the Lord hath been witneſs between thee & the wife of thy youth, againſt whom thou haſt dealt treacherously: yet is* ſhe thy companion & the wife of thy covenant. And did not he make one? *yet had he the reſidue of the ſpirit.* And wherefore one? that he might ſeek a godly ſeed. *therefore take heed to your ſpirit* and let none deal treacherously againſt the wife of his youth. *For the Lord, the God of Iſrael ſaith,* that he hateth putting away: for one covereth violence with his garment, *ſaith the Lord of hoſts, therefore take heed to your ſpirit that ye deal not treacherously.* Eundem in modum *David Martin* vertit his verbis: *parceque l' Eternel eſt intervenu comme temoin entre toi & la femme de ta jeuneſſe, contre laquelle tu agis perfidement, et toute fois elle eſt ta compagne & la femme, qui t' a été accordée. Or il n' en a fait qu'un, & neanmoins il y avoit en lui abondance de l' eſprit. Mais pourquoi n' en a-t-il fait qu' un? C' eſt parcequ' il cherchoit une poſterité de Dieu. Gardés vous donc dans vôtre eſprit & quant à la femme de ta jeuneſſe, prenés garde qu' on n' agiſſe point perfidement avec elle. Car L' Eternel le Dieu d' Iſrael a dit, qu' il hait qu' on la renvoie. Mais on couvre la violence ſous ſa robe, a dit l' Eternel des armées. Gardés vous donc dans vôtre eſprit & n' agiſſés point en perfides.*

Quamobrem ut ſententia & deciſio Servatoris noſtri tanto plenius intelligatur, controverſia ipſa primum recenſenda eſt. Memineri-mus igitur, Hillelianos divortia & repudia ob cauſas leviſſimas admiſiſſe, verbi cauſa, ob cibum nimio ardore coctum. Quin Rabbi Akiba, qui ut ex calumnioſo libro Judaico de vita Jeſu intelligitur, ætate Chriſti vixit, divortium absque ulla cauſa admiſit, ſi maritus aliam pulchriorem invenerit, quæ verba Cod. Miſn. Gittin refert Seldenus c. l. c. 18. Scilicet Hilleliani verba Moſis Deuteron. XXIV, 1. עֶרְוַת דָּבָר, quæ *rem turpem* ſignificant, & LXX. interpretes ἄσχημον πρᾶγμα verterunt, diſtinctive explicabant, quaſi in ſacro codice contineretur ערוה אורבר *turpitudinem aut rem.* Cujus rei cauſæ, cur ita explicarent, in libro Gittin plenius recenſitæ extant. Schammæani autem divortia magis arctabant & reſtringebant, quanquam quæ proprie eorum doctrina fuerit, inter eruditos non ſatis convenit. Nam *Lightfootius* putat, adulterii cauſam eos duntaxat admiſiſſe, *Seldenus* autem in Uxore Ebraica L. 3. C. 21, exiſtimat, verba Moſis eos ſenſu latiori accepiſſe neque adulterium ſolum comprehendiſſe. *Buddeus* in Inſtit. Theol. mor. P. 2. C. 3. S. 6. §. 10. mediam ſententiam ſecutus eſt, exiſtimans, Schammæanos turpitudinis quidem nomine non utique ſemper adulterium, ſed hujusmodi tamen res accepiſſe, quæ animum libidinoſum & laſcivum cum voto adulterii conjunctum ſignificarent, veluti ſi egrederetur uxor capite aperto, aut brachiis nudatis. *Gemar Hieroſ. ad tit. Gittin.* Nam id quidem apud orientales populos fœdum ſemper ac turpe habitum eſt. Ita Rabbi Meir apud Gemariſtas: *Quemadmodum varii ſunt hominum mores circa ea quæ deglutiunt, ita etiam circa uxores. Eſt qui, ubi muſca in poculum incidit, eam ejicit, nec poculum ebibit. Ad hunc modum fecit Pappus Ben Jehuda, qui obſervatis in uxorem oſtiis ſemper exibat. Eſt etiam, qui ubi muſca in poculum ſuum inciderit, eam effundit quidem, attamen ebibit. Ad hunc modum facit is, cujus uxor cum fratribus ſuis ac propinquis pro lubitu ſermocinari ſolet idque eo libenter permittente. Eſt demum, qui ubi muſca in patinam ſuam inciderit, eam diligenter abſtergit & deglutit. Ad hunc modum facit improbus, cui non diſplicet uxor ſua foras aperto capite prodiens aut nens in publico, aut veſtes habens ab utroque latere diſciſſas, aut lavans in loco, ubi viri lavare ſolent.* Ex quo loco manifeſto intelligi-

ligitur, quæ apud nos vix curantur & leviora habentur, ea apud Judæos præſumtiones violentas adulterii haberi & qui iſtæc non vindicet, infamem reputari. Simul autem ex hoc loco aliisque a Lightfootio, Seldeno aliisque relatis probabile efficitur, Schammæanos per turpitudinem rei adulterium quidem intellexiſſe, ſed propter inſignem, qua populus Judaicus laborabat, zelotypiam ſæpius pro ſignis & præſumtionibus adulterii habuiſſe, quæ nobis leviora videntur & parum curantur.

## §. V.

Et pro Schammæanorum quidem ſententia omnino facere videtur texus Moſaicus Deuter. XXIV, 1. Vox enim עֶרְוָה a radice venit עָרָה *nudari*, & proprio ſenſu nihil aliud quam *nuditatem* ſignificat, metaphorice autem membra pudenda. Sic בְּשַׂר caro nuditatis i. e. pudenda, Exod. XXVIII, 42. & pudenda patris tui Lev. XXVIII. in quo quidem capite univerſo pro pudendis accipitur. Denique metaphora a pudendis deducta *rem quamvis valde turpem* ſignificat, quo ſenſu & quidem cum voce דבר, quod verbum cauſam, rem qualemcunque ſignificat, conjunctum Deuter. XXIII, 14. deprehenditur, ubi de munditie caſtrorum agitur. Vid. *Glaſſ. Philolog. ſacr. L. I. tr. 1. c. 5.*

Schammæanorum ſententia contro Hillelianos defenditur. Verba Deuteron. XXIV, 1. explicantur.

## §. VI.

Nihilominus apud Judæos Hillelis ſententia utpote commodior viſa prævaluit & jam Chriſti ætate magis recepta fuiſſe videtur, ut ex quæſtione a Phariſæis Chriſto propoſita intelligitur. Phariſæi enim Hillelianorum ſententiam Chriſto proponebant Matth. XIX, 3. in hæc verba: *Ει ἔξεστιν ἀνθρώπῳ ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν? Num licet homini dimittere uxorem ſuam propter omnem, propter quamcunque cauſam?* Joſephus Archæol. 4. c. 8. ita effert: *κατ' ἃς δηποτοῦν αἰτίας.* Et Philo lib. de ſpecial. Leg. *καθ' ἣν ἂν τύχῃ πρόφασιν.* Αιτία tam culpam, quam cauſam & rationem ſignificat & omnino convenit cum Hebraico דבר. Videntur autem Phariſæi Hillelianis aſſenſiſſe, quippe Gamaliel ille, ad cujus pedes Paulus conſederat, Hillelis ſucceſſor & nepos ex filio fuit.

Quæſtio a Phariſæis Chriſto propoſita.

§. VII.

Christi responsio prima.

Pharisæis Christus v. 4. 5. 6. respondit, institutionem matrimonii divinam inspiciendam esse. Tum ita conficit: *Ex institutione divina homo uxori adhærebit, & erunt duo in carnem unam. Ergo quod Deus conjunxit homo non separet.* Christus his verbis non omnia divortia damnavit, sed ad propositam quæstionem negando respondit, & quoniam secundum regulas interpretandi in responsione statum causæ mutare fas non est, ista Christi responsio secundum ea, quæ proponebantur, intelligenda est, hunc in modum, ut quod Deus conjunxerit, homo non separet, propter quamcunque causam.

§. VIII.

Pharisæorum objectio.

Videntur autem Pharisæi responsionem Christi ita accepisse, quasi omnino & generaliter divortia omnia damnaret. Nam ideo ex lege Mosaica objiciunt: *Cur vero Moses mandavit dare libellum repudii & dimittere uxorem?* Si divortia omnia interdicta sunt, cur Moses permisit? Buddeus quidem putavit, hanc objectionem ex schola Schammæanorum venisse, sed hoc narrationi facti apud Matthæum conveniens non est. Quæ autem proprie objectio Pharisæorum fuerit, paulo plenius videamus.

§. IX.

Quæ plenius explicatur.

Principio quidam interpretes urgent verbum Pharisæorum ἐνετείλατο, *præcepit*, cum in Christi responsione contineatur ἐπέτρεψεν, permisit. Sed hæc observatio fundamento caret. Nam apud Marcum X, 4. 5. in eadem narratione Pharisæis verbum tribuitur; *permisit*, Christus autem locum Mosaicum ἐντολὴν *præceptum* vocat. Quanquam ἐντολὴ in Novo Testamento non quidem semper secundum significationem ejus nativam, sed generaliter sæpius pro doctrina accipitur, ut 2. Petr. II, 21. III, 2. Qui Hebraismus est. Nam Hebræis מִצְוָה proprie mandatum, sæpius autem in genere doctrinam significat, v. g. Psl. CXIX, 6.

§. X.

Christi responsio altera,

Sequens annotatio nec ratione nec usu caret, scilicet quod Pharisæi v. 7. neque Schammæanorum neque Hillelianorum doctri-

ctrinam ſpeciatim tangunt, ſed verba Deuteronomii ערות דבר inter ipſos controverſa omittunt, & generaliter objiciunt: *Cur ergo Moſes mandavit dare libellum repudii & dimittere uxorem?* Occurrit hoc loco mutatio elenchi notabilis. Antea Phariſæi ex Chriſto quæſiverant, an divortia permitterentur ob cauſam qualemcunque. Quod negavit Chriſtus ex inſtitutione primæva. Phariſæi autem hæc verba nimis late accipiunt & Moſis doctrinam opponunt. Tum Chriſtus reſpondit: *Moſes propter duritiem cordis veſtri permiſit vobis dimittere uxores veſtras: ab initio autem non factum eſt ita, dico autem vobis, quod quicunque dimiſerit uxorem ſuam* εἰ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ *& duxerit aliam, mœchatur.*

## §. XI.

Quæ verba Chriſti quid contineant, videamus. Et concedit Servator, Moſen divortia permiſiſſe, doctrinam autem Moſaicam ex ſententia Schammæanorum explicat eamque interpretationem idonea ratione confirmat ſic: *Moſes permiſit vobis uxores dimittere, propter duritiem cordis, ab initio autem non erat ſic.* Quod perinde eſt atque ſi dixiſſet: Moſes divortia ob corruptam naturam veſtram permiſit, olim cum Deus creaſſet hominem, non erat ſic; cavete igitur, ne moſaica diſpenſatio nimis proferatur, memineritis enim, qui uxorem ſuam repudiet, εἰ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ, eum adulterium committere. Verborum Chriſti explicatio.

## §. XII.

At enim Chriſtus legem Moſis non confirmavit, ſed reſtrinxit. Ait enim, divortia jure Moſaico propter duritiem cordis duntaxat permitti. Deinde per particulam adverſativam, λέγω δὲ, ſuam Chriſtus doctrinam Moſaicæ oppoſuit, quod & fecit Matth. V, 32. Objectiones.

## §. XIII.

Sed vereor, ut ita dicendum ſit. Nam quod ad primam objectionem attinet, Moſen ob duritiem cordis divortia permiſiſſe, Chriſtus doctrinam Moſaicam cum inſtitutione divina, corruptam Judæorum naturam cum perfecto Adami antea lapſum ſtatu comparavit. Non igitur his verbis de ſpeciali quadam Judæorum duritie Objectio prima removetur.

ritie & zelotypia, ſed de vitio eis communi cum omnibus Orientis & multis Europæ populis agitur. Neque Chriſtus medicinam zelotypiæ a Moſe definitam immutat, ſed divortia propter fornicationem vel adulterium conjugis permittit. Certe autem non virtutis ergo, ſed propter eandem ipſam σκληροκαρδίαν & duritiem noſtram. Nam etſi is, qui conjugem adulteram repudiat, per ſe prave agere non intelligitur, tamen non tantum affectus animi vitioſi, utpote odii perſonalis, vindictæ & quæ ſunt generis ejusdem in quacunque ſpecie ſolent incidere, ſed & profecto negari non poteſt, eum multo majori virtutis gradu præditum eſſe, multoque propius ad ſtatum integritatis accedere, qui adulteram conjugem, non quidem ex levitate animi vel alio fine vitioſo, ſed ſincero hominis Chriſtiani amore ductus & ex flagranti cupiditate eam ad frugem reducendi, ſecum retineat. (*)

## §. XIV.

Altera removetur.

Quod autem deinde objicitur, Chriſti doctrinam Moſaicæ opponi, id quidem majoris ponderis eſſet, ſi græca particula δὲ ſenſum adverſativum ſemper haberet. Sed enim hæc particula ſæpius pure expletiva eſt, quæ nihil certi exprimit. Sæpius idem ſignificat, quod *porro, ceterum* &c. Cujus rei ſexcenta exempla ex ſcriptoribus Atticis proferri poſſunt. (**) Sæpius etiam & præſertim in Novo Teſtamento vim conjungendi habet. Verbi cauſa *Matth.* XIX, 4. 23. 24. 25. 28. 30. *Matth.* XX, 2. 5. 6. 8. 10. 21, adhibita particula δὲ ſen-

(*) Hæc ſententia confirmabitur, ſi meminerimus, hominem ad imaginem Dei effectum eſſe, eumque ſcopum eſſe, qui adhuc, quantum fieri poſſit, quærendus ſit, quanquam ſine ſpiritu Dei fruſtra quæratur, neque in hac vita plene attingatur. Deus autem nobis ipſi inimicis & fœderis fidem frangentibus ignoſcit tentatque beneficiis & amore nos ad frugem reducere. Idem igitur nos decet, ſiquidem Dei ſimiles eſſe volumus.

(**) Lexicon Græcum Baſileenſe ita habet: Δὲ, *autem, enim, ſed, at, verum, vero, porro, ac, tamen, attamen, ceterum. Conjunctio eſt ſubjunctiva & orationis & dictionis. Reſpondet ad* μὲν. *aliquando tamen non præcedente* μὲν. *Accipitur aliquando pro - - - porro, quin, quin potius, imo, imo vero, rurſus, ſed etiam, contra. Significat etiam rem, quam quis auſpicatur, vehementer augeri, id quod Latini per* atque adeo *explicare ſolent. Gaza lib. 2. Grammat. de hac particula ſic ſcribit: & copulative & ratiocinative & circumſcriptive dicitur* δὲ *pro* γὰρ.

ſenſu adverſativo intelligi plane nequit. Alio loco *Matth.* V, 32. particula δὲ adverſative quidem ſumta ex connexione verborum intelligitur. Sed tantum abeſt, ut Servator eodem loco Moſaicam doctrinam impugnet, ut potius contra traditiones Judaicas defendat & confirmet.

## §. XV.

Explicatur locus Matth. V, 32.

Quoniam in hunc locum Matth. V, 32. incidi, ex quo egregie denuo conficitur, Chriſtum Moſaicam doctrinam confirmaſſe, non, quod Buddeus aliique volunt, cauſam divortii arctius conſtrinxiſſe, quod deinde ad illuſtrandam veram ſignificationem vocis πορνεία multum pertinet, breviter oſtendam, quis doctrinæ Chriſti ſcopus Matth. V. fuerit. Et Servator quidem ipſe v. 17. 18. 19. 20. id oſtendit, cum dicit, ſe non veniſſe ad diſſolvendam legem, ſed ad implendam. Qui ſecundum legem faciat & doceat, eum principem in regno cœlorum fore. Neque vero ſe hujusmodi juſtitiam intelligere, qualis Phariſæorum ſit, utpote quæ ad regnum cœlorum non perducat. Tum v. 21. traditiones Phariſaicas percenſet, & quam prave verba legis explicent, oſtendit, quorum traditionibus, non autem legibus Moſaicis ſuam explicationem opponit. Et traditionibus quidem Phariſaicis, non legibus Moſaicis explicationem Chriſti opponi, principio ex formula patet ἐρρέθη τοῖς ἀρχαίοις. Quæ formula Hebraiſmus eſt, neque aliud ſignificat, quam: *vetus eſt traditio.* Alias enim cum de lege quæritur, nunquam ἐρρέθη, ſed γέγραπται, *ſcriptum eſt*, uſurpatur. Deinde eadem Chriſti intentio ex v. 43. intelligitur, cum ait: *Dictum eſt: diliges proximum tuum & odio habebis inimicum tuum.* Quæ bella formula certe in legibus Moſaicis non continetur, ſed commentarius Judaicus eſt. Ita *Maimonides* in רוצח c. 4. *videt Judæus quenquam gentilium lapſum in mare, nullo modo eum tollat, nam ſcriptum eſt: non inſurgas in ſanguinem proximi tui, at hic non eſt proximus.* Vid. omnino *Lightfoot*, qui ad ſingulas leges oſtendit, Chriſtum non legi Moſaicæ, ſed traditioni cuidam ſuam antitheſin opponere. Eundem igitur in modum in v. 31. non Moſaica doctrina de divortiis, ſed ipſa quidem Hillelianorum & R. Akibæ ſententia expreſſa eſt. Nam ait Chriſtus: *Traditio eſt, quicunque dimiſerit uxorem, det ei repudium.* Nulla ibi cauſa, ſed li-

bellus tantum repudii exigitur. Quæ propria R. Akibæ ſententia fuit, qui ætate Chriſti aſſenſum multorum habebat. Huic igitur doctrinæ ſuam Chriſtus, vel potius Moſaicam doctrinam recte explicatam opponit v. 32. ſic: *Ego autem dico vobis*, (conf. v. 17. qui non veni diſſolvendæ, ſed implendæ legis cauſa) *quicunque dimiſerit uxorem ſuam* πάρεκτος λόγϐ πορνείας, *facit eam mœchari.* Igitur Chriſtus ut Matth. XIX. ita hoc loco effrenatam Judæorum licentiam damnavit, quam Phariſæi contra legem divinam concederent. Caſum tamen πορνείας ſimiliter excepit.

## §. XVI.

Chriſti exceptio.

Videamus igitur, quid Chriſtus proprie exceperit. Ait enim Chriſtus Matth. V, 32. πάρεκτος λόγϐ πορνείας, ſed Matth. XIX, 9. εἰ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ. Qua in re primaria inſpectio hæc eſt, quid πορνείας nomine proprie ſignetur, deinde quænam vis ſit particularum πάρεκτος & εἰ μὴ.

## §. XVII.

De voce πορνείας controverſiæ.

Et de eo quidem, quid πορνείας nomine comprehendatur, jam ante Auguſtini ætatem diſceptatum eſt. Quam quæſtionem Auguſtinus ipſe in Retract. L. 1. c. 19. latebroſiſſimam vocavit. Alii enim exiſtimaverunt, πορνείαν ad peccata omnia, quæ hominem a lege Dei aberrare faciant, pertinere. Cujus ſententiæ propugnatores in medium adducere, nihil attinet. Illud ex Nic. Gorran. in Matth. V. prætermittendum non eſt, ſecundum iſtam opinionem genus πορνείας triplex fuiſſe, unum quidem, & proprium illud voluptatis carnalis, velut adulterii, ſcortationis & hujusmodi, alterum infidelitatis, ut idololatriæ, apoſtaſiæ, extremum denique actuum quorumcunque peccatoris. Alii autem πορνείας vocabulo fidei conjugalis per concubitum illicitum violationem intellexerunt. Quam ſententiam non ſolum Patres multi, ſed vetuſtiſſimi etiam translatores ſacræ ſcripturæ ſecuti ſunt. Vid. *Grotius* ad Matth. V. & omnino *Seldenus* in Uxor. Ebr. L. 3. C. 23. & 27. qui verſionem Syriacam & antiquiſſimam latinam & præterea verſiones Europæas & Orientales recentiores retulit.

§. XVIII.

## §. XVIII.

Et Lexicographi quidem πορνείαν fere a verbo περάω derivant, quod proprio ſenſu deſignat *tranſire*, transfertur autem ad ſenſum *transportandi* & *trajiciendi inprimis merces*, denique & *vendendi* ſignificatum habet. Vid. *Scapula*, *Schrevelius*, *Euſtathius in Homerum*. Ab hac extrema ſignificatione venit πορνεύειν, (*) *corpus proſtituere*, *quaſi vendere more meretricio*, nempe accepta *mercede*. Vid. Aeſchin. Orat. in Timarchum. Et ita apud Philonem quoque de ſpecial. Legib. uſurpatur. Vocis etymologia.

## §. XIX.

In verſione LXX. interpretum vocabulum πορνεύειν adhibitum ſemper deprehenditur, cum in authentico hebraicum זָנָה extat, quod quidem verbum nihil aliud quam ſcortationem vel corporis vel animi deſignat, corporis, ut adulterium & cetera delicta carnis, animi autem, qua idololatria accipitur. Seldenus quidem, Grotius aliique viri docti πορνείαν putant ad crimina omnia, inprimis defectionem aut rebellionem contra ſuperiorem pertinere. Sed exempla ab iis relata omnia ad idololatriam ſpectant. (**) Cujus metaphoræ ratio ex Ezechielis Cap. XVI. intelligitur. Dubitationem quidem movet Pſ. LXXIII, 27. ubi verſio LXX. virorum ita expreſſit: ἰδοὺ μακρύνοντες ἑαυτούς ἀπὸ σοῦ ἀπολοῦνται ἐξωλόθρευσας πάντα τὸν πορεύοντα ἀπὸ σοῦ *recedentes a te* (ad verbum longinqui tui) *peribunt*, *excidiſti omnem fornicantem a te*. Sed etſi hæc verba generatim de impiis intelligi poſſunt, præſertim cum in toto Pſalmo de impiis generatim agatur, tamen idem locus commodiſſime de idololatris quoque explicatur. Nam primo quidem uſitata loquendi ratio S. Scripturæ eſt, ut per ſynecdochen genus ſpecie quadam illu- Uſus in verſione LXX. virorum.



(*) Apud Henr. Valeſium in not. in Harpocrationis Lexicon πορνεύειν deducitur ἀπὸ τοῦ περνάναι, quod eſt πωλεῖν ſeu πιπρασκεσθαι, vendere & vendi, venale exponere, exponi. Vid. Lexicon Græcum Baſileenſe voc. πέρναμαι. Sed forte πέρναμαι a περάω venit, quod mercatores mare trajicerent & regiones peragrarent & merces transveherentur.

(**) Niſi forte violata fides fœderis cum Deo pacti inprimis intelligitur. Vide quæ in ſequenti nota adjeci. Conf. Rev. *Moshemii* diſſ. *de divortio* §. 12.

illuſtri proponatur. De quo multa exempla deprehenduntur apud *Glaſſium* in Philolog. Sacra L. V. C. 15. Poteſt igitur de quavis impietate agi, ſed proponitur ea & demonſtratur per ſpeciem in oculos valde incurrentem, nempe idololatriam ſeu fornicationem ſpiritualem, ut impietatis gradum ſummum. Et hæc explicatio procul dubio tam diu accipienda eſt, donec per exempla alia evidentia probetur hebraicam vocem זנה de alia re, quam de ſcortatione vel ſpirituali vel corporali uſurpari. (*) Nam quod Grotius & alii præterea adducunt ex Jud. XIX, 2. expeditum non eſt. Vid. *Junius & Tremellius*; item *Glaſſii Philolog. Sacra* L. 1. p. 90.

## §. XX.

In Novo Teſtamento

In Novo Teſtamento hæc vocabula; πορνείας, πορνεύω, πόρνη, πόρνος, frequentius & omnino quinquageſies occurrunt, & Apoc. XVII. & XVIII. & XIX, 2. pro fornicatione ſpirituali in meretrice Babylonica ſumuntur, alias ſemper, ſi a duobus quidem locis diſceſſeris, in delictis carnis duntaxat uſurpantur, ut absque manifeſta detorſione aliter intelligi nequeant. Seldenus quidem locum Act. XV, 20. 29. citat, cum quo conferri poteſt Cap. XXI, 25. ubi cavetur, ut Chriſtiani ſe abſtineant a pollutione idolorum, ſanguine, animalibus ſuffocatis & fornicatione, quo nomine Beza aliique ſpeciem idololatriæ intelligunt. Sed principio hæc explicatio noſtræ ſententiæ vix contraria foret, cum dicimus, πορνείαν non ſignificare niſi ſcortationem vel corporalem vel ſpiritualem. Deinde vero, ſi idololatria hoc loco accipienda ſit, contaminationes idolorum ibidem dupliciter forent interdictæ, quod veriſimile non eſt. Deinde ſi hæc loca cum Apocal. II, 14. & 20. & Num. XXV,

(*) Plane niſi ad idololatriam locus ille pertinet, tamen omnino de violata fœderis divini fide intelligendus eſt, ut fides Deo data vel certe debita ex pacto cum Abrahamo & Jacobo poſterisque ejus univerſis fracta ſit. Quem ſenſum ab adultera, quæ fidem conjugalem fregit, accipere commodiſſime potuit. Et hunc verum vocabuli ſenſum translatum eſſe, Ezechielis Cap. XVI. manifeſtum facit. David igitur Pſ. LXXIII. totum ſeſe Deo deditum & deditiſſimum proponit, ceteros autem Iſraelitas, qui a Deo recedentes fœdus, quod Deus cum Abrahamo, Jacobo ejusque poſteris & univerſo populo pepigerat, frangant, ſcortatores commode appellat,

XXV, 1. conferas, ſole meridiano clarius eſt, nihil aliud quam fornicationem corporalem intelligi. (*)

## §. XXI.

Duo autem loca, quæ excepi, Jacob. II, 25. & ad Hebr. XI, 31. continentur, ubi quidem de Rahab agitur, quæ vocatur πορνὴ, meretrix. Quod nomen a Septuaginta Interpretibus Joſ. II, 1. accepit, quorum verſionem ſcriptores Novi Teſtamenti nunquam fere non ſecuti ſunt. Ideo autem LXX. interpretes Rahab eo nomine ſignarunt, quia verbum Hebraicum זָנָה æquivocum eſt & ſecundum radices adſumtas vel meretricem, vel cauponam, Pandochæam, & quaſi dicas cibatricem ſignificat. In paraphraſi Chaldaica mulier hoſpita appellatur. Vid. *Buxtorf. Lex. Hebr. Chald.* & *Flac. in Clave p. 1.* Forte, quod Glaſſius putat, πορνὴς vocabulum LXX. interpretes reſpectu etymi græci pro caupona cibos vendente acceperunt. Sed quicquid ejus rei eſt, in Novo certe Teſtamento πορνεία, quod dixi, ſemper ſcortationem deſignat. Rahab cur πορνὴ dicatur.

## §. XXII.

Quæ præterea loca a Seldeno L. 3. C. 23. relata ſunt, ut probet, vocabulo πορνείας omnem corruptionem in genere contineri, ad probandum id nihil pertinent. Unus quidem locus Sap. XIV, 12. extat, hujusmodi: ἀρχὴ πορνείας ἐπίνοια ϑεῶν εἰδώλων, εὕρεσις δ' αὐτῶν ϕθόρα ζωῆς. Quod Seldenus ita vertit: *Initium fornicationis excogitatio idolorum, inventiones autem illorum corruptio vitæ;* quaſi dicas, initium mali omnimodi & vitæ impuræ fuiſſe idolorum excogitationem. Quæ ſi ſententia exprimeretur, veritati certe non congrueret. Mali enim initium in lapſu Adami continetur, cujus non cauſa, ſed effectus, nec proximus, ſed remotus idololatria eſt. Sed cauſam proximam idololatriæ idem locus commode ſignificat, ſiquidem, ut conveniens eſt, ita explicetur: *Initium fornicationis ſcil. ſpiritualis, vel idololatriæ, eſt excogitatio imaginum, inventiones vero earum corruptio vitæ.* (**) Quam interpretationem recte Seldenus refutatur. Locus Sap. XIV, 12. explicatur.



(*) Seldeni ſententiam rejecit quoque *Moshemius* in diſſ. *de divortio* §. 12.

(**) David Martin ita fere vertit: *Car l' invention des idoles a eté le commencement de la paillardiſe, & la corruption de la vie.*

ſe habere, verba conſequentia oſtendunt, etſi Vulgata & B. Lutheri verſio aliter habet.

## §. XXIII.

Locus Philonis exponitur.

Alter Seldeni locus ex Philonis libro περὶ τῦ μίσθαυμα πόρνης deſumtus eſt, ubi mentio fit ψύχης πεπορνευμένης & πορνείας ψύχης, *fornicantis animæ*, *quæ ſe proſtraverit turpitudini*, *vinolentiæ*, *gulæ* &c. Sed enim Philonis liber inſcriptus eſt *de mercede meretricis domo Dei non inferenda*. De quo argumento Philo tractans in hunc modum ratiocinatur, ut ſiquidem merces meretricis domo Dei inferenda non ſit, multo minus ſcortantis animæ inferatur, quæ vitiis omnibus dedita ſit. Philo igitur his verbis non propriam & nativam vocis vim obſervat, ſed textum Biblicum allegorice explicavit. Et præterea vitia non appellat πορνείαν, ſed quod maxime notandum eſt, πορνείαν ψύχης.

## §. XXIV.

Vocis πορνείας ſignificatio.

Igitur πορνεία cum fornicationem ſemper ſignificat, ſequitur, hoc vocabulum omnino convenire cum Hebraico ערות דבר Deut. XXIV, 1. quod *rem nuditatis*, ut ſolet ſcriptura ſacra verecunde loqui, vel ut Hebraiſmum ad noſtras linguas accommodemus, rem talem ſignificat, quæ membris pudendis geratur. (*)

## §. XXV.

(*) Buxtorfius a Dn. Bœhmero in J. Eccl. Proteſt. T. IV. L. 4. tit. 19. §. 7. relatus dicit, hoc vocabulo non tantum actum impudicitiæ ipſum, ſed & actiones, mores vel geſtus tales ſignificare, ex quibus juſtæ & ſufficientes pudicitiæ mulieris proſtitutæ & violatæ ſuſpiciones & præſumtiones peti & deſumi poſſint. Rev. *Moshemius* in diſſ. *de divortio* §. 12. de præſumto adulterio hanc regulam probat, ut ſi certo poſſit probari, animum unius conjugis fuiſſe, jus alterius conjugis perfectum adulterio lædendi, quanquam ad actum fœdum nondum pervenerit, e. g. ſi nudus cum nuda in lecto deprehendatur, qui illicitum amorem nondum exercuiſſet, tunc de matrimonio diſſolvendo jus dici poſſe, propterea quod animi deſtinatione illa pacti fides violata jam ſit. Conf. *Wagneri* Tr. *de divortio & convict. conjug. ſepar.* §. 31. Quem caſum etſi perilluſtris auctor commentationis hujus pro ſcopo ſuo perſecutus non ſit, tamen ab ea ſententia non abeſt, quippe infra in perfidia conjugis rationem divortii collocavit.

## §. XXV.

Sequitur, ut de illo videamus, quænam vis ſit particularum πάρεκτος & εἰ μὴ. Quidam particulas eas non tam excluſivas, quam enuntiativas habent, putantque non cauſam, ſine qua non, ſed exemplum tantum referri, quod alias cauſas æque graves vel graviores non excludat. Quod ſenſit *Origenes* in Hom. 7. in Matth. & *Hugo Grotius* in Comm. in Matth. V. Cui opinioni aſſenſiſſe *Epiphanius* quoque videtur in loco notabili contra Cath. L. 2. tit. 1. Ἕνεκεν τινος προφάσεως πορνείας, ἢ μοιχείας ἢ κακῆς αἰτίας χωρισμῷ γενομένῳ, συναφθέντα δευτέρα γυναικὶ ἀκ αἰτιάται ὁ θεῖος λόγος; *Divortio propter cauſam ſtupri, adulterii aut alterius flagitii facto, eum qui ſecundam uxorem ducit, ſacra ſcriptura ab omni culpa abſolvit.* Et Grotius pro defendenda hac opinione refert, in codice Complutenſi, qui ad vetuſtiſſima exemplaria excuſus ſit, Matth. XIX, 9. particulam εἰ deeſſe, & ita haberi: μὴ ἐπὶ πορνείᾳ, *non ob fornicationem.* Quem ſenſum auctor vetuſtiſſimæ verſionis Syriacæ quoque retinuit. Sed & in vetuſtiſſimo MSto, quod Ravius ex Oriente apportavit, particula εἰ deeſt, teſte *Sauberto* in *var. lect. Text. Græci Ev. Matth.* Et in antiquiſſimo codice Cantabrigienſi omnino verba εἰ μὴ ἐπὶ πορνείας deficiunt, continetur autem πάρεκτος λόγῳ πορνείας, quod idem exprimit, adeoque Grotii ſententiam non adjuvat, non minus, quam codex Colbertinus, de quo *Simon* in *Hiſtor. crit. dict. N. Teſt. C. 32.* commemorat, in quo verba εἰ μὴ & πάρεκτος conjunctim collocata ſunt. Ceteris autem relatis codicibus copia aliorum codicum opponitur, qui partim vetuſtate illis non cedunt. Præterea eos, qui in lingua Græca mediocriter tantum verſati ſunt, non fugit, apud Ariſtotelem, Plutarchum, Demoſthenem aliosque ſcriptores Græcos particulam μὴ ſexcenties pro εἰ μὴ uſurpari. Denique locus parallelus Matth. V, 32. inconcuſſus ſuperat, ubi πάρεκτος procul omni dubio vim excludendi habet, & in MStis omnibus deprehenditur.

De particulis πάρεκτος & εἰ μὴ.

## §. XXVI.

Urgent autem præterea vocabulum λόγος. Ait enim Chriſtus: πάρεκτος λόγῳ πορνείας. Et plane λόγος *rationem* exprimit,

Λόγος πορνείας quid ſignificet.

mit, (*) ſed & apud ſcriptores profanos *proportionem.* Ita Ariſtoteles in Hiſtoria Animalium hac voce utitur, item Plato in Phædone ſcribit: *ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον, ſecundum eandem proportionem.*

## §. XXVII.

Quæ ſit ratio πορνείας.

Igitur de illo videamus, in quo proportio, ſeu paritas cauſæ conſiſtat, proportio ſcilicet, ſeu paritas ſcortationis, πορνείας. Et JCti Francofurtenſes in Reſponſo, quod extat in Perill. Dni de Cocceji Jure Controverſo T. II. p. 165. ſq. putant cauſam exceptionis in exemplo a Chriſto propoſito, non in enormitate criminis adulterii collocatam eſſe, propterea quod homicidium aliaque crimina adulterio multo graviora non eſſent excepta. Quamobrem exiſtimant, rationem in eo ſitam eſſe, quia vinculum matrimonii ex eo, quod maritus adulterio ad iram indignationemque commotus cohabitare amplius cum uxore nolit, diſſolvatur. Ex quo deinde conficiunt, matrimonium etiam per inimicitias irreconciliabiles diſſolvi. Sed plane hoc admitti nequit. Neque enim horror & averſatio, ſed cauſa potius averſationis lege divina approbata facul-

(*) Rev. *Moshemius* in diſſ. *de divortio* §. 10. ſimiliter explicanda hæc verba putat ſic: *excepta ratione adulterii exceptoque eo, quod qualitatem habet ſcortationis*, vel ita: *praeter id, quod rationem habet ſcortationis.* Rationem autem ſcortationis habere omnem violationem ſpontaneam eſſentialium pacti matrimonialis partium. Ego quidem violationem unitatis corporum omnino ex ratione ſcortationis admittendam putem, de quo deinceps plenius dicam. Et hoc ex ratione πορνείας permiſiſſe Chriſtum putem. Sed quod ad verba Chriſti παρεκτὸς λόγου πορνείας pertinet, mihi Chriſtus id voluiſſe videtur, ne Phariſæi Hebraicum ערות דבר disjungerent & πορνείαν a re ſepararent. Chriſtus enim interrogatus, cur Moſes permiſiſſet, uxorem repudiare, reſpondit, Moſen id ob duritiem cordis permiſiſſe, ſed qui Moſis verba eo explicet, ut ſejuncto verbo πορνείας ob quamcunque rem uxorem repudiet, eum adulteriuin committere. Fas igitur non eſſe, ob quamcunque cauſam, ut Phariſæi exiſtimarent, uxorem dimittere. Neque vero præterea ad verba Paulina concilianda, ut Cel. Moshemius exiſtimat, alia explicatione opus eſt. Neque enim Chriſtus de eo caſu dicit, cum alter conjux ipſe conjugem malitioſe deſeruit, ſed de eo tractat, cum uxorem ſecum exiſtentem vir vult repudiare. Quamobrem neque opus erat, ut Servator exprimeret, quid ſuperiori illo caſu contra deſertorem conjugi permitteretur, quia ad eum caſum quæſtio propoſita & reſponſio plane non pertinebat. Sunt præterea ceteri omnes caſus, extra adulterium, ita comparati, ut rariſſime occurrant,

cultatem dat uxorem dimittendi. Aliter in Hiſpania, ubi ebrietas majori dedecori, quam cædes & furtum habetur, conjux conjugi ex ea cauſa ſummo jure repudium daret. Et profecto ob varia & multiplicia hominum ingenia hoc pacto Hillelianorum doctrina obtineret, qui ſimiliter putarunt, ad divortium ſufficere, ſi uxor grata marito non ſit. Nam ex friguſculo ſimultas, ex ſimultate offenſio, ex offenſione autem deinde odium capitale naſceretur, neque divortiorum & repudiorum finis unquam futurus eſſet.

## §. XXVIII.

Quamobrem alia quidem proportio πορνείας quærenda eſt, quæ ſecundum rationem in perfidia ſeu violatione fidei datæ conſiſtit. Rationi enim conveniens eſt, ut omnes caſus perfidiæ ad divortium ſufficiant, quales ſunt inſidiæ vitæ conjugis ſtructæ, procuratio abortus, & quæ ſunt generis ejusdem. (*) Neque juri divino

Vera ratio πορνείας ſc. perfidia.

(*) Idem Rev. *Mosheimius* in diſſ. de divortio & Dn. *Bœhmerus* in Jure Eccleſ. Proteſt. T. IV. L. IV. tit. 19. §. 26. defenderunt. Videamus autem, annon unitas carnis, vel unio corporum verum fundamentum ſit, ut quodcunque delictum à Deo ſtatutæ unitati carnis, vel unioni corporum omnino repugnet, id repudii & divortii cauſam ſuppeditet. Certe eſſentia πορνής & πορνείας in concubitu ſine unione conſiſtit, & adultera unionem cum marito ſuo divellit & disjungit. Quod igitur ita comparatum eſt, ut unionem corporum tollat, in eo moralis certe eſſentia πορνείας continetur. Merito itaque malitioſa deſertio huc pertinet, utpote unioni corporum omnino contraria. Neque enim conſiſtere poteſt, ut uni ſint, qui animo nunquam redeundi ſeſe deſerunt. Quo deinde referenda eſt præfracta debiti conjugalis denegatio, unioni plane contraria, ſed & perverſa debiti conjugalis præſtatio ſimiliter unioni contraria. Qui inſidias vitæ conjugis ſtruxit, unionem tollere tentavit & quantum penes eum fuit, ex ſua parte ſuſtulit, quanquam conatus eventu caruit. Quamobrem nec is caſus ab eſſentia morali πορνείας abhorret. Idem dicendum eſt, cum alter conjugum ſua culpa & delicto effecit, ut a conjuge divellatur, neque amplius cum conjuge cohabitare poſſit, ut ſi ergaſtulo præſertim perpetuo conjux tradatur, vel uxor in perpetuum relegetur. Quam ſententiam Rev. Moshemius probat. Idque in eo, qui impotentiam ſibi procreaverit, utpote unioni corporum contrariam, probandum eſt. In ſterilitate quidem ſtudioſe conciliata unio corporum adhuc obtinere poteſt, ſed talis, quæ intentioni matrimonii contraria eſt & Deo diſplicet. Quod item Rev. Moshemius probat. Quod ad abortus quoque procurationem accommodari poteſt, quippe ex hoc item unio damnabilis redditur.

no Mosaico hoc repugnat. Nec contrarium in Novo Fœdere cautum est, sed potius causæ hujusmodi per λόγον πορνείας admittuntur.

## §. XXIX.

Illustratio. Atque hoc loco translatitie omittendum non est, Christum non id propositum habuisse, ut species omnes divortiorum enumeraret & percenseret, sed dirimere voluisse quæstionem tum temporis controversam. Hillelianorum igitur doctrinam de divortiis propter qualemcunque causam concedendis Christus rejecit & damnavit, an autem propter insidias vitæ structas & quæ sunt talia, repudia permitterentur, de eo quid sentiat, non explicavit, neque ut tum temporis explicaret, opus fuit. Et hanc sententiam, quod præter adulterium etiam ob alias perfidiæ species, inprimis si abortum mulier procreet, divortium permittendum sit, complures Theologi & ICti magni nominis tenent defenduntqne. Vid *Hemming* de conjug. repud. & divort. Cas. 14. & ult. *Bruckner* Dec. Jur. Matr. c. 6. ibique alleg. *Hulsemann* in Breviar. c. 21. *Scherzer* in Syst. Theol. loc. de conjugio. De casu autem insidiarum structarum vid. *Kitzel* in Synopsi Jur. Matr. c. 8. th. 6. lit. E & I Nicolai de divort. & repud. c. V. d. 26. *Monner* de matr. c. 13. §. 5. *Wesenbec.* ad ff. de divort. *Schurff.* Cons. 42. *Hemming* Libr. cit. *Bruckner* Dec. matrim. c. 28. §. 20. & 21. *Hunn.* apud Dedek. Vol. 3. l. 4. ubi & habetur præjudicium Consistorii Wittebergensis, *Pomeranus* vom Weglaufen apud Sarcer. p. 144. *Melanchthon* in lib. de conjug.

## §. XXX.

Objectio removetur. At enim ratio Christi de unitate carnis omnes causas excepta fornicatione excludit, qua sola unitas carnis sublata intelligitur, quoniam agglutinatus meretrici, secundum dictum Paulinum 1 Cor. VI, 16. cum ea unum corpus efficiatur. Sed tenendum est, unitatem in Sacra Scriptura frequenter signare non sensu proprio ὁμοουσίαν, sed ὁμονοίαν unitatem affectus & cordis. Vid. omnino Act. IV, 32. Et verba: *propter hoc dimittet homo patrem & matrem & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carnem unam*, haud obscure ad hujusmodi cordis & affectus unitatem pertinent. Quæ quidem non

per adulterium ſolum, ſed etiam per inſidias vitæ ſtructas & alias perfidiæ ſpecies tollitur. (*)

## §. XXXI.

Dixi, ex quibus cauſis conjux matrimonium continuare paratus dimitti poſſit. Deinceps de eo videamus, cum quis non facit, ſed patitur divortium. Et de hoc caſu Chriſtus non tractavit, (**) quanquam ex ratione πορνείας, ſcilicet perfidia facile decidi poſſit. Vid. *Spanhem. Dub. Evang. L. 3. circa fin.* qui habet, quæ in utramque partem de ea re dicuntur. De qua ſpecie quoniam inter Evangelicos expeditum eſt, nihil amplius adjiciam. De malitioſa deſertione.

## §. XXXII.

Sequens quæſtio multum dubitationis recipit, an præter perfidiam & dolum conjugis divortium permittatur, ſi cohabitatio omnino & in perpetuum culpa alterius vel caſu tollatur, alterque conjux impedimentum removere nullo modo poſſit. Et propius eſt, ut dicamus permitti. Nam & hoc rationi congruit, neque in Scriptura Sacra vel veteris vel novi Fœderis aliter cavetur. Certe Deut. XXIV, 1. omnino prohibitio de divortiis nulla extat, niſi hujusmodi, ne quis uxorem dimiſſam deinde mortuo ſecundo ejus marito denuo ducat. Et ſiquidem in Veteri Teſtamento prohibitio certorum caſuum hanc in rem extitiſſet, Chriſtus contra Phariſæos id omnino allegaſſet, neque demum ex inſtitutione matrimonii primæva argumentum confeciſſet. Sed neque in Novo Teſtamento contrarium cavetur. Chriſtus enim *Matth.* V. & XIX. ad propoſitam quæſtionem, num liceat repudiare uxorem? reſpondit. Cui quæſtioni ineſt, maritum facultatem phyſicam habere cum uxore cohabitandi vel non cohabitandi. Sed nos hoc loco de hujusmodi conjuge quærimus, qui facultate iſta deſtituatur & per vim majorem impeditus conjugis conſortio frui haud poſſit. Ad quem Quid ſi cohabitatio in perpetuum culpa vel caſu tollatur.



(*) Secundum quod in ſuperiore nota explicavi, per unitatem carnis facile omnia demonſtrantur. Quamobrem non opus eſt, ſublatam unitatem cordis & affectus in ſubſidium vocare. Nam ſi hoc argumentum admittatur, ex ſola inimicitia irreconciliabili, vel quæ ſunt ejus generis, cum ſublata unitas affectus, præſertim culpa unius, intelligitur, divortium concedendum videtur.

(**) Id in ſuperiore quadam nota paulo amplius explicavi.

casum Christi responso omnino non pertinet. Quin potius ex 1 Cor. VII. conficitur, omnino novum eo casu matrimonium permitti. Cavit Apostolus in hoc Capite, ne quis conjugem infidelem deserat, siquidem cohabitationem infidelis velit continuare. Deinde pergit sic: *Si vero infidelis discedit, non in servitute subjectus est frater aut soror in ejusmodi. In pace vero vocavit nos Deus.* Quibus verbis continetur, conjugem eo casu constrictum vinculo matrimonii amplius non esse, sed posse aliud conjugium inire. Ratio autem non in malitiosa desertione, ut Theologi nostri putant, sed in extremis verbis Pauli sita est: ἐν δὲ εἰρήνῃ κέκληκεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς, *in pace autem vocavit nos Deus.* Nam vocabulum εἰρήνη secundum genium linguæ Hellenisticæ idem signat, quod Hebræorum שָׁלוֹם, quod venit a radice שָׁלַם *perficere, omnem prosperitatem habere, pace*, tanquam nobilissima prosperitatis specie, *frui*; unde שָׁלוֹם *prosperitas, pax*, & cum Hebræi quævis bona & fausta apprecantur, ita exprimunt שָׁלוֹם לָכֶם, quod in Novo Testamento eodem sensu accipitur: Εἰρήνη ὑμῖν, *pax vobis.* Ita Josephus Gen. XXIII, 27. de patre suo, Jacobo, quærens eadem loquendi ratione utitur, quod B. Lutherus recte vertit: Gehet es eurem Vater wol. Conf. Num. VI, 26. Ps. CXIX, 165. Rom. II, 10. Jac. III, 18. Paulus igitur relatis verbis hoc voluit, ut siquidem infidelis cum fideli conjuge permanere noluit, abeat ille & discedat, nec fidelis eo casu servili jugo affectus vi deatur, ἢ δεδούλωται. Neque enim Deum nos ad calamitatem vocasse, sed ad felicitatem, prosperitatem & salutem. Et secundum antecedentia verba Paulus εἰρήνην, pacem conditioni eorum opposuit, qui cum conjugis adjutorio priventur, & dono continentiæ carcant, nihilominus vinculo constricti essent, ut remediis a Deo statutis uti non liceat. Ratio decidendi Paulina non in odio deserentis, sed in favore personæ desertæ sita est. Nam desertor quidem in casu Paulino gentilis erat, miseratione, non pœna dignus, propterea quod non ex malitia voluntatis neque odio in uxorem ductus, sed errore intellectus & ignotæ religionis horrore ab uxore se abstineret. Deserta autem favorem hunc meretur, ut, cum culpa vacet, ex alterius desertione incommodum ne sentiat, neque stimulis voluptatum exposita sit. Cujusmodi conditionem plenam discriminis Paulus in eodem Capite v. g. appellat *uri, igni consumi.* Hoc autem omni

Locus 1. Cor. VII. explicatur.

jure

jure ad illos accommodatur, quorum conjux non quidem discessit, sed casu vel culpa vel in perpetuum a conjuge removetur & disjungitur, vel in eum statum redigitur, ut cohabitare amplius non possit. Quæro enim, cur eo casu deterior conjugis conditio sit. Certe nulla satis idonea ratio differentiæ ostendi potest. Nam siquidem talis personæ dono continentiæ careat, quod sane paucissimis inesse intelligitur, conditio ejus miserrima existit. At enim laborandum est & jejunandum & orandum. Sed hoc secundum Apostoli sententiam omnibus non sufficit. Ait enim v. 7. *Vellem omnes ita essent, ut ego, sed quisque a Deo sua dona accepit, quibus inter se differunt.* Item v. 1. & 2. hunc in modum differit: *Conducit homini, mulieribus se abstinere. Verum ne scortationes incidant, uxorem quisque suam habeat.* Matrimonium igitur remedium illud est, quod iis Deus præstituit, qui dono continentiæ vacant. Quicunque igitur opus hoc remedio habet, neque eo utitur, male facit, magistratus autem, qui eum impediat, forte judicio Dei adhuc pejus facit. (*)

## §. XXXIII.

Sententia confirmatur.

Atque inde a multis seculis Theologi & ICti veritatem hujus doctrinæ agnoverunt, ut cum præter perfidiam & dolum alio impedimento finis matrimonii cesset, aliud matrimonium permittatur.



(*) Quæ vir summus hoc loco disputavit, hactenus certe admittenda sunt, cum culpa & delicto conjugis alterius effectum est, ut cohabitatio, finis matrimonii, sequi amplius non possit, ut in superiore nota plenius explicavit. An autem id ad eam speciem accommodari possit, cum casu matrimonii finis tollitur, hoc certe ambigitur, & Rev. Moshemius negat. Et plane hoc a λόγῳ πορνείας omnino abest, quia delictum conjugis nullum intelligitur. Neque hoc ex dicto Paulino conficitur. Nam in contrarium dici potest, Paulum & favorem conjugis desertæ & culpam desertoris inspexisse. Neque enim a culpa liberari poterat, cui vel ignota Christiana religio esset, vel qui assensum ei non præberet, cum oporteret admirabili doctrina percelli. Neque præterea ex legibus pactorum satis commode hoc defendetur, ut cum alter paciscentium casu impediatur, quo minus conditionibus pactorum ster, alter a pactis discedat. Plane aliquando æquitatis specie hæc sententia non caret, ut peccatis ansa præcidatur. Sed vereor, ut hoc non magis defendatur, quam mulieris impudicæ excusatio, quod maritum invenire non potuerit. Num autem consentiente conjuge admitti possit, id aliorum judicio relinquo.

Nam ita Imperator Leo in Conſtit. CXI. & CXII. cavit: *quod ſi uxor, vel maritus, mente capiatur, & id malum ultra tempus in conſtitutionibus definitum duret, matrimonium dirimatur.* In Occidente ſimiles leges extant. Non dicam de legibus antiquis Francorum, ſecundum quas libertas divertendi maxima obtinebat. Vid. *Formulæ Marculfi* apud Lindenbrogium. In Legibus Howeli, Regis Cambriæ continetur, uxorem a viro divertere poſſe, ſi lepra inficiatur maritus, ſi fœtidum habeat anhelitum & ſi cum ipſa coire non poſſit. Vid. Seldenus in Ux. Ebr. L. 3. c. 30. Idem canones conciliorum probarunt. Nam in concilio Anglicano, quod Beda teſte a. 679. à Theodoro, Archi-Epiſcopo Cantuarienſi, inſtitutum eſt, Laicis permittitur, ut xore captiva abducta, anni ſpatio elapſo, aliam ducant. Vid. Canon 113. Spicil. 9. Lucæ Dacherii. In concilio, quod ſeculo octavo in Gallia Compendiæ habitum eſt, canone 16. uxoribus leproſorum permiſſum eſt, ut vivente marito alii nubant. Sed quamvis eò caſu conſenſus mariti requiratur, tamen nobis ſufficit, patres concilii agnoviſſe, matrimonium ob alia quoque impedimenta extra caſum deſertionis ſolvi poſſe. Patres quidem in hac materia rigidi & ſeveri admodum fuerunt. Nam ita *Gregorius Nazianzenus* in Carm. de laude virginitatis; *Fœmina*, inquit, τὶκτον κακὸν ἀ δ' ἀπόπεμπτον, *malum acquiſitum, ſed quod dimitti nequit.* Ut taceam Tertulliani, Hieronymi, Ambroſii & aliorum effata. Paulo tamen humanius *Baſilius* in 2. Epiſt. Can. ſenſit de uxore militis cujusdam, quæ cum de morte mariti non reſciviſſet, alii nuberet. Atque Origenem plures cauſas recepiſſe, ſupra dixi. Sed *Auguſtinus* quoque in Retract. L. 1. a ſententia ſeveriori multum recedere videtur, quamquam ex falſa cauſa, videlicet quod πορνεία ſcelera quævis ſignificet. *Photius* in Nomocant. 3. Can. 3. tempus determinat, quo elapſo uxor ejus, qui non malitiæ ſed militiæ cauſa abiiſſet, iterum nubere poſſit. Et *Balſamon* patriarcha Antiochenus in caſu conjugis furioſi jus Cæſareum canonibus præfert in t. 13. c. 30. ad Nomoc. Phot. Præterea *Matthæus* quoque *Monachus* in Tom. I. Juris Græcor. Rom. ſecundum jus Cæſareum pronuntiavit. Ex quo conſtat, in Oriente divortia in hujusmodi caſibus permiſſa eſſe.

§. XXXIV.

## §. XXXIV.

In Occidente jus quidem Pontificium tandem ex matrimonio sacramentum effinxit. Ex quo conclusio illa nata est, vivente uxore etiam in casu adulterii aliud matrimonium non permitti. Ex contrario separatio quoad thorum & mensam nata est, Sacræ Scripturæ plane ignota. Nihilominus in ipso Jure Canonico vestigia quædam deprehenduntur, olim saniores opiniones extitisse. Ita *c. 18. Caus. 32. qu. 7.* divortium ob impotentiam supervenientem conceditur. Amplius illustratur.

## §. XXXV.

Secuta reformatione B. Lutheri is quoque juris Pontificii error, quod matrimonium sacramentum sit, compertus est. Et tametsi hujus doctrinæ reliquiæ multæ remanserint, multi tamen & ICti & Theologi veritatem cognoverunt. Atque in *Ordinatione Ecclesiastica Danica* cautum est, ut si conjux relegatus fuerit, neque veniam redeundi intra triennium obtinuerit, alteri conjugi permittatur, aliud matrimonium inire. Disciplina Ecclesiarum Gallicarum Reformatarum c. 13. art. 31. ita habet: *que les femmes, dont les maris s'en seront allez & auront eté long tems absens pour marchandise ou pour d'autres causes, se pourvoiront par devant le magistrat, si elles demandent d'être remariées.* Omnino B. *Mart. Lutherus* quondam existimabat, marito, cujus uxor lepra esset correpta, aliud matrimonium permittendum non esse, sed deinde sententiam suam mutavit. De qua re epistola ejus in Tabulario Meiningensi asservatur, teste Brucknero c. 23. §. 25. In quam sententiam *Philippus Melanchthon* quoque concessit in Conf. Theol. apud Dedekenn. Vol. 3. l. 1. Idque tenet *Moldradus* in libro *de matrim.* p. 46. *Brentius* in Tr. von Ehe-Sachen cap. 7. alias nuptias permittit, si maritus militiæ causa in bellum profectus sit, neque intra quinquennium quidquam de eo comperiatur. Bullingerus in Tr. vom Christlichen Ehe-Stande c. 25. ita scribit: Es weiß männiglich, daß die Ehe zum Theil eingesetzt ist, Hurerey zu vermeiden. Wenn nun in der Ehe beharrlich Unvermüglichkeit ist, ehelicher Werke halber, kann männiglich verstehen, daß es ein grosser Unbil wäre, das andre mit Gewalt, das ist, mit solcher unbequemen Ehe zur Hurerey zu dringen ꝛc. Paulo post addit: Die so in keinem Stücke den gedrengten Ehe-Menschen Consensus Doctorum Evangelicorum.

schen zu Hülfe kommen, und die Ehescheidung überein in keine Weise zulassen wollen, thun wie die Pharisäer, die von wegen des Geborts vom Sabbath dem Buchstaben nach die Menschen zu Grund und zu Schanden gehen liessen. Theologi anonymi in consilio de divortio apud Sarcerium ita expressêrunt: Wo eins dem andern beharrlich und ohn Abwenden der Willfahr zu seiner Begehr und Nohtdurft nicht leisten wollte, oder aber ohn Hoffnung der Besserung nicht möchten, daselbst ist auch keine Ehe mehr. Item paulo post: Wo jemand der Leib seines Gemahls ohn Hoffnung treglichs und zeitigs Wiederbringens entzogen wird, kan man ihm andere Heyraht nicht abschlagen. Quod in toto Responso plenius persecuti sunt. Speciatim & de impotentia superveniente tractant, sive ex vitio corporis, sive ex perpetuo furore inciderit, item de casu, cum conjux in exilium relegatur, vel in opus publicum damnatur, putantque, si alter conjux cohabitare amplius cum eo nequeat, neque aditum ad eum habeat, magistratum Christianum cavere oportere, ne conjux innocens alterius causa in discrimine collocetur neque scortationi ansa detur. Idemque in lepra & morbo contagioso tuentur, cum nulla reconvalescendi spes supereſt. Denique p. 204. concludunt in hæc verba: Wo jemand seines Gemahls, das ihm eheliche Gunst leiste, beraubet werde, es komme aus Wol- oder Ubel-Handlung, aus was Gewalt oder Unvermöglichkeit, wie es immermehr kommen könne, so wäre suppositis supponendis matrimonium secundum zu verstatten. Tum in casu, quo furtum quis vel facinus aliud commisit, deinde autem fuga sibi consuluit, uxori alias nuptias permittit *Hemming* de conjug. c. 8. Et ita a consistorio Dresdensi pronuntiatum est. Vid. Dedekenn. Vol. 3. L. 4. In ICtis hanc sententiam defendunt *Kœppen* L. 1. d. 48. *Besoldus* 3. Cons. Tubing. 96. & quodammodo *Stryk* in diss. de desert. conjug. malit. Neque in casu morbi contagiosi improbare hanc sententiam videntur *Beust* P. 2. de matrim. p. 116. aliique a Brucknero allegati, *Rennemann* in JPr. Rom. M. 1. Disp. 42. *Stryk* de dissensu sponsal. Sect. 5. §. 12. nec non in Usu mod. ff. tit. de divort. §. 53. item *Brucknerus* c. 23. ubi in supplemento casus notatu dignus relatus est cum duobus Responsis Theologicis.

OBSER-

# OBSERVATIO CLXI.

## *De matrimonio ob crimen gravius antea perpetratum nullo.*

Puella parentibus nobilibus orta, extra patriam primum aliquamdiu in aula Comitis cujusdam commorata, deinde ab amico quodam humaniſſime recepta multisque beneficiis affecta huic abſenti ſemel iterumque longe ultra mille thaleros ſurripuerat. Quo facto in patriam reverſa res ſurreptas ſecum tulit, falſoque obtendit, ſeſe ea partim ex parentum hæreditate, partim ex liberalitate amicorum, inprimis Comitis & amici, apud quem commorata eſſet, accepiſſe. Ceterum in patria ſummam vitæ morumque honeſtatem & ſanctitatem affectabat, acciditque, ut non multo poſt, quam reverſa eſſet, Paſtori Eccleſiæ nihil mali ſuſpicanti externaque morum ſpecie decepto nuberet. Sed paulo poſt, quam nuptiæ ſecutæ eſſent, furti ſuperioris inſimulata & convicta mulier eſt. Et Cancellaria Regia in relatione ad Regem facta mortem quidem meruiſſe ſecundum art. 162. Conſtitutionis Carolinæ putabat. Sed quoniam Doctorum nonnulli in ea opinione eſſent, ut neque reiteratum furtum haberent in ſpeciebus diverſa vice ablatis, neque ob reiterationem ſupplicium admitterent, niſi fur antea punitus eſſet, præterea commentatores ad Carolinam furtum non qualificatum magnum facta reſtitutione a ſupplicio eximerent, tum non pretii rerum ablatarum duntaxat, ſed etiam perſonæ ratio habenda eſſet & quam læſus damno inde afficiatur, ideo in hoc caſu, cum rea ex familia nobili orta eſſet læſusque plus, quam de quo juraſſet, recepiſſet, reliqua autem abdicaſſet & pro rea ipſe deprecatus eſſet, Cancellariam proponere, an Rex ideo & ratione innocentis mariti ultimum ſupplicium vellet remittere. Rex deinde reſcripſit, ſeſe ponderatis circumſtantiis relatis conſtituiſſe, ut reæ ſupplicium meritum remittatur, ergaſtulo autem tradatur. Muliere igitur in ergaſtulum rejecta, maritus poſtulabat, ut vinculum matrimonii inter ipſos diſſolveretur. Eſſe enim hoc delictum, quo mulier ſeſe in perpetuum incapacem matrimonii & cohabitationis effecerit, juſtam divortii cauſam, ſed & præterea mortem eam meruiſſe, ſupplicii autem condonationem a Principe factam ſibi oneroſam eſſe

non debere. Tum matrimonium quoque per ſe nullum eſſe, quia mulier, occultato delicto, morum honeſtate affectata ipſum decepiſſet & ad ducendum dolo induxiſſet, quam alias ducturus nunquam fuiſſet. Quamobrem & dolum mulieris in ea re & ſuum errorem efficere, ut omnino ob conſenſum deficientem nullum matrimonium ſit. Et omnino dicendum erat, divortio ne opus quidem eſſe, ſed matrimonium ex conſenſu deficiente nullum haberi. Neque enim matrimonium ſine conſenſu ſubſiſtit. Quæ igitur ſimulata morum honeſtate & ſanctitate virum, ut ſe peteret, induxerat, dolo ad ducendum induxerat, cum alias ducturus non fuiſſet, in eaque calliditate & reticentia ratio ſita erat, cur Paſtor eam uxorem petiiſſet. Erat igitur dolus cauſam dans contractui, quia cauſam dare illud intelligitur, in quo ratio, cur quis contraheret, continetur. Matrimonium igitur, ut ceteros bonæ fidei contractus, hoc ipſo nullum fieri, ambigendum non eſt. Vid. Dn. *Bœhmer* in *J. Eccleſ. Proteſt. L. 4. tit. 1. §. 141.* Sed præterea commode dici poterat, errorem quoque mariti in conditione mulieris conſenſum excludere. Neque enim maritus, præſertim Paſtor eccleſiæ, aliter conſenſiſſe intelligebatur, quam ſi perſonam acciperet, cum qua individuam vitæ conſuetudinem poſſet habere, quæ ſocia vitæ & conſors tori eſſet, ſed potius hujusmodi error in conditione perſonæ, cum quis perſonam accipit, quacum vitæ conſuetudinem individuam habere nequeat, conſenſum vitiat. c. 29. *qu. 1. Corvinus Aphor. Jur. Can. L. 2.* tit. 13. §. 24. 26. Ideo matrimonium cum ſerva contractum, quam quis liberam putabat, non ſubſiſtit, quia ad talem errorem nullus conſenſus favore libertatis interveniſſe intelligitur. *cap. fin. X. de conjug. ſerv. Corvinus c. l.* Quod ad propoſitum caſum merito accommodandum erat. Atque *Lutherus* in libro von Ehe-Sachen hanc in rem expreſſit: Wenn ein Mann ſolche Mängel hernach an ſeiner Frau findet, daß er ſie nicht genommen hätte, wo er zuvor hätte gewuſt, ſoll er ja billig frey ſeyn, ſie zu laſſen. Denn er hat ſie mit ſolchem Zuſatz nie bewilliget zu nehmen. Summum igitur Tribunal Cellenſe d. 9. Oct. 1720. matrimonium nullum declaravit hunc in modum: In Sachen Jacob Anthon Chriſtian Rauſchenbuſch, Kl. und Querulanten an einem, wider Margarethen Barbaren Luiſen von Eſſen, Bekl. und Querulatin am andern Theil, in puncto divortii, jam nullitatis matrimonii, wird von Uns B. G. G.

Georg,

Georg, König ꝛc. zu Recht erkannt: daß bey vorgekommenen, und theils aus denen gegen die von Essen in puncto furti magni & reiterati ergangenen Inquisitions - Actis erscheinenden besondern Umständen die zwischen Kl. und Bekl. geschehene eheliche Verbindung für zu Recht beständig nicht, sondern vielmehr für nichtig und ohnkräftig zu achten und zu erklären. Gleichwie Wir solche hiermit für nichtig erklären ꝛc.

# OBSERVATIO CLXII.

## *De justa causa odii ad sponsalia dissolvenda idonea.*

Sequens sententia Consistorii Stadens. d. 26. Febr. 1691. casum satis notabilem continet sponsalium ex causa odii in sponsum ob crassissimam illius ignorantiam Christianæ religionis concepti dissolutorum. In Sachen Herman von Dahlen, Klägern, eines, entgegen und wider Evert Hassen und dessen Tochter, Lücke, Beklagte, andern Theils, in puncto promissi & consummandi matrimonii, ist auf vergeblich gesuchte Güte denen ergangenen Acten, allem mündlichen Vorbringen, auch dabey befundenen Umständen nach zu Recht erkannt; daß wann gleich die angegebene Sponsalia richtig, woran es doch wegen der Beklagtin Consens, wie dero Eltern gestehen müssen, ermangelt, und die Drau-Wort, welche Beklagte zu erweisen erbötig, von Kläger nicht geführet worden, dennoch weil Beklagtin Lücke Hassen wider Klägern, Herman von Dahlen wegen fast unerhörter ruditæt und Unwissenheit in dem Grunde des Christenthums, darinn er sich auch in der ihm vergönnten Frist und veranstalteten Information der Pastoren in Verden dennoch nicht so viel gebessert, daß er die nohtwendigsten Articul des Catechismi wisse und richtigen Bescheid davon geben könne, eine solche Aversion und Wiederwillen geschöpfet, daß sie sich durchaus verweigert, mit ihm die Ehe in Güte zu vollziehen, dahero gestalten Sachen nach, wie keine christliche GOtt wohlgefällige Ehe zwischen denen Parten zu hoffen, Beklagte mit dem Kläger die Ehe durch priesterliche Copulation zu vollziehen nicht anzuhalten, sondern desfalls von ihm zu absolviren und zu entbinden sey ꝛc.

# OBSERVATIO CLXIII.

## *De liberorum adulterinorum per ſubſequens matrimonium legitimatione.*

Rationem legitimationis per ſubſequens matrimonium jure Canonico, quod mores ſequuntur, totam in vi matrimonii & ſacramenti collocatam eſſe, Dn. *Bœhmer* in diſſ. *de legitimatione ex damnato coitu natorum* §. 16. ſq. plenius defendit, oſtenditque, hodie omnem legitimationem ad liberos ex damnato coitu pertinere. Jus igitur Canonicum favorem liberorum inprimis, non parentum, reſpexit. Quod adeo verum eſt, ut ex matrimonio etiam putativo nati legitimi habeantur, etſi matrimonium conſiſtere non potuit. *C. 2. C. 8. C. 14. & 15. X. qui fil. ſint legit.* Secundum quod dicendum eſt, liberos quoque adulterinos ex ſubſecutis nuptiis, ſiquidem conjugium ſubſiſtere poteſt, legitimari & cum legitimis ad ſucceſſionem admitti. Subſiſtit autem conſtitutione Innocentii *III.* matrimonium, ſi nec vivente conjuge prima fidem ſibi dederint, neque illius vitæ inſidiati ſint. *C. 6. X. de eo qui dux. in matrim. quam poll. per adult.* Nec movet textus Alexandri III. in *C. 6. X. qui fil. ſint legit.* ubi ita expreſſum eſt: *Si autem vir vivente uxore ſua aliam cognoverit & ex ea prolem ſuſceperit, licet poſt mortem uxoris eandem duxerit, nihilominus ſpurius erit filius & ab hæreditate repellendus*, prælertim *ſi in mortem uxoris prioris alteruter eorum aliquid fuerit machinatus.* Commodiſſime enim dicetur, deciſionem Pontificis ad caſum propoſitum accommodandam eſſe. Propoſitum autem Pontifici erat, matrem filii adulterini in mortem uxoris machinatam fuiſſe, ut integra verba ejus conſtitutionis, quæ extant in appendice concilii Lateranenſis III. Part. 39. de a. 1179. apud Harduinum T. VI. Concil. P. 2. p. 1819. manifeſtant relata a Dno *Bœhmero* in diſſ. *de legitim. ex damn. coitu nat.* §. 22. Cujusmodi explicatio quoniam deciſionem Pontificis luci reſtituit, omnino admittenda eſt, ut appareat, quid in dicto capitulo Pontifex deciderit, eum videlicet caſum, cum adultera in mortem uxoris machinata fuiſſet. Præterea etſi particula *præſertim* vulgo ampliativa, non reſtrictiva, habetur, tamen tota verborum connexio & ratio fluctuantem quodammodo Pontificis animum vix excludit. Neque

que ex *C. 1. X de eo qui dux. in matr. quam poll. adult.* ſatis certo colligitur, Alexandrum III. omnino matrimonium adulteri cum adultera extra caſus exceptos damnaſſe. Nam in C. 1. ſimiliter ſpecies propoſita fuerat, eum vivente uxore maritus aliam quamvis ejus rei ignaram duxiſſet. Certe concilium Triburienſe jam antea matrimonium hujusmodi præter caſus exceptos permiſerat. *C. 5. Cauſ. 31. quæſt. 1.* Ejus autem auctoritatem apud Pontifices magnam fuiſſe, Clemens III. in *C. 5. X. de eo qui dux. in matr.* ſignificat, his verbis: *quod utique connubium - - - tam Gregorius Papa, quam Triburienſis Synodus deteſtatur.* Omnino igitur dicendum eſt, Jure Canonico filios etiam adulterinos per ſubſequens matrimonium legitimari & ad parentum ſucceſſionem cum legitimis admitti. Eamque ſententiam doctiſſimi ICti tenent defenduntque, ut *Strykius* in Uſu mod. Dig. L. 1. tit. 6. §. 11. 12. ibique allegati, *Bœhmerus* in diſſ. cit. & in J. Eccleſ. Proteſt. T. V. tit. qui fil. ſint legit. *Linkius* in Comm. ad Decret. eod. §. 4. *Hoppius* ad §. 13. I. de nupt. Et ita ſummum Tribunal Cellenſe decidit in cauſa Chriſtinen Urſulen Spangenberg, weyland Jürgen Werners, Bürgers und Stadt-Keller-Wirths in Lüneburg nachgelaſſener Wittwen contra Gottlieb Heerklotz uxorio nomine, in puncto ſucceſſionis, modo filiationis & legitimationis d. 29. Aug. 1738.

# OBSERVATIO CLXIV.

## *De legitimitate & ſucceſſione liberorum ex matrimonio gradus quidem prohibiti, non autem annullato, ſed tolerato.*

### §. I.

Quidam ſubditus Calenbergicus uxoris ſuæ defunctæ ex fratre neptem ſponſalibus cum ea contractis imprægnaverat, deinde in regione Eichsfeldenſi extra territorium a presbytero Romano-Catholico ab ordinibus ſuſpenſo cum eadem copulatus erat. Biennio effluxo vir quaſi nondum contracto matrimonio a Conſiſtorio diſpenſationem ineundi conjugii petiit, ut mulieris a ſe vitiatæ & infantis nati maculam elueret. Conſiſtorio autem diſpenſationem Caſus.

denegante & matrimonium prohibente, idem declarat, se copulatum cum muliere jam esse, senectute quoque affectum & respectum parentelæ ignorasse, quamobrem denuo petiit, ut Consistorium dispensset, neque conjuges separet, sed pœnam pecuniariam a se repetat. Consistorium vero dispensationem iterum negabat, mandabatque Præfectis Regiis, ut hominem in CC. thalerorum mulctam condemnent, propterea quod in gradu plane indispensabili extra territorium copulatus esset. Deinde autem viro denuo deprecanti usque ad LXXX. thaleros mulcta remittitur, & cum Superintendens loci de censura ecclesiastica sententiam Consistorii exquisivisset, Consistorium ei rescripsit, ut virum & uxorem ejus petentes ad confessionem & sacram cœnam admitteret. Quo facto usque ad mortem viri ultra biennium tolerati conjuges sunt, nec quisquam eos amplius molestavit. Mortuo autem viro fratres ejus & sorores hæreditatem defuncti petebant, contendentes, filiam ex injusto & prohibito matrimonio natam patri succedere non posse.

## §. II.

Rationes dubitandi.

Movebat, quod secundum constitutionem Calenbergicam Ducis Johannis Friderici d. 7. Octobr. 1675. tam in casibus Levit. XVIII. & XX. nominatim prohibitis, quam ubi paritas gradus existit, inprimis in secundo quoque affinitatis gradu lineæ inæqualis dispensatio nulla admittitur. Cui sententiæ præterea tam Theologi quam ICti complures magni nominis accedunt. Deinde illud quoque movebat, quod sacerdos ab ordinibus suspensus eos copulasset, qui facultatem actus sacerdotales exercendi non habuisset. Sed etsi benedictio hujusmodi alias effectum haberet, tamen non nisi ceteris paribus conjugium reddere legitimum potest, ne alias sub hoc velamine incestuosa matrimonia & adulterina justa efficiantur. *Lauterbach* Colleg. Pand. tit. de nupt. §. 17. *Bruckner* Decis. Matrim. C. 28. n. 15. p. 287. Si enim vitium circa essentialia matrimonii apparet, non obstante benedictione matrimonium nullum habetur, inprimis quoque si inconsulto Principe vel alio superiore matrimonium contrahi nequeat, tunc nec contractum quoque censetur per solam hierologiam, si Princeps gratiam face-

re

re contrahentibus recuſet. Dn. *Bœhmer de jure Princ. Proteſt. circa ſelennia matrim.* §. *30. p. 47.*

§. III.

Rationes decidendi.

Pro filia autem multa fortiora argumenta in contrarium faciebant. Principio quidem extra dubitationem non eſt, utrum in caſibus *Levit.* XVIII. & XX. expreſſis graduum, an perſonarum duntaxat ratio habenda ſit. Multi enim præſtantiſſimi Theologi & ICti paritatem gradus rejiciunt & perſonarum duntaxat nominatim expreſſarum rationem habendam eſſe volunt. Quod B. Mart. Lutherus quoque ſenſit, qui matrimonium quoque Paſtoris cujusdam Kilonienſis cum ſororis ſuæ filia comprobavit. Vid. Dn. *Ayrer de jure diſpenſandi circa connubia* S. 3. §. 13. & 30. qui & plenius argumenta omnia hanc in rem perſecutus eſt. Vix igitur eſt, ut dicatur, Principem in hujusmodi caſu contra leges eccleſiaſticas diſpenſare non poſſe, cum oſtendi nequeat, conjugium juri divino repugnare. Non dicam deinde, magni nominis ICtos & Theologos defendere, conjugium etiam contra prohibitiones divinas initum ſubſiſtere, ſi per benedictionem & copulam fuiſſet conſummatum. Nam id quidem poſt alios recte confutavit *Chr. Thomaſius* in diſſ. *de validitate conjugii invitis parentibus contracti & per benedictionem ſacerdotis depoſiti conſummati* §. 14. & nos jam ſupra confutavimus.

Ex Levit. XVIII. & XX. graduum an perſonarum ratio habenda ſit.

Favor filiæ ob matrimonium toleratum.

Illud vero utique admittendum erat, cum caſus diſpenſabilis exiſteret, neque matrimonium a Conſiſtorio annullatum eſſet, ſed potius vir & mulier ultra biennium deinde mulcta exſoluta tolerati eſſent, poſt mortem viri partum innocentem puniendum non eſſe, ſed potius legitimum habendum.

Quatenus nuptiæ prohibitæ tolerari poſſint.

Plane ita in Conſiſtoriis Evangelicis obſervari ſolet, ut nuptiæ quidem nefariæ & ſceleratæ, in quas ſupplicium a Deo conſtitutum eſt, veluti parentum & liberorum, fratrum quoque & ſororum plane non tolerentur, ſed annullentur, ſi quæ autem nuptiæ præterea jure divino interdictæ ſunt, & conjuges ſeparari nolint, præſertim ſi duplex copula tam carnalis quam ſacerdotalis intervenerit, irritæ non fiant, ſed prohibitio voto cedat. Nam etſi nuptiæ jure divino prohibitæ ab initio permitti non potuiſſent, tamen ſi nuptiæ interceſſerint, tolerari poſſunt, quia in ſacra Scriptura non cavetur, ut diſſolvantur, ſed divinus legislator illud tantum tradit, turpe facinus eſſe, ſine prole eos morituros. Inde *Jo. Muſæus de Conjug.*

*jug. th. 118.* ſcribit: *in iis caſibus, ubi capitis ſupplicium expreſſe a Deo conſtitutum non ſit, poſſe conjuges in conſummato conjugio relinqui Magiſtratus pœnæ arbitrariæ ſubjectos.* Quod multo magis admittendum eſt, ſi humana potius quam divina lege prohibitum matrimonium eſt, quia aliud eſt prohibere, aliud irritum facere. Quam in rem appoſite *Grotius* de Jure belli & pacis L. 2. C. 5. th. 16. n. 1. *Imo etiam ſi lex humana conjugia inter certas perſonas contrahi prohibeat, non ideo ſequetur irritum fore matrimonium, ſi re ipſa contrahatur. Sunt enim diverſa, prohibere & irritum quid facere, nam prohibito vim ſuam exſerere poteſt per pœnam vel expreſſam vel arbitrariam.* Et ſimile judicatum Tribunalis Wismarienſis in matrimonio gradus prohibiti recenſuit *Mevius P. 8. Dec. 153. & P. 3. D. 399.* In qua ſententia *Carpzovius* etiam fuit in *Jurisprud. Conſiſt. L. 2. def. 99.* & *Jurisprud. for. P. 4. Conſt. 33. def. 11.* putans honori matrimonii & fœminæ defloratæ, favori quoque partus aliquid tribuendum eſſe. Et plane multa quoque alias facilius impediuntur, quam facta reſcinduntur *C. 25. X. de jurejur.* Conf. *Martin. Schrader de cauſis fori eccleſiaſtici §. 84. Bruckner Dec. Matrim. C. 5. p. 264. ſq. Conſtitut. Elector. Saxon. apud Dedekennum Volum. 3. L. 3. Sect. 1. t. 2. n. 2. p. 240.* Omnino *Schilterus* in Exerc. 36. ad ff. §. 45. ſq. matrimonium tolerat cum privigna, quod majus vinculum eſt, ubi quidem ex Maimonida aliisque ſcriptoribus Judaicis docet, tale conjugium illicitum fuiſſe, ſed hunc in modum, ut verberum pœna irrogaretur, non item ut matrimonium dirimeretur. Plane non deficiunt, qui tolerandum eſſe hujusmodi matrimonium negant, ut *Gerhardus* de conjug. n. 649. *Brunnemann* in Jure Eccleſ. L. 2. C. 16. §. 26. & 27. & *Stryk* in not. ibid. *Ziegler* ad Grotium L. 2. C. 5. th. 14. n. 4. aliique. Sed prior ſententia plus æquitatis & utilitatis habet & in propoſito præterea ex actis conſtabat, in alio quodam ſimili caſu conjuges antea finibus ejectos deinde iterum receptos fuiſſe. Accedebat, quod probabile erat, parentes filiæ non intellexiſſe, matrimonium eo caſu non diſpenſari, & quod ex matrimonio putativo liberi etiam legitimi habentur, etſi unus conjugum in mala fide fuerit, vel conjuges de validitate matrimonii tantum dubitaverint. *Hert. de matrim. putat. §. 11. & 18.* Mulieris autem certe ſimplicitas & juris ignorantia ſatis apparebat. Denique quod facer-

cerdos ab ordinibus ſuſpenſus benedictionem celebraſſet, nihil ad rem faciebat, quoniam, quamdiu degradatus non eſt, ab exercitio quidem eorum actuum is arcetur & pœnæ reus ſit, actus autem per eum geſtus ratus & efficax eſt. Vid. *Thomaſius de valid. conjug. invit. par. contr.* §. 21. Summum igitur Tribunal Cellenſe ſecundum filiam contra defuncti fratres & ſorores pronuntiavit in cauſa Chriſtoph, Andreas, Itſabe und Maria, Geſchwiſter Hofmeiſters contra Annen Margrethen Michels d. 14. Oct. 1724. hunc in modum: Nachdemmalen Claus Hofmeiſter bereits verſtorben, und es alſo auf die Trennung der Ehe quæſt. nicht mehr ankommt, deſſen mit Annen Margrethen Michels erzeugten unmündigen Tochter aber ihres Vaters Nachlaß, wegen des von ihren Eltern begangenen, auch an ſelbigen beſtraften Fehlers, nunmehro geſtalten Sachen nach nicht wol verſaget werden mag, daß demnach Klägere und Appellanten mit ihrem an Claus Hofmeiſters Nachlaß gemachten Anſpruche ab- und zur Ruhe zu verweiſen ꝛc.

An actus ſacerdotis ſuſpenſi efficax ſit.

# OBSERVATIO CLXV.

## *Ad conſtitutionem Regiam et Electoralem d.* $\frac{4}{15}$ *Dec. 1733.*

## *De reparandis ædificiis parochialibus.* (*)

Auguſtiſſimus Rex Georgius II. d. $\frac{4}{15}$ Dec. 1733. in terris Calenbergicis conſtitutionem emiſit, qua cautum eſt, ut parochiani ad ædificandas vel reparandas ædes parochiales ſecundum modum publicorum tributorum (nach dem Fuß der Contribution) contribuerent, neque in ea re contraria obſervantia reſpiceretur. Incidit, ut eccleſiæ duæ filiæ ejusdem matris inter ſe contenderent de modo, ſecundum quem unaquæque filia & communitas ad reparandas ædes parochiales contribueret. Altera obſervantiam, conſtitutionem provincialem altera allegabat. Movebat, quod Auguſtiſſimus Legislator in principio conſtitutionis præfatus eſt, lites multas & graviſſimas inde ortas eſſe, quod hubarii pleni cum ſemihubariis, caſatis, accolis & hoſpitibus de proportione in modo contribuendi hucusque contendiſſent & obſervantiam diſcrepantem allegaſſent. Ex quo conficiendum videbatur, conſtitutionem ad eum duntaxat caſum pertinere, cum ejusdem communitatis participes hubarii, caſati ceterique inter ſe contenderent, non item ad eum caſum con-



(*) Conf. T. III. Obſ. CLXXXIV.

ſtitutionem proferri, ſi duæ communitates ſecum diſceptarent. Sed intentio Auguſtiſſimi Legislatoris ad parochianos univerſos pertinuiſſe videtur, ne de modo contribuendi lites inter eos agitarentur. Poſtquam enim in præfatione de hubariis & caſatis dictum eſt, de conſortibus univerſis (allerſeits Intereſſenten) ſubjicitur, modusque præſtituitur præcidendi lites inter ruricolas (zwiſchen denen Landleuten). Deinde quoque de parochianis cavetur, ut ita contribuant. Accedit, quod non tantum ratio æquitatis eadem ubique ſubeſt, ſed etiam intentio Auguſtiſſimi Legislatoris ad lites omnino inter parochianos tam ejusdem communitatis quam duarum communitatum accommodata intelligitur. Cum igitur Cancellaria Regia Hannoverana in propoſito caſu ſecundum conſtitutionem relatam pronuntiaſſet, ſummum Tribunal appellationem interpoſitam rejecit d. 25. Oct. 1743. in cauſa der Gemeine zu Wölmershauſen contra die Gemeine zu Bennighauſen his verbis: Weil die in Decreto a quo angezogene Landes-Conſtitution d. $\frac{4}{15}$. Dec. 1733. general verfaſſet, folglich auch allerdings auf den gegenwärtigen Vorfall, da unter 2. Gemeinen der Streit, mit zu ziehen iſt ꝛc.

# OBSERVATIO CLXVI.

## *De origine & jurisdictione Conſiſtoriorum.* (*)

### §. I.

Natura Conſiſtoriorum.

Quæ nunc ad Conſiſtoriorum Evangelicorum jurisdictionem pertinent, ea apud Romano-Catholicos & jure Canonico jurisdictioni eccleſiaſticæ aſſignantur. Quo pertinent cauſæ matrimoniales & in Clericos jurisdictio. Conf. Dn. *Bœhmer* in *Jure Eccleſ. Proteſt. T. I. L. I. tit. 28. §. u.* Neque vero ſtatim poſt reformationem B. Lutheri ſeparata judicia eccleſiaſtica vel Conſiſtoria, qualia nunc ſunt, inſtituta & diſpoſita fuere, ſed potius Epiſcoporum jurisdictione nondum ſuſpenſa Principes Evangelici quadam neceſſitate adacti jus interea ſubditis ſuis dicebant, ut pax cuſtodiretur. Nam ita in *Articulis Fidei* Auguſtæ Vindelicorum a. 1530. exhibitis tit. de poteſtate eccleſiaſtica nominatim expreſſum eſt: *Si quam habent aliam* (Epiſcopi) *vel poteſtatem vel jurisdictionem in cognoſcendis certis cauſis videlicet matrimonii aut decimarum, &c. hanc habent*

(*) Conf. T. III. Obſ. XCVII.

*habent humano jure, ubi ceſſantibus ordinariis coguntur Principes vel inviti ſuis ſubditis jus dicere, ut pax retineatur.* Deinde in *articulis Smalcalditis* tit. *de poteſtate & jurisdictione Epiſcoporum* de a. 1537. tractatum fuit de peculiaribus judiciis eccleſiaſticis præſertim matrimonialibus. Quæ verba ſubjeci, quoniam intentionem Evangelicorum in his judiciis ſatis clare exponunt. *Reliqua eſt jurisdictio in iis cauſis, quæ jure Canonico ad forum, ut vocant, eccleſiaſticum pertinent, ac præcipue in cauſis matrimonialibus. Hæc quoque habent Epiſcopi humano jure & quidem non admodum veteri, ſicut ex Codice & Novellis Juſtiniani apparet, judicia matrimoniorum tunc fuiſſe apud Magiſtratus. Et jure divino coguntur Magiſtratus mundani hæc judicia exercere, ſi Epiſcopi ſint negligentes. Idem concedunt & canones. Quare etiam propter hanc jurisdictionem non neceſſe eſt obedire Epiſcopis. Et quidem cum leges quasdam condiderint injuſtas* de conjugiis *& in ſuis judiciis obſervent,* etiam propter hanc cauſam opus eſt alia judicia conſtitui, *quia traditiones de cognatione ſpirituali ſunt injuſtæ. Injuſta etiam traditio eſt, quæ prohibet conjugium perſonæ innocenti poſt factum divortium. Etiam injuſta lex eſt, quæ in genere omnes clandeſtinas & doloſas deſponſationes contra jus parentum approbat. Eſt & injuſta lex de cœlibatu ſacerdotum. Sunt & alii laquei conſcientiarum in eorum legibus, quos omnes recitare nihil attinet. Illud ſatis eſt reciteſſe, quod multæ ſunt injuſtæ leges Papæ* de negotiis matrimonialibus, propter quas magiſtratus debent alia judicia conſtituere. *Cum igitur Epiſcopi, qui ſunt addicti Papæ, defendant impiam doctrinam & impios cultus, nec ordinent pios Doctores, imo adjuvent ſævitiam Papæ, præterea jurisdictionem eripuerint Paſtoribus & hanc tantum tyrannice exerceant, poſtremo cum in cauſis matrimonialibus multas injuſtas leges obſervent, ſatis multæ & neceſſariæ cauſæ ſunt, quare Eccleſiæ non agnoſcant eos tanquam Epiſcopos. Ipſi autem meminerint, opes datas eſſe Epiſcopis tanquam eleemoſynas propter adminiſtrationem & utilitatem eccleſiarum, ſicut inquit regula; beneficium datur propter officium. Quare non poſſunt bona conſcientia poſſidere illas eleemoſynas: & eccleſiam interim defraudant,* cui opus eſt *illis facultatibus ad miniſtros alendos & juvanda ſtudia & ſuppeditandum certis pauperibus,* & conſtituenda judicia, præſertim matrimonialia. *Tanta enim varietas & magnitudo eſt controverſiarum matrimonialium, ut hic opus ſit* pe-

culiari foro, *ad quod conſtituendum opus eſt eccleſiæ facultatibus.* Ex quibus verbis intelligitur, inprimis ob cauſas matrimoniales earumque varietatem & multitudinem judicia peculiaria eccleſiaſtica neceſſaria eſſe viſa. Quod præterea ex formula reformationis apud Seckendorfium p. 534. a. 36. manifeſtatur. Conf. Dn. *Bœhmer* in *Jur. Eccleſ. Proteſt. T. I. L. I. tit. 28. §. 12.* & *Mich. Henr. Reinhardi diſſ. poſter. de ſtatu cauſ. matrimon. temp. reform. P. 2. §. 7. 8.* Atque a. 1536. Electorem Saxoniæ de judicio ſacro inſtituendo ſerio cogitaſſe, Mauritium autem Ducem a. 1543. Lipſiæ conſiſtorium quoddam inſtituiſſe, *Reinhardus* c. l. plenius retulit. Nam antea quidem in Saxonia cauſas matrimoniales a parochis inprimis tractatas eſſe, idem oſtendit in relatæ diſſertationis Parte ſecunda. In Ducatu Luneburgico Dux Erneſtus primum Ordinationem Eccleſiaſticam tulit a. 1543. ſed peculiare Conſiſtorium nondum inſtituerat. Nam in proœmio quidem Dux expreſſit, ſe ipſum eccleſias viſitaſſe & comperiſſe, de miniſtrorum ſalariis & cauſis matrimonialibus aliisque conſtituenda quædam eſſe. Verba hæc ſunt: Nachdem Wir in leibhaffter Viſitation und ſonſt befunden haben, das etliche Mengel an der Kirchen-Diener Unterhaltung auch zweifelhafftige Felle von Verehelichung der Leute und anderen beſchwerlichen Sachen fürgefallen ſeyn, darinne Vorſehung und Satzung zu machen, wes ſich in ſolchen allen und jeden zu halten ſeyn ſolle, Wir von nöhten geachtet, demnach haben wir nachfolgende Ordnung gemacht ꝛc. Neque usquam in tota Ordinatione Conſiſtorii cujusdam mentio injecta eſt, ſed in proœmio Dux conſtitutionem ſuam Præfectis, parochis & ſubditis obſervandam demandavit, verbis: Unſern Amt-Leuten, Kirchherrn und Unterthanen. Ex eadem conſtitutione intelligitur, cauſas matrimoniales a parochis tractatas eſſe, ut olim in Saxonia, vel ſi coercitio præterea requireretur, ad Principem ejusque conſilium referri oportuiſſe. Nam ita titulus von Verehelichung incipit: Als ſich mannigerley Irrungen und Mißverſtand bey den Kirchherrn, Amt und gemeinen Leuten aus dem, daß ſie nicht eigentlich wiſſen, wie nahe Gefreunde ein andern zur Ehe nehmen mögen, und welchen ſolche Bluts-Verwantniß Sibbe und Freundſchaft halber verbotten ſey, zugetragen. Ad Principem autem ejusque conſilium de gravibus cauſis & dubiis referri oportuiſſe, in eodem titulo declaratur his verbis: Es möchte aber der Betrug und Sache dermaſſen beſchwerlich und geſtalt ſeyn, daß der

Betrü-

Betrüger über dieſe Peen auch mit dem Thurm und Gefängniß ein Zeitlang geſtraft ſollte werden, wie Wir Uns und Unſern Rechten hierinne die Erkenntniß auch vorbehalten. Tota quoque ordinatio illa eccleſiaſtica de parochorum duntaxat reditibus, cauſis matrimonialibus & adulteriis atque ſtupris tractat. Procul autem dubio judicia eccleſiaſtica & Conſiſtoria deinde poſt Pacem Religioſam inprimis inſtituta & ad B. Lutheri & Theologorum conſilium diſpoſita ſunt, ut & de matrimonialibus cauſis judicarent & ea curarent, quæ jurisdictionis Epiſcopalis eſſent, Principes vero Evangelici ceſſantibus ordinariis hucusque velut inviti ipſi curaſſent. Nam *Lutherus* Tom. III. Altenb. fol. 32. jam dixerat, Politicos Principes gubernationi eccleſiaſticæ diu præeſſe & vacare non poſſe, quum & viribus ipſorum major illa ſit & ingentes requirat ſumtus. Præterea Ordines Imp. evangelici in comitiis 1539. 1540. & 1541. jam receperant, ſeſe veteris diſciplinæ revocandæ gratia ordinandis judiciis eccleſiaſticis pro virili anniſuros. Ut commodiſſime annotavit *Reinhard c. l.* §. 7. Igitur deinde Conſiſtoriis inſtitutis omnino dicendum eſt, judicia eccleſiaſtica Principes inſtituere voluiſſe, quæ religionem & ceremonias, rerum ſacrarum & eccleſiaſticarum adminiſtrationem, cauſasque matrimoniales inprimis tractarent, & ſi quæ præterea ad forum eccleſiaſticum pertinere intelliguntur, quo in perſonas Clericorum jurisdictio referenda eſt. Quanquam Conſiſtoriorum jurisdictionem ad abuſus jurisdictionis eccleſiaſticæ olim præſertim uſurpatos, proferri minime oportet.

## §. II.

Atque omnino in perſonas & familiam miniſtrorum eccleſiæ ac ſcholarum jurisdictio Conſiſtoriis aſſignanda eſt. Quod de perſonis miniſtrorum eccleſiæ in Ordinationibus Eccleſiaſticis, Calenbergica & Luneburgica manifeſtum eſt. Idem ad familiam eorum merito pertinet, item ad ſcholarum publicarum miniſtros. Idque uſu notorio confirmatur, ut de ea re dubitandum non ſit. Quamobrem ex perſona Clerici debitoris concurſus quoque creditorum in Conſiſtorio formari poteſt. De jurisdictione in perſonas & familiam Clericorum.

# OBSERVATIO CLXVII.

## *De arreſtis in foro contractus decernendis.*

Arreſtum moribus introductum eſt ſecuritatis efficiendæ gratia, quæ alias procurari nequeat. *Mev. P. 7. Dec. 329. n. 3.* Omnino igitur arreſta permittuntur, ſi fas eſt, cautionem vel ſecuritatem exigere, illa autem aliter præſtari non poſſit. Quamobrem contra extraneos quoque in foro contractus deprehenſos, niſi aliter de judicato ſolvendo idonee caveant, arreſta recte decernuntur, ne forum competens contractus inane reddatur. Vid. *Mev. P. 7. Dec. 329.* Multo magis poſtquam res in foro contractus judicata jam eſt, executionis gratia contra reum ibi deprehenſum decerni arreſtum poteſt. De qua re cum contentio intercederet, in cauſa des Stadt-Vogtey-Gerichts zu Ulzen, Bekl. und Querulanten, contra den Anwald des Amts Bodenteich, Kläger und Querulanten, *ſummum* Tribunal Cellenſe primum d. 30. Jan. 1727. ita pronuntiavit: Daß da in beyden Sachen das forum contractus & delicti gegründet, der Beklagte Amts-Unterthan Ebeling auch vor dem Stadt-Vogtey-Gericht ſich eingelaſſen, Caution beſchaffet, Procuratorem beſtellet, und Judicata vorhanden, dem querulirenden Stadt-Vogtey-Gerichte nicht zu verweigern ſtehe, dieſen Ebeling und andere Fremde, wenn ſie ſich in foro contractus betreffen laſſen, ad ſolvendum judicata anzuhalten, wo es aber die Execution in den Höfen verlanget, oder in den Fällen, da das forum contractus keine Statt hat, ſolche gebührend per Subſidiales a judice domicilii zu erſuchen ſchuldig. Poſtea inter eosdem litigatores nova contentio oriebatur, an hæc ſententia ad debita illiquida quoque pertineret, præſertim vero ad eum caſum, cum reus litem in foro contractus conteſtatus nondum eſſet, & an perſona quoque debitoris vel colonorum ruſticorum equi & vehicula poſſent arreſtari. Movebat, arreſtum ſpeciem executionis eſſe, quæ nec ante litem conteſtatam, neque regulariter in inſtrumentis ruſticis decerni poſſet. Sed hoc non placuit. Neque enim hoc caſu executio, ſed cautio exiſtit, & præterea aliis rebus deficientibus in ſubſidium quoque in inſtrumenta ruſtica executio recte decernitur. *B. Par. Introd. in proc. civ. Lun. P. 5. C. 2. §. 6.* Idque veteri Germaniæ uſu comprobatum eſt. Nam ita Leges vetere muni-

municipales Brunsvicenſes P. 1. art. 15. *richtet eme de Marſchalk nicht, he mot wol* ſinen wagen upholden *vor ſin ghelt.* Summum igitur Tribunal d. 28. Sept. 1743. pronuntiavit: Daß zuförderſt die von Seiten des Amts geſuchte Declaration Unſerer Urthel vom 30. Jan. 1727. immaſſen dieſelbe theils demjenigen, was darinn erkannt worden, theils aber denen klaren Rechten entgegen lauffet, keine Statt finde. Eodem quoque die in cauſa derer zu Hegung des Stadt-Vogtey-Gerichts zu Ulzen verordneten beyden Rahts-Verwandten, Appellanten contra den Anwald des Amts Ebſtorff ſummum Tribunal ita pronuntiavit: Alldieweilen nach Maßgabe der unter heutigem dato in cauſa des Stadt-Vogtey-Gerichts, wie auch Bürgermeiſter und Raht zu Ulzen entgegen das Amt Bodenteich eröffneten Urthel die letzterer Seits gebetene Declaration des in ſolcher Sache am 30. Jan. 1727. abgegebenen Erkenntniſſes nicht Statt findet, verfolglich dasjenige, was der Arreſtirung des Rickmannſchen Wagens und Pferde entgegen geſetzet worden, von keiner Erheblichkeit iſt, vielmehr dieſelbe zu demjenigen, was den Appellanten in oberwehntem Judicato beygeleget worden, ſich völlig qualificiret, bevorab der Debitor ſich nachhero bey dem Stadt-Vogtey-Gerichte eingelaſſen, und die Zurückbehaltung des Wagens zur Sicherheit des Klägers verwilliget, als hat die von dem Appellaten nachgeſuchte Loslaſſung des annoch in Arreſt befindlichen Wagens keine Statt. Wogegen dennoch das Appellantiſche Gericht angewieſen wird, bey dergleichen arretirung hinkünfftig alle Behutſamkeit zu gebrauchen, und dazu nicht ehender zu ſchreiten, als wenn nichts anders vorhanden, welches mit Arreſt beleget werden könne, den Arreſt auch, ſo bald von Seiten des Bekümmerten hinlängliche Sicherheit geſtellet worden, wieder aufzuheben, und daneben aller Perſönlichen Arretirung oder Incarcerirung der Debitorum ſelbſt ſich zu enthalten. Quæ extremæ cautiones ideo adjectæ ſunt, quia, ut jam dixi, arreſtum ſecuritatis procurandæ gratia duntaxat permittitur. Quæ ſecuritas ſi alio modo efficiatur, merito arreſtum ceſſat. Præterea autem perſonarum captura ſeu arreſtatio ob debita ex contractu, niſi omnino alia ſecuritas deficiat & extraneus quis ſit, extra territorium habitans vel domicilium eo transferre intendens, non facile permittitur.

OBSER-

# OBSERVATIO CLXVIII.

## *De furtis minoribus ad jurisdictionem inferiorem pertinentibus.* (*)

De furtis minoribus, quatenus recte ad jurisdictionem inferiorem seu civilem referantur, plenius explicavi in libro *de Jurisdictione Germanica* P. II. S. II. C. 2. §. 50. & S. III. C. I. §. 348. S. IV. C. un. §. 50. Hoc autem loco subjiciam præjudicium noviſſimum Curiæ provincialis Cellenſis a ſummo Tribunali confirmatum in cauſa Ernſt August Chriſtoph von Hitzacker zu Dötzingen, Imploranten, contra die Beamte zu Dannenberg, wie auch zu Hitzacker, Imploraten, in puncto denegirter Siſtirung einiger Amts-Unterthanen, ubi Curia provincialis d. 15. Junii 1743. pronuntiavit in hunc modum: Daß Implorante in dem angeblich von den Dreſchern, Johann Jürgen Linden aus Braſche, Amts Dannenberg begangenen ad Jurisdictionem criminalem *nicht zu* referirenden geringen Diebſtahl **vier Himten unreinen** Rockens zu cognoſciren, und ſolchen zu beſtrafen wol befugt, mithin Imploraten beſagten Linden ſowol als den andern Dreſcher Joachim Henrich Schulzen auf Implorantens ferner abzulaſſende Requiſitoriales vor deſſen Gericht zu ſiſtiren ſchuldig. Appellationem autem interpoſitam ſummum Tribunal rejecit per Decr. d. 18. Sept. 1743. his verbis: Weilen der angegebene geringe Korn-Diebſtahl zumahl bey fürkommenden Umſtänden zur Peinlichen Gerichtbarkeit nicht gehöret, ſo kann dem Suchen, Proceſſus zu erkennen, nicht deferiret werden.

# OBSERVATIO CLXIX.

## *Denuntiator in cauſis criminalibus an recte appellet.* (**)

Cum quis crimen perpetratum judici denuntiavit, judex autem deinde indicia ſibi propoſita ad ſpecialiter inquirendum parum ſufficientia habuit, vel & non ſatis gravatum reum abſolvit, is, qui denuntiavit, propterea minus recte appellat. Neque enim ratione publicæ vindictæ delatoris quidquam intereſt, ſupplicio reus

(*) Conf. T. II. Obſ. LVII. §. 4. & LXVIII. §. 5.
(**) Conf. T. III. Obſ. C.

reus afficiatur, an minus. Suam autem privatam ſatisfactionem, ut puta ſi ſuas res ablatas dicat, civili actione perſequi nihilominus non impeditur, adeoque damnum ei & gravamen ex abſolutione rei nullum infligitur. Quamobrem ſummum Tribunal Cellenſe hujusmodi appellationem rejecit d. 23. Julii 1739. in cauſa des Manufactur - Commiſſarii *I. H. Grætzels*, Denuntianten contra *F. W. Rittmeyer*, Denuntiaten his verbis: Weilen quoad Grav. I. Implorante ſelber behauptet, daß er in dieſer Sache kein Accuſator, ſondern ein bloſſer Denuntiante geweſen, folglich es ihm gleichgültig ſeyn muß, ob Judicium a quo die angezeigte Indicia zu Anſtellung einer ſpecial-Inquiſition hinreichend befunden, oder nicht, maſſen ihm aus der abſolution des Denuntianten kein Schade zuwächſet, ſondern ihm die actio civilis, wenn er damit fortzukommen ſich getrauet, gegen denſelben ohnedem offen bleibet ꝛc.

# OBSERVATIO CLXX.

## *De compromiſſo in judicem vel magiſtratum ſuperiorem.*

Judex vel Magiſtratus ſuperior an arbiter eligi & in eum compromitti poſſit, non ineleganter quæritur. Movet, quod in *L. 9. §. 2. ff. de recept. arbitr.* expreſſum eſt, ſi quis judex ſit, eum arbitrium recipere ejus rei, de qua judex ſit, inve ſe compromitti jubere, prohiberi lege Julia, & ſi ſententiam dixerit, non eſſe dandam pœnæ perſecutionem. Ex quo Doctorum nonnulli conficiunt, nullum judicem ordinarium in cauſa, quæ ad ejus notionem pertineat, arbitrum eſſe poſſe, propterea quod juris civilis ratio non patiatur, eum, qui jus habeat perfectum & ſuperius in re, in eadem re jus acquirere inferius, tantoque minus judicem majorem arbitrium recipere, quoniam, ſi actor arbitri laudo ſtare nolit, ſed cauſam ex integro agere incipiat, judex ordinarius adeundus ſit, qui tamen in ea cauſa, in qua arbiter fuerit, judicare non poſſit. Vid. *Ant. Faber L. 2. Cod. tit. 38. def. 2. Tuldenus ad tit. C. de recept. arb. n. 1. Bachov. ad ff. eod. tit. C. 2. p. 1239.* Præterea in *Receſſu Imperii de a.* 1594. §. 64. cavetur, ne compromiſſa vel arbitria omnia a Camera Imperiali recipiantur, ſed duntaxat inter Sta-

tus Imperii, vel hujusmodi perſonas, quæ in prima inſtantia forum in Camera Imperiali haberent. Sed placuit, compromiſſum vel arbitrium etiam a magiſtratu ſuperiore recipi poſſe. Nam lex quidem allegata 9. §. 2. *ff. de recept. arbitr.* ut *Duarenus ad d. tit. ff. fol. 143.* pulchre animadvertit, non ad magiſtratum ordinarium, ſed ad judicem pedaneum ad certam cauſam datum pertinet. Quod ipſa verba legis ſignificant hæc: *ejus rei, de qua judex eſt.* Iudex igitur pedaneus, utpote formulæ Prætoris adſtrictus arbiter eligi prohibebatur, ne arbitrio recepto a formula Prætoris recederet. Contra Magiſtratum arbitrium poſſe recipere, ſed ad proferendam ſententiam non cogi, haud obſcure in *L. 3. §. f. & L. 4. ff. de recept. qui arbitr. recep.* ſignificatur. Neque vero præterea prohibitionis ratio ex jure ſive naturali ſive civili adduci poteſt, cur in magiſtratum præſertim ſuperiorem compromitti non poſſit. Quin potius hujusmodi compromiſſum ad abrumpendas lites pertinebit. Et profecto, niſi ita ſtatuas, dicere oportebit, jurisdictionem prorogari non poſſe. Quod & moribus & juri civili Romano repugnat. Receſſus autem Imperii allegatus ad Cameram Imperialem reſtringendus eſt, ne ſcilicet Camera cumulo & mole litium obrueretur & arbitriis receptis cauſæ ordinariæ poſtponerentur. Quamobrem ita recte tenent defenduntque *Schilterus* in *Exerc. 12. ad ff. §. 3. Stryk* in *Uſu mod. ff. L. 4. tit. 8. §. 4.* & allegati apud *Wiſſenbachium Diſp. 15. ad ff. §. 14.* compromitti etiam in judicem ſuperiorem poſſe. Summum igitur Tribunal Cellenſe compromiſſum hujusmodi recepit in Compromiß-Sachen des Geh. Rahts und Landſchafts-Directoris, Ehrn Ernſt Wilhelm, Freyherrn von Spörken und deſſen nachgelaſſener nunmehro auch verſtorbenen Wittwen, Dorotheen Eliſabeth von Steinberg hinterbliebener ſämtlicher Erben, in puncto verſchiedener bey der mütterlichen Erbtheilung vorgekommenen Streitigkeiten.

# OBSERVATIO CLXXI.

## *Donatio parentum ſimplex a liberis an conferatur.*

Quemadmodum dos & donatio propter nuptias oneri collationis ſubjicitur, ita donationem quoque ſimplicem parentum a libe-

liberis conferri oportere, multi contendunt. Quod Græci quoque ſenſerunt. Vid. *Conſtantinus Harmenopolus* in *Procheiro Legum L. 5. tit. 8. de collatione* §. *fin.* Conf. *Lauterbach* Colleg. theor. pract. Pand. tit. de collat. §. 17. *Simon von Leuwen* Cenſ. for. L. 3. C. 13. n. 16. Sed rectius dicetur, donationem ſimplicem, niſi filiofam. a patre factam, non conferri, niſi quidem alii liberorum dotem vel donationem propter nuptias conferendam habeant, vel pater ſub lege collationis donaverit. Nam plane ſi pater filiofam. donaverit, donatio nulla eſt, quia inter patrem & filiumfam. contractus non ſubſiſtit. Eoque pertinet *L. 13. C. de collat.* niſi quidem hæc lex de fundo in dotem filiæ dato intelligenda quoque eſt, ut quidam ſentiunt. Vid. *Jo. Voet* ad tit. ff. de collat. §. 13. *Huber* Præl. ad Dig. eod. tit. §. 2. Ceterum ſi nec filiofam. donatum a patre ſit, nec ceteri liberi dotem forte vel donationem propter nuptias conferendam habeant, manifeſtum eſt, donationem ſimplicem non conferri. Nam & *L. 18. C. fam. herciſc.* ita habet & in *L.* 20. *C. de collat.* Juſtinianus nominatim expreſſit, in aliis caſibus donationem ſimplicem non conferri, niſi hujusmodi legem donator tempore donationis ſuæ indulgentiæ impoſuerit. Quod quidem feciſſe, vel ita ſenſiſſe intelligitur, ſi alii liberi dotem vel donationem propter nuptias acceperint. Nam tum donaſſe pater veluti compenſationis gratia videtur ob ea, quæ ceteris liberis dederit. Quemadmodum igitur ceteri dotem vel donationem propter nuptias deinde conferunt, ita æquiſſimum eſt, & donatoris intentioni congruit, donationes quoque hoc reſpectu aliis datas conferri. Et ita judicavit ſummum Tribunal Cellenſe, donationes liberis a matre factas in ſucceſſione hæreditatis maternæ non conferri, in Compromiß-Sachen weyl. des Geh. Rahts und Landſchafts-Directoris, Ehrn Ernſt Wilhelm, Freyherrn von Spörken und deſſen nachgelaſſener, nunmehro auch verſtorbener Wittwen, Dorotheen Eliſabeth von Steinberg hinterbliebener ſämtlicher Erben, in puncto verſchiedener bey der mütterlichen Erbtheilung vorgekommener Streitigkeiten.

# OBSERVATIO CLXXII.

## *De legato piæ cauſæ, an ex ſola ſcriptura privata ſine teſtibus valeat.*

Legatum piæ cauſæ relictum ex ſola ſcriptura privata valere, etiamſi nulli teſtes adhibiti ſint, nonnulli Jureconſulti magni nominis ex jure Canonico defendunt. Sed verius videtur, jure quoque Canonico duos vel tres teſtes & requiſitos quidem intercedere oportere, ut in *c. 11. X. de teſtam.* de cujus quidem uſu alias inter ipſos Catholicos quoque Doctores ambigitur, nominatim expreſſum eſt. Jus enim Canonicum numerum duntaxat teſtium reſtrinxit, cetera ex jure civili retinuit. Nam & requiſitionem teſtium retinuit, quæ ad veritatem probandam nihil facit. Adeoque dici non poteſt, Jus Canonicum veritatem negotii duntaxat inſpexiſſe. Præterea idonei quoque & legitimi teſtes in d. cap. 11. exiguntur. Quamobrem omnino dicendum eſt, ſolennitates jure Canonico in piis cauſis non ſublatas, ſed coarctatas tantum eſſe. Neque ex Concilio Lateranenſi a diſſentientibus allegato contrarium convincitur, quo potius eadem verba continentur, quæ ex c. 11. X. de teſtam. recenſita ſunt. Itaque ſentiunt *Fachinæns* L. 4. cap. 3. *Zæſius* ad Decret. tit. de teſtam. n. 22. *Schilterus* Exerc. 38. ad ff. §. 14. *Rittershuſius* in differ. jur. civ. & Can. L. 4. c. 2. *Harprecht* in diſſ. de admixt. extr. perſ. in diſp. par. int. lib. th. 18-21. *Lauterbach* Colleg. Pand. L. 29. tit. 1. §. 50. Conf. *Klock* Relat. Camer. 10. n. 109. ſq. Et ita ſummum Tribunal Cellenſe aliquoties pronuntiavit, ut in cauſa Marien Cathrinen Spiegel von Pickelsheim & Conſ. contra Fridrich Ludwig Anthon von Nölting in puncto ſtipendii familiæ, & in Compromiß-Sachen weyl. des Geh. Rahts und Landſchafts-Directoris, Ehrn Ernſt Wilhelm, Freyherrn von Spörken, und deſſen nachgelaſſener nunmehro auch verſtorbener Wittwen, Dorotheen Eliſabeth von Steinberg, hinterbliebener ſämtlicher Erben, in puncto verſchiedener bey der mütterlichen Erbtheilung vorgekommenen Streitigkeiten.

OBSER-

# OBSERVATIO CLXXIII.

## *Ad L. 3. C. de apoch. publ.* (*)

### §. I.

In *L. 3. C. de apoch. publ.* continetur, ut quicunque de provincialibus & collatoribus, decurſo poſthac quantolibet annorum numero, cum probatio aliqua ab eo tributariæ ſolutionis expoſcatur, ſi trium cohærentium ſibi annorum apochas ſecuritatesque protulerit, ſuperiorum temporum apochas non cogatur oſtendere, neque de præterito ad illationem functionis tributariæ coerceatur, niſi forte aut curialis, aut quicunque apparitor, vel optio, vel actuarius, vel quilibet publici debiti exactor ſive compulſor poſſeſſorum vel collatorum habuerit cautionem; aut id quod repoſcat, deberi ſibi manifeſta geſtorum adſertione patefecerit. Quæro, an hæc lex ad annua debita privata quoque pertineat, veluti ad uſuras vel alios reditus annuatim ſolvendos. Quod utique dicendum eſt, quia ut in publicis, ita in privatis debitis, veri omnino ſimile non eſt, trium ſequentium annorum apochas datas eſſe, ſi ſuperioris temporis ſolutio facta nondum eſſet. Vid. *Aug. Leyſerus* in *Spec. 530. med. 8. 9. 10.* Et ita ſumum Tribunal Cellenſe pronuntiavit in Compromiß-Sachen weyl. des Geh. Rahts und Landſchafts-Directoris, Ehrn Ernſt Wilhelm, Freyherrn von Spörken, und deſſen nachgelaſſener, nunmehro auch verſtorbener Wittwen, Dorotheen Eliſabeth von Steinberg hinterbliebener ſämtlicher Erben, in puncto verſchiedener bey der mütterlichen Erbtheilung vorgekommenen Streitigkeiten, his verbis: 13) Beklagte, Gebrüdere von Spörken die ihrem Vorgeben nach an die Mutter von allen Jahren ſeit a. 1726. geſchehene richtige Zahlung der ihr in dem Erbtheilungs-Receß vom 25. Febr. 1726. verſchriebenen jährlichen Revenuen von - - - beſſer als geſchehen, und allenfalls mittelſt Production der von denen dreyen letzten Jahren von der Mutter erhaltenen Original-Quittungen binnen Ordnungs-Friſt, der Klägere Gegen-Beweis vorbehältlich, zu erweiſen ſchuldig.

An lex ad debita annua privata pertineat.

### §. II.

Quid ſi unius quantitatis ſeu ſummæ ſolutio in plures terminos diviſa ſit, an ſufficiat, apochas trium terminorum producere.

De annua quantitate in plures terminos diviſa.



(*) Conf. T. II. Obſ. CLXII.

Ut puta annuum debitum in quatuor terminis ſtatutis ſolvitur, an ex tribus terminis ſolutis præſumatur ſuperioris temporis ſolutio. Quod non placet, quia non termini ita diviſi, ſed tempus principale conſideratur, in allegatione deductum. *Maſcardus de Prob. Concl. 1327. n. 12.* Quod in eadem cauſa conſideratum eſt.

# OBSERVATIO CLXXIV.

## *De in ſolutum datione nominis.*

### §. I.

In ſolutum datio quid.

In ſolutum datio emtioni & venditioni ſimilis habetur in *L. 4. C. de evict.* his verbis: *hujusmodi contractus vicem venditionis obtinet.* Vid. *Berger Oecon. Jur. L. 3. tit. 15. §. 2. not. 11.* Ea autem forte differentia intercedit, quod emtio venditio ſolo conſenſu perficitur, & venditor deinde ad tradendam mercem obligatus eſt, in ſolutum vero datio præterea in rebus corporalibus ſecundum verborum ſignificationem ipſa datione ſeu traditione, contineatur.

### §. II.

Quomodo actiones vel nomina in ſolutum dentur.

Igitur cum de actione vel nomine in ſolutum dando quærimus, illud nobis diſpiciendum eſt, quibus modis actiones in alium transferantur. Et plane ſi conſenſu debitoris actio in novum creditorem transferatur, delegatio exiſtit. Alias ſi debitor non conſenſerit, ceſſio actionis intercedit, qua quidem ex conſtitutione D. Pii emtor actionis non indiget, ſed etiam ceſſione non interveniente actionem utilem habet. *L. 16. ff. de pact. L. 2. C. de oblig. L. 7. C. de hær. vel act. vend.*

### §. III.

Differentia delegationis & ceſſionis ratione exceptionum.

Exiſtit autem magna differentia, per delegationem an per ceſſionem actio in ſolutum detur. Nam delegatus debitor novo creditori exceptiones, quas contra priſtinum creditorem forte antea habebat, objicere non poteſt, ſed omnino ſolvere cogitur, quia quaſi donavit. *L. 12. 13. 19. ff. de nov. & deleg. L. 4. §. 20. ff. de dol. mal. & met. except.* Qui autem ſe delegari paſſus non eſt, contra novum creditorem & ceſſionarium omnes exceptiones ſalvas habet, quas-

quascunque contra veterem debitorem habuit. Potest igitur de veritate debiti excipere, compensationem ex persona pristini creditoris objicere & quæ sunt hujus generis, ut veteri creditori opponi possent. Et hunc in modum summum Tribunal Cellense d. 14. Oct. 1724. judicavit in causa des Brigadiers J. F. v. W. contra den Geh. Kr. R. J. P. v. H. in puncto cessionis: und dannenhero die Cession oder datio in solutum, wenn gleich solche dargethan wird, dennoch bewandten Umständen nach, in so ferne die Bezahlung nicht erfolget, nicht valide und bündig geschehen mögen, gestaltsam Appellat alle diejenige Exceptiones, welche er denen Juden opponiren können, auch gegen den Cessionarium ohnstreitig behalten ꝛc. Similiter summum Tribunal in alia causa ratione compensationis pronuntiavit.

# OBSERVATIO CLXXV.

## *De in solutum datione bonorum omnium.*

### §. I.

In solutum datio bonorum universorum & rerum singularium multum inter se differunt. *L. 4. C. qui bon. ced. poss.* Plane res etiam singulares immobiles vel nomina uni creditori ita in solutum dari nequeunt, ut hypothecæ aliorum creditorum extinguantur. *L. 4. C. d. evict. L. 6. C. de bon. auct. jud. poss.* Sed bonorum omnium in solutum datio, etsi uni creditori facta, a bonorum cessione vix distat, nisi forte quod aliis creditoribus deficientibus datio in solutum rata esse possit. Utroque enim casu bona sua debitor dimittit, ut creditores suum inde recipiant, ipse autem molestiis liberetur. Nec refert, in solutum datione dominium transferri, in bonorum autem cessione dominium in creditores eodem modo non transire. Nam dicendum potius est, hoc casu, cum debitor bona sua omnia quibusdam vel uni creditori in solutum dat, beneficio eum uti *Novellæ 4. cap. 3.* cujusmodi beneficium instar cessionis bonorum est. *Mev. P. 5. Dec. 296. n. 2. Stryk* diss. *de dat. in sol. C. 6. n. 18.* Sed nec interest, uni creditori, an omnibus bona in solutum dentur, quia cessio quoque bonorum uni creditori facta & immissio quorundam creditorum ad omnes pertinet. *L. 4.*

In solutum datio omnium bonorum respectu aliorum creditorum instar bonorum cessionis est.

§. 1.

*§. 1. ff. de ceſſ. bon. L. ult. C. de bon. auct. jud. poſſid. L. 12. pr. ff. de reb. auct. jud. poſſ.*

## §. II.

Ejus effectus.

Quod ſi verum aſſumitur, quemadmodum aſſumendum eſſe intelligitur, dicendum eſt, bonis omnibus uni creditori vel quibusdam in ſolutum datis, ſiquidem plures præterea creditores adſint, concurſum creditorum ex eo tempore exiſtere, quo in ſolutum data bona ſint, bona quoque uni creditori in ſolutum data creditorum communia fieri & data omnibus intelligi. Ex quo conſequitur, ea quæ alias in concurſu creditorum obtinent, in hac datione quoque obtinere, adeoque ex bonis in ſolutum datis omnibus ſatisfaciendum creditoribus ſecundum debiti prærogativam eſſe, & ſiquidem alias ſecundum leges provinciales uſuræ in concurſu ceſſent, vel ſortibus poſtponantur, idem eo caſu obſervandum eſſe. Quod conſideratum eſt in ſummo Tribunali Cellenſi in cauſa des K. Cammer-Anwalds contra Annen Claren Reinbolds, weyl. Geheimen Juſtiz-Rahts Helmolds nachgelaſſene Wittwe.

# OBSERVATIO CLXXVI.

*Creditor in concurſu creditorum ob neglectam probationem præcluſus an deinde finito concurſu contra debitorem audiendus ſit.*

Qui a concurſu creditorum præcluſus eſt, ſuum ex concurſu repetere nequit, neque ad participationem bonorum cum ceteris creditoribus admittitur. Ea igitur, non alia, præcluſionis ratio eſt. Ex quo neutiquam conficitur, actionem contra debitorem ipſum ſublatam eſſe, ut finito concurſu reſidua debitoris bona perſequi nequeat. Nam in concurſu præcluſio ceteris creditoribus, non ipſi debitori, jus tribuit. Quamobrem neque hoc caſu in integrum reſtitutione opus eſt, quæ alias contra creditores impetranda foret. Igitur cum incidiſſet, ut creditor, qui ob deſertam probationem nihil ex concurſu receperat, finito concurſu reſidua

ſidua bona contra debitoris hæredes perſequeretur, in priori autem inſtantia ex cauſa deſertæ antea probationis repulſus eſſet, ſummum Tribunal Cellenſe reformatorie pronuntiavit, ut admitteretur, in cauſa der Geſchwiſtere von der Decken contra den Hauptmann Hans Hinrich von der Decken und den Lieutenant Claus von der Decken als hæredes ab inteſtato weyland Land-Rahts Eberhard von der Decken d. 17. Dec. 1734.

# OBSERVATIO CLXXVII.

## *An prioritas creditorum ad curatoris bonor. vel contradictoris officium pertineat.*

Curatoris bonorum & contradictoris partes ſunt, bona, in quæ creditores miſſi ſunt, adminiſtrare & æris alieni ſtatum ad liquidum perducere. Quo autem ordine creditores collocentur, curatoris & contradictoris nihil intereſt, ſed hoc ad jura creditorum inter ſe pertinet. Perperam igitur curator prioritati unius creditoris contradicit, & ſi hujusmodi inter creditores diſputatio eveniat, creditores ipſos, non curatorem, audiri oportet. Quamobrem citatio quoque forte in appellationis inſtantia decreta non curatori, ſed creditoribus, quorum intereſt, inſinuanda eſt. Et ita in ſummo Tribunali Cellenſi obſervatur.

# OBSERVATIO CLXXVIII.

## *An compenſatio ab eo demum tempore operetur, quo debitum vere liquidum factum ſit.*

*Ulr. Huberus* in *Prælect. ad tit. ff. de compenſ.* §. 4. nimis putat ſubtile eſſe, quod quidam ex natura compenſationis, quod ſcilicet ipſo jure fiat, collegerint & in foro contenderint, poſtquam illiquidum & controverſum debitum judicis officio deciſum & ad liquidum redactum ſit, uſuras debiti adverſi & liquidi extinctas intelligi ab eo tempore, quo in rei veritate mea pecunia jam fuerit debita, tametſi cauſa mea controverſiis & calculi tricis aliquamdiu fuiſſet implicita. Neque enim effectum compenſationem habere poſſe ab eo tempore, quo debitum habile ad compenſandum non

fuerit, propterea quod compenſatio debitum liquidum requirat. Eamque ſententiam eſſe *L. ult. C. de compenſ.* nec aliter omni die ſervari. Sed multo fortius dicetur, cum debitum illiquidum ad liquidum redactum ſit, ex natura compenſationis uſuras debiti adverſi & liquidi extingui ab eo tempore, quo in rei veritate pecunia jam fuerit debita. Nam ſi conſtat, pecuniam invicem deberi, ipſo jure pro ſoluto compenſationem haberi oportet ex eo tempore, ex quo ab utraque parte debetur, utique quoad concurrentes quantitates, ejuſque ſolius, quod amplius apud alterum eſt, uſuræ debentur, ſi modo petitio earum ſubſiſtit, ut nominatim reſcripſit Imp. Alexander in *L. 4. C. de compenſ.* Omnino igitur compenſatio vim ſuam retro exſerit, ut *Tuldeni* verbis utar, ante nempe tempus, quo vel a reo allegatur, vel a judice comprobatur. Neque ab alterutrius facto dependet ille effectus: quomodo enim is cauſam ſuam antecedat. Judicis ſententia non inducit compenſationem, ſed declarat. Vid. *Diod. Tuldenus* ad tit. C. de compenſ. §. 6. & *Bœkelmann* ad tit. ff. eod. §. 5. Etſi vero compenſatio liquidi cum illiquido non procedat, niſi judex facilem exitum inveniat, *L. ult. C. de compenſ.* quod jure Digeſtorum quoque ex *L. 22. ff. de compenſ. & L. 3. ff. de tut. & rat. diſtr.* defendit *Cujacius L. 8. Obſerv. c. 16.* tamen hoc eo pertinet, ut declaratio judicis ſequi nondum poſſit, adeoque liquidi executionem propter illiquidum differri non oporteat, non aliter fere, quam in proceſſu executivo noſtro adhuc ſervatur, ut illiquidæ exceptiones univerſæ in judicium ſeparatum rejiciantur, neutiquam eo intelligendum eſt, ut conſtituto deinde liquido compenſatio non admittatur, neque ad tempus præteritum referatur. Nam ita quidem Juſtinianus ait in cit. L. fin. *ſed jure ſtricto utentes, ſi invenerint eas majorem & ampliorem expoſcere indaginem, eas quidem alii judicio reſervent, litem autem priſtinam jam pene expeditam ſententia terminali componant.* Et ſecundum hoc, rejecta Huberi ſententia, ſummum Tribunal Cellenſe pronuntiavit in cauſa der Wittwe von Wallenſtein contra die Gebrüdere und Gevettere von Hardenberg in puncto liquidationis fructuum d. 17. Febr. 1740.

# OBSERVATIO CLXXIX.

## *De juramentis Clericorum Catholicorum.*

Ecclesia cathedralis H. de prædio ecclesiæ villicali in terris Calenbergicis sito litem cum veteris coloni hæredibus in summo Tribunali Cellensi gerebat. In qua causa incidit, ut coloni hæredes ecclesiæ cathedrali jusjurandum judiciale deferrent, ad præstandum autem jusjurandum Canonicorum unum, qui rei optimam notitiam haberet, Cellularium scilicet, & præterea Secretarium Capituli designarent. Quod summum Tribunal approbaverat. Deinde autem ex parte ecclesiæ cathedralis contendebatur, jusjurandum a Syndico ecclesiæ & Secretario recipiendum esse. Esse enim rem ecclesiæ, de qua agatur, adeoque syndicos, defensores & procuratores ecclesiæ admittendos esse per *cap. 1. X. de juram. calumn.* rectequc Glossam ibi observare, tum demum a Clericis ipsis jurandum esse, si res propria illorum sit, non autem in rebus ecclesiæ. Præterea autem dicebatur, jure Canonico cautum esse, ut ne quis Clericus in hujusmodi casu inconsulto Episcopo juraret, *cap. cit. 1.* Tantoque magis hoc requiri, si a Clerico coram foro seculari juramentum recipiendum sit. *Cannullus 22. Q. 5. Zæs.* ad Decret. tit. de jurejur. n. 8. *Carpzov.* L. 3. Def. Eccl. 24. *Link* ad Decret. L. 2. tit. de jurejur. 24. §. 13. Præterea fas esse negabant, membro Collegii desuper juramentum deferre. Denique si hæc argumenta parum idonea haberentur, tamen Canonicum non adigi posse, ut coram summo Tribunali, tanquam judicio seculari, juramentum præstaret, sed judicium officialatus ecclesiasticum, ut juramentum recipiat, in subsidium juris requirendum esse. Enimvero hæc argumenta universa parum idonea visa sunt. Nam *c. 1. X de jur. cal.* ad juramentum calumniæ pertinet, & si vel maxime ad omnia Clericorum juramenta pertineret, tamen in proposita specie res judicata jam erat. Præterea autem summum Tribunal Regium & Electorale Cellense utique judicium ecclesiasticum quoque repræsentat, cujus jurisdictio ecclesiastica non tantum in personis ad Tribunal pertinentibus in prima instantia, sed etiam in appellationibus a Consistorio Regio recipiendis fundata est. Quamobrem summum Tribunal d. 18. Oct. 1742. ita decrevit;

und hat das schon mehrmalen vorgebrachte, aber so wol Unserer diesem Ober-Appellations-Gericht tam in ecclesiasticis quam in secularibus beygelegten Hoch-Obrigkeitlichen Gewalt, als denen bereits verschiedentlich ergangenen rechtskräftigen Erkenntnissen zuwider laufende Suchen, das Stift H. Officialat um Abnahme des dem Thum-Kellner Freyherrn von H. nomine Capituli zugeschobenen Eydes zu requiriren, oder auch solchen von des Thum-Capituli Syndico D. Meyer abschweren zu lassen, keine Statt, sondern es wird von Uns Georg dem andern V. G. G. König ꝛc. zu Abstattung sothanen Eydes der 28. kommenden Monats Novembris hiedurch pro termino zum Ueberfluß nochmalen angesetzet, . . . mit dem Anhange, daß wofern der Thum-Kellner, Freyherr von H. als die hiezu nach Maßgabe der Reichs-Cammer- und Unser O. A. G. Ordnung aus Mittel des Thum-Capituls vorgeschlagene und rechtskräftig bestätigte Person in sothanem Termino sich allhier nicht einfinden, noch dieser Citation ein Genügen leisten solte, der Eyd pro recusato gehalten ꝛc. In causa weyl. Johann Hermann Berkhanen nachgelassener Erben, jetzo Helenen Ilsen Cathrinen Berkhanen, Intervenientin und Implorantin contra weyl. Assessoris und Amtmanns Brand nachgelassener Kinder bestellte Vormünder, Imploraten, so dann das Thum-Capitul zu H. wie auch den Mühlenmeister zum Steuerwalde, Jürgen Conrad Wahlbrecht, beyderseits Intervenienten und gleichfalls Imploraten in pto eines vor Gronau belegenen Meyerhofes a 118. Morgen und übriger Pertinentien.

# OBSERVATIO CLXXX.

## *De juramento perhorrescentiæ.*

Juramentum perhorrescentiæ *an admittatur, causis suspicionis non demonstratis, nec semiplene probatis*, de eo inter Doctores disceptatur. Vid. Dn. *Bœhmeri* Jus ecclesiasticum Protest. T. I. L. 2. tit. 2. §. 74. sq. Et Dn. *Bœhmerus* c. l. §. 78. defendit, probatione nulla opus esse, propterea quod hoc juramentum calumniæ sit. Et sane dici potest, juramento demonstrationem contineri. Quam in rem difficultas probationum accedit & favor contrahendarum litium. Atque hunc in modum summum Tribunal Cellense d. 6. Aug. 1737. ad Cancellariam Regiam Hannoveranam rescripsit in

cau-

cauſa Johann Ludwig Kühns contra den Commandeur und Rittmeiſter von Hardenberg, his verbis: So habt ihr, wenn es angebrachter maſſen ſich verhält, daß nemlich der Implorant ſchon beſcheiniget, daß er mit dem Amtmann S. in einem Injurien-Proceſs befangen geweſen, oder ſolches noch zu thun, allenfalls das anerbothene juramentum perhorreſcentiæ abzuſchweren vermögte, an ſtatt des Amtmann S. einen andern Commiſſarium zu ernennen.

# OBSERVATIO CLXXXI.

## *De juramento præfectis Principis delato.*

Fiſci adminiſtratoribus & præfectis probationis gratia recte jusjurandum in judicio deferri, Dn. *Leyſerus* in Spec. 136. ad Pand. med. 3. & 4. commodiſſime oſtendit. Idem argumentum perſecutus eſt *B. Parens* in *Introd. in Proc. Civ. Luneb. P. 3. C. 5. §. 10.* ubi probavit, Præfecto Principis in lite ratione officii ejus geſta, jusjurandum recte deferri. Et ita ſummum quoque Tribunal Cellenſe nuper admodum decidit in cauſa Ernſt Auguſt Chriſtoph von Hitzacker zu Dötzingen contra den Anwald des Forſt-Amts, ein rückſtändiges Æquivalent wegen der zum Gehäge abgetretenen Jagt betreffend.

# OBSERVATIO CLXXXII.

## *An Fiſcus in expenſas condemnetur.*

Fiſcum in litigio temerario a reſtitutione expenſarum non liberari, ſed vel advocatum fiſci, vel fiſcum ipſum pro re nata in expenſas utique condemnandum eſſe, Dn. *Aug. Leyſerus* in *Spec. 56. ad Pand. med. 6. 7.* probavit. Et ſecundum hoc in ſupremo quoque Tribunali Cellenſi judicari ſolet. Nam in cauſa des Bremiſchen Stadt-Meyers, Dierk Tietjen, wohnhaft auf dem ſo genannten Teufels-Mohr, Appellanten contra Hinrich Wendelken, wie auch den Adv. Cameræ D. Roſenbruch Appellaten, in puncto verweigerter Dienſte und Anweiſung einer neuen Feuerſtelle d. 24. Sept. 1740. ſummum Tribunal appellatos in ſumtus & expenſas totius litis condemnavit.

mnavit. Et jam antea in cauſa des Bremiſchen Advocati Cameræ D. Otto Roſenbruchs nomine des Amts Himmelpforten und der Börde Oldendorf Appellanten, contra die Land-Stände des Herzogthums Bremen und in ſpecie die Eingeſeſſene von Adel in der Börde Oldendorf Appellaten in puncto Lieferung der Krähen- und Sperlings-Köpfe d. 6. Maji 1736. ſummum Tribunal Advocatum Cameræ ob frivolam appellationem in expenſas inſtantiæ appellationis ex propriis ſolvendas condemnavit.

# OBSERVATIO CLXXXIII.

## *De meliorationibus feudi.*

Filia vaſalli defuncti, quæ oppoſita doli mali exceptione ob melioramenta contra agnatos in poſſeſſione feudi ſeſe defendebat, præter alia poſtulabat pretium hujusmodi meliorationis, quod pater ſuus agros quosdam camposque antea ſteriles & omnino infructuoſos multis ſumtibus excoluiſſet & fructuoſos reddidiſſet. Qua in re pretium meliorationis ſecundum reditus, quos exculti agri prataque ferrent, æſtimandum putabat, quippe antea nihil omnino tuliſſent. Ex contrario autem dicebatur, hac æſtimatione admiſſa fundi quoque ipſius pretium ſolvi. Et plane modus æſtimandi meliorationes ſecundum reditus, qui poſt culturam nunc proveniant, non ad probandum, ſed ad moderandum demum meliorationis pretium admitti poteſt. Nam illud explorati juris eſt, bonæ fidei poſſeſſorem, cui ſimilis vaſallus habendus eſt, fundo pretioſiore effecto ſumtus & impenſas duntaxat repetere, ſed usque eo duntaxat, quo pretioſior fundus effectus ſit, ne eveniat, ut plus impenſum ſit, quam fundi pretio acceſſerit. L. 38. ff. de Rei Vind. *redat impenſam, ut fundum recipiat usque eo duntaxat, quo pretioſior factus eſt.* L. 25. ff. de pign. act. *pro quantitate ſumtuum.* Quod in hærede quoque fiduciario, qui rem poſt mortem ſuam reſtituendam ſuis nummis reparaverit, probatur in L. 58. ff. de leg. 1. *viri boni arbitratu ſumtuum rationibus deductis & ædificiorum ætatibus examinatis.* L. 48. ff. de Rei Vind. *ſuperfluum ſumtum, meliore prædio facto dominus reſtituere cogitur.* L. 33. in f. ff. de cond. indeb. *nullo alio modo, quam per retentionem, impenſas ſervare poſſe.* Idem

in

in negotiorum gestore observatur, ut id recipiat, quod utiliter impenderit. *L. 2. ff. de neg. gest.* Neque soluto matrimonio marito plus repetere permittitur, quam quod in rem dotalem utiliter impenderit. *L. 8. ff. de imp. in res dot. fact. L. 18. pr. ff. de fundo dot.* Et ita tradit *Hartmannus Pistor* P. 2. Qu. 42. n. 17. 19. ostenditque probationem copulativam requiri, tantum scilicet esse impensum, quantum melioratum & contra. Conf. *Schrader* Tr. feud. in 2. part. 9. part. princ. quæst. 7. *Sande* in Geldr. Consuet. feud. Tr. 2. tit. 2. C. 5. §. 2. & C. 3. §. 18. *Bitschius* ad 2 F. 28. §. Si vasallus n. 6. Dn. *Senckenberg* Prim. lin. Jur. Feud. §. 412. Quem in modum summum Tribunal Cellense judicavit d. 4. Aug. 1739. in causa des Land-Commissarii von Harling zu Eversen vor sich und Nahmens dessen abwesenden Bruders des Capitain-Lieutenants von Harling, auch litis Cur. nomine deren verstorbenen Bruders minderjährriger Söhne, Appellanten, contra des weyl. Schatz-Rahts Friderich Gunthers von Harling hinterbliebene Tochter, die Conventualin, Dorothea von Harling und deren Litis Curatorem Appellatin, in hæc verba: Immassen denn, da denen Rechten nach Appellatin nur die Erstattung derer auf die Verbesserung derer Lehn-Stücke gewandten Unkosten, in so weit solche nicht etwa die geschehene Verbesserung selbst übersteigen, von dem Lehnfolger wieder zu fordern vermag, solchemnach Appellatin hauptsächlich oblieget zu erweisen, wie hoch die von dem weyl. Schatz-Verordneten von Harling, der Appellatin Vater auf sothane Verbesserungen verwandte Kosten sich belaufen ꝛc. Cum etiam in eadem causa objiceretur, quædam loca vix melius exculta vel pretiosiora facta esse, quia antea sylva ibi fuisset, qua extirpata pretium fundo vix accessisset, sed potius decessisset, summum Tribunal judicavit, hæredem allodialem probare oportere, an & quatenus fundus extirpatione facta melior & pretiosior effectus sit, agnatum autem reprobando posse ostendere, fundi pretium imminutum vel auctum non esse. Verba ejusdem sententiæ hæc sunt: Und nachdem insbesondre wegen der so genannten Wiehe in dem von weyland Christian Dieterich von Harling bey Unserer Lehn-Cammer ehedem übergebenen Verzeichniß n. act. 6. sich findet, daß dieser Ort vordem ein Hölzgen, darinnen auch eine Wiese von ungefehr 5. oder 6. Fuder Heu gewesen, wegen der so genannten Nassen Bünte aber ⁎ ⁎ ⁎ Appellat coram Commissione selbst bekannt, daß ehedem Holz daselbst gestanden,

den, als haben wegen dieser beyden Oerter Appellaten zugleich zu erweisen, daß und wie viel durch die geschehene Ausrohdung und sonst diese Oerter würklich verbessert worden, oder aber falls sie gegen das Lehns-Verzeichniß etwas erhebliches einzuwenden, solches in proxima vorstellig zu machen. Und gleichwie Appellanten alsdann frey bleibet, seine Einwendungen, daß oder wie fern keine Verbesserung geschehen, ingleichen die angeblich hierunter geschehene Verschlimmerungen mittelst Gegen-Beweises darzuthun, als wird er mit solchem Einwenden dahin — verwiesen.

# OBSERVATIO CLXXXIV.

## *De ædificiis feudalibus.*

### §. I.

Aedificiorum pretium etiam in Ducatu Luneburgico hæredibus allodialibus refunditur.

Aedificia tam secundum Jus Saxonicum Feudale, quam & secundum jus commune feudalia sunt, si fundus feudalis est, quia inædificatum solo cedit. Hæc autem differentia inter utrumque jus intercedit, quod jure Saxonico feudali hæredes allodiales impensas ædificiorum non repetunt, jure autem communi repetunt. Quæ impensæ in ædificiis secundum eum statum, in quo consistunt, æstimantur, ne verum pretium totius ædificii excedant. Ex quo venit, ut fere dicamus ædificia allodialia esse, cum potius dicendum foret, sumtus in ædificandum impensos ad hæredem allodialem pertinere, quousque pretium ædificii non excedant. Atque ita in terris quoque Electoralibus Brunsuicensibus & Luneburgensibus nunc observatur, ut pretium ædificiorum hæredibus allodialibus restituatur. Nam etsi olim in Ducatu Luneburgico contrarium obtinuisse, contendat *Balth. Clammerus* in *Promtuario Juris tit.* 5. *n.* 1. *sq.* tamen hodie jure Saxonico abrogato hæredes allodiales pretium ædificiorum repetunt. Quam in rem præter ea, quæ plenius jam retulit Dn. *Senkenberg* in diatr. *de feudis Brunsuic. & Luneb.* §. 49. sufficiat recensere recentius præjudicium a summo Tribunali Cellensi confirmatum in causa des Land-Commissarii Franz August von Harling zu Eversen vor sich und Nahmens seines abwesenden Bruders, des Capitain-Lieutenants von Harling, auch litis Curatorio nomine ihres verstorbenen Bruders minderjähriger Söhne contra weyland

land des Schatz-Rahts, Friderich Gunthers von Harling hinterbliebene Tochter, die Conventualin, Dorothea von Harling. Cujus sententiæ verba hæc sunt: Nachdemmalen so viel das 1te Gravamen anlangen, so wol nach denen gemeinen in diesem Churfürstenthum und Landen angenommenen und üblichen Lehn-Rechten der Lehn-Folger denen Land-Erben die auf dem eröfneten Lehne befindlichen Gebäude zu vergüten, allerdings verbunden ist, und daß hierunter in der Harlingschen Familie ein anders hergebracht, von Appellanten nicht dargethan, vielmehr desfalls seine dem Libello appellationis sub E beygefügte Anlage selbst entgegen stehet, und das Wiederspiel bezeuget, als findet zwar des Appellanten Suchen, Appellaten die auf dem eröfneten Lehne befindlichen Gebäude gar nicht zu vergüten, sondern solche ohnentgeldlich hinzunehmen, keine Statt ꝛc.

## §. II.

In ædificiis ceterisque meliorationibus feudalibus illud inprimis considerandum est, an agnatus successor idem facturus fuisset. Nam ita in bonæ fidei quoque possessore definit *L. 38. ff. de rei vind.* verb. *Finge & dominum eadem facturum fuisse, reddat impensam & fundum recipiat.* Similiter voluntatem domini & debitoris in pignore inspiciendam esse tradit *L. 25. ff. de act. pignor.* verb. *Si servos pignoratos artificiis instruxit creditor, siquidem jam imbutos, vel voluntate debitoris, erit actio contraria.* Quæ verba omnino ad præsumtam quoque voluntatem pertinent, si dominus idem facturus fuisset. L. 3. §. 4. ff. de in rem verso: *nisi forte mandatum domini aut voluntatem habuit, nec debere ex eo onerari dominum, quod ipse facturus non esset.* Conf. *L. 8. ff. de imp. in res dot. fact. L. 79. §. 1. ff. de Verb. Signif.* verb. *Item doctrinam puerorum, quorum nomine onerari mulierem ignorantem vel invitam non oportet, ne cogatur fundo aut mancipiis carere.*

Quænam impensarum ratio habenda.

## §. III.

In ea autem quæstione, an idem agnatus facturus fuisset, non inspiciendum est, an agnatus successor carere ædificiis possit, forte quod in eodem pago domum habitationi inservientem jam habeat, nec ceteris ædificiis rusticis indigeat, sed illud quæritur, an respectu feudi aperti nullis rationibus extrinsecus adsumtis idem facturus fuisset, si feudum tum possedisset. Quod merito secundum

Quod ulterius explicatur.

qualitatem feudi & prout res familiaris poſſeſſoris exigit, dijudicandum eſt, an ſcilicet ædificia neceſſaria & utilia feudo ſint. Quamobrem cum in relata cauſa agnatus ſucceſſor replicaret, ſibi inutilia ædificia eſſe, quia in eodem pago ædificia ad rem familiarem ſufficientia jam haberet, ea replicatio a ſummo Tribunali rejecta eſt. Sed quoniam ſimul replicaverat, nonnulla ædificia ejusdem generis duplicia ibi exiſtere, ut domum habitationi inſervientem veterem & novam, ovile quoque vetus & novum, ſummum Tribunal pronuntiavit, hæredem allodialem probare oportere, duplicia ædificia illa ratione feudi neceſſaria eſſe vel expedire, his verbis: Wann indeß die Commiſſions-Protocolla und Acta ergeben, daß auſſer dem Haupt-Wohnhauſe noch dergleichen in der Beylage A des Commiſſions-Protocolli ſub N. 2. aufgeführtes Gebäude, desgleichen auſſer dem n. 5. daſelbſt angeſchlagenen Schaf-Stalle noch ein anderer alter eben daſelbſt unter n. 4. geſetzter Schaf-Stall vorhanden ſind, und mit in Anſchlag gebracht worden, ſo wird zwar wegen dieſer Gebäude der bey Unſerer Juſtiz-Canzley am 4. Jul. a. p. abgegebene Beſcheid dahin verändert, daß Appellaten zuförderſt zu erweiſen ſchuldig, geſtalten dieſe beyden Gebäude in Anſehung des eröfneten Lehns nöhtig oder nützlich ſeyn, als worauf ꝛc.

## §. IV.

An uſuræ ædificiorum præſtentur.

Illud quoque æquitati & juri conveniens eſt, ut ex eo tempore, quo ſucceſſor feudalis ædificiis uſus ſit, uſuras impenſarum præſtet. Neque enim poteſt rem & pretium ſimul tenere, ſimilisque ejus cauſa eſt atque emtoris, qui fructus rei emtæ perceperit. *L. 13. §. 20. ff. de act. emt. vend.* Et ita ſummum Tribunal Cellenſe judicavit d. 19. Maji 1725. in cauſa weyland Hennig Johann von Kniggen Wittwe contra die ſämtliche Freyherrn von Kniggen, in puncto melioramentorum des Lehn-Guts Pattenſen, hunc in modum: So ſind Beklagte Freyherrn von Kniggen Einwendens ohngehindert ſchuldig, den Wehrt der Gebäude juxta æſtimatum ſamt denen a tempore immiſſionis aufgelaufenen Zinſen zu bezahlen. Similiter ſummum Tribunal pronuntiavit d. 13. Aug. 1740. in cauſa des Schloß-Hauptmanns, Freyherrn von Schlitz genannt Goerz contra Hermann Julius Philipp von Borwinkel, in hæc verba: ſich von ſelbſt verſtehet, daß Appellant den Appellaten auf das annoch zu bezahlende Taxa-

tum

tum der Gebäude, wie auch, ſo ferne er von dem Taxato des Vieh- und Feld-Inventarii annoch im Rückſtande iſt, auch die Zinſen zu 5. pro Cent ſeit der Zeit, da Appellant das Gut genutzet, zu erſtatten ſchuldig ꝛc.

# OBSERVATIO CLXXXV.

## *De fructibus ultimi anni feudalibus.*

### §. I.

Cui fructus ultimi anni cedant.

Ex eo, quod 2 *F.* 28. in fructibus ultimi anni duæ ſententiæ relatæ ſunt, evenit, ut Doctores quoque & juris interpretes in ea re diſſenſerint, aliique priorem, alii poſteriorem, alii, ut Cujacius, mediam ſententiam probaverint. Vid. *Bitſchius* ad 2 F. 28. *Vultejus L. 1. feud. c. 11. n. 211. Roſenthal C. 10. Concl. 42. n. 35. Jq. Orth de fruct. ult. anni* §. 29. Dn. *Senkenberg Prim. Lin. Jur. Feud.* §. 416. Qua in re in Cancellaria Hannoverana adhuc nihil certi ſervari tradit Dn. *Senckenberg* in diatr. de feud. Brunſuic. & Luneb. §. 50. Sed prior ſententia 2 F. 28. relata, ſecundum quam vaſallo poſt calendas Martias defuncto fructus ejus anni naturales & induſtriales hæredibus allodialibus cedunt, & Gloſſæ auctoritate probatur, & juri Germanico magis conveniens eſt, præterea ſumma æquitate nititur & uſu judiciorum Germaniæ, præſertim quoque Cameræ Imperialis approbata eſt. Vid. *Roſenthal* C. 10. Concl. 42. n. 35. ibique not. gg. Eamque ſententiam plenius defenderunt *Bitſchius* ad 2 F. 28. & *Orth de fruct. ult. anni* §. 29. Aliter in civilibus fructibus dicendum eſt, utpote qui pro rata temporis inter hæredes allodiales & feudi ſucceſſores dividuntur. Et ita ſummum Tribunal Cellenſe aliquando pronuntiavit, cum vaſallus menſe Auguſto mortuus eſſet, quo tempore meſſis in Ducatu Calenbergico finita nondum eſt, in cauſa des Schloß-Hauptmanns, Freyherrn Schlitz genannt Goerz contra Hermann Julius Philipp von Bortwinkel d. 28. Mart. 1740. in hæc verba: Und gleichwie der Wehrt der Gebäude und das dafür zu entrichtende Quantum, als zum Erbe gehörig, weniger nicht die Aufkünfte des Jahrs 1735. auſſerhalb denen fructibus civilibus, als welche letztern nur bis zur Zeit, da der Rittmeiſter von Niezen

verstorben, denen Land-Erben zugehören = = = dem Appellaten billig zu gute kommen ꝛc.

## §. II.

Qui fructus civiles.

Fructibus civilibus domus locatæ pensiones, villicorum quoque & censitarum canones & servitia continentur, merces autem, quæ pro locati feudi fructibus naturalibus vel industrialibus debetur, non comprehenditur, sed hujusmodi merces ei merito cedit, ad quem fructus pertinent. In feudo igitur fructuoso, cum pro fructibus merces solvitur, inspiciendum est, cui fructus debeantur.

Quid si feudum locatum fuerit paulo ante messem?

De qua re hujusmodi species incidit, ut vasallus prædium a mense Julio in annum locasset, deinde mense Augusto decessisset. Quærebatur, quomodo locarium inter hæredes allodiales & feudi successorem dividendum esset. Sed quoniam merces in prædio fructuoso pro messe inprimis solvitur & messis ad hæredes allodiales pertinebat, conveniens visum fuit, totam mercedem hæredi allodiali assignare, sed ita ut fructus civiles, & cetera emolumenta, locatione comprehensa, quatenus successori feudi cederent, deducerentur. Nam ita summum Tribunal Cellense contentionem de ea re diremit in relata causa des Schloß-Hauptmanns, Freyherrn Schlitz genannt Goerz contra Hermann Julius Philipp von Borwinkel d. 8. Jan. 1742. Was aber endlich die Pacht-Gelder von Jacobi 1735. bis 1736. betrift, was Appellanten und Appellaten nach Proportion davon gebühre, so wird Behuf zu treffender Liquidation von Gerichtswegen damit bestimmet, daß solches Locarium von Jacobi 1735. bis dahin 1736. wegen der gleich im Anfange dieses Pacht-Jahrs und vor Absterben des von Riezen im August eingefallenen Erndte dem Appellaten zu gute zu rechnen, hievon jedoch die Meyer-Gefälle und andre von dem Pächter in solchem Jahre genossene fructus civiles pro rata temporis wiederum abzusetzen, weniger nicht die gebrauchten Dienste seit der Zeit das Lehn eröffnet, die Hud und Weyde aber und die von dem Pächter genossene Früchte und Gras aus denen Lehn-Gärtens und Wiesen von Neu-Jahr bis Jacobi 1736. dem Appellanten zu gute abzurechnen ꝛc.

OBSER-

# OBSERVATIO CLXXXVI.

## *De feudo oppignorato.* (*)

Vasallus pro pecunia mutuo accepta creditori bona sua universa, feudi & allodii nomine comprehensa, Lehn und Erbe, pignori obligaverat, dominusque in oppignorationem feudi consenserat. Mortuo vasallo expectivatus isque successor feudi, qui a creditore jura cessa consecutus erat, pecuniam creditam ex allodio defuncti vasalli repetebat, seu potius exceptione compensationis opposita deducebat. Contra hæredes allodiales contendebant, debitum ex feudo solvendum esse, propterea quod dominus oppignorationi consensisset. Sed hoc non placuit. Nam etsi ambigatur, an in feudo specialiter obligato beneficium excussionis admittatur, Dn. *Bœhmer de hypoth. feud. expressa C. 2. §. 15.* tamen bonis omnibus obligatis tam feudalibus quam allodialibus hæc exceptio omnino locum non habet. Vid. *Dn. Bœhmer c. l.* Præterea allodium, ex quo solutio repetebatur, feudo comprehensum fuerat, & ædificiis atque instrumento continebatur. Denique hæredes allodiales debitores semper intelligebantur adeoque beneficium excussionis opponere vix poterant, quamvis tertius feudi possessor ratione allodii potuisset. Secundum quod summum Tribunal Cellense judicavit d. 29. Mart. 1741. in causa des Schloß-Hauptmanns Freyherrn von Schlitz genannt Goerz contra Hermann Julius Philipp von Borwinkel, his verbis: Was endlich die auszuzahlenden Gelder betrift; alldieweilen der weyl. Rittmeister von Rietzen der Closter-Cammer für deren Anlehn seine sämtliche Güter, so wohl Lehn als Erbe, verschrieben, ausser dem auch diese Schuld für eine solche Lehn-Schuld, wofür nicht zuförderst das allodium hafte, nicht zu halten stehet, solchemnach der Appellant Kraft der von der Closter-Cammer erlangten Cession das liquide Creditum mit dem an Appellaten auszuzahlenden Quanto wohl compensiren mag ꝛc.



(*) Conf. T. III. Obs. CXLII.

# OBSERVATIO CLXXXVII.

*Feudo primum cum consensu domini, postea sub lege non reluendi a vasallo oppignorato, deinde in gratiam simultanee investiti refutato, an novus vasallus ex investitura domini feudum oblato pretio recte repetat.*

Vasallus feudum domino consentiente oppignoraverat. Deinde filius primi debitoris juri reluendi feudi adversus creditorem domino inscio renuntiavit. Postea ejus descendentes in gratiam cujusdam agnati omnino feudum in manus domini refutaverunt & dominus refutationis lege approbata agnatum investivit. Is deinde contra creditorem agebat, ut accepta pecunia pignus dimitteret. Creditor & reus pignoris possessor excipiebat, agnatum actorem ex jure cesso agere adeoque ex pacto superioris vasalli & debitoris reluere feudum non posse. Actor autem replicabat, se ex jure cesso neutiquam experiri, sed ex domini investitura. Nam refutatione quidem facta feudum ad manus domini rediisse, se autem post domini approbationem & novam investituram a domino recepisse. Neque ad rem pertinere, quod refutatio ipsius gratia facta esset. Refutationem enim hoc pacto conditionalem existere, scilicet in eum casum, si dominus agnatum denuo investiverit. Nihil igitur sese a vasallo refutante, sed universum jus a domino recepisse. Esse præterea relatum pactum omnino prohibitum, & revera feudi alienationem continere, cum vasallus non tantum juri reluendi in perpetuum renuntiasset, sed etiam creditori permisisset, ut jure hæreditario prædium pignoratum possideret & investituram desuper a domino peteret. Ex constitutione autem Lotharii 2 F. 52. tam alienationes feudorum nullas esse, quam & si quid in fraudem legis factum esset & ad alienationem tenderet. Nec dici posse, superiores vasallos ex pacto suo obligatos fuisse, ut simulata investitura alienationem feudi tegerent & occultarent. Nam hanc in rem constitutionem Friderici Imp. 2 F. 55. extare in hæc verba: *Callidis insuper machinationibus quorundam obviantes, qui pre-*

*pretio accepto quasi sub colore investituræ, quam sibi licere dicunt, feudum vendunt & in alios transferunt, ne tale figmentum vel aliud ulterius in fraudem hujus nostræ constitutionis excogitetur, modis omnibus prohibemus: pœna auctoritate nostra imminente, ut venditor & emtor, qui tam illicitas alienationes reperti fuerint contraxisse, feudum amittant, & ad dominum libere revertatur.* Et illustre Regimen Hildesiense ad consilium ICtorum Moguntinensium d. 19. Julii 1730. secundum actorem pronuntiavit, his verbis: In Sachen Johann Friderich von Saldern und Conf. Klägern eins, entgegen und wider Frau Wittib und Erben von Wobersnow, Beklagte andern Theils, wird allem Vor- und Anbringen auch der Sachen wohlerwogenen Umständen nach auf eingeholten Raht auswärtiger Rechtsgelehrten zu Recht erkannt: Daß beklagte Wittib und Erben die Pfandweiß unter Handen habende Güter zu Nettlingen gegen Empfang dafür erweislich ausgelegten Capitals und hievon verschiedener annoch rückständigen Interessen, in so weit die fructus percepti nicht hinreichig seyn sollten, denen Klägern abzutreten, hingegen aber den etwa sich befindenden Ueberschuß deren Früchten an obiger Schuld sich decourtiren zu lassen, und zu deren Ende beyde Theile zu liquidiren schuldig und zu condemniren seyn. Wie Wir ꝛc. Quæ sententia in leuterationis instantia ad consilium ICtorum Altdorfinorum d. 11. Oct. 1732. confirmata est in hunc modum: Daß Klägere und Leuteraten förderſamst annoch die Cessiones und Ratification Friderich August von Saldern in Originali innerhalb 14. Tagen zu produciren gehalten; übrigens aber es in allen, Einwendens ohngeachtet, bey der am 19. Julii a. 1730. eröfneten und num. act. 43. befindlichen Urthel sein Verbleiben habe, anbey auch weniger nicht Beklagte und Leuteranten die Expensas retardati processus auf vorhergehende Liquidation und Richterliche Mäßigung zu erstatten ꝛc. Denique cum rei ad supremam Cameram Imperialem appellassent, d. 25. Oct. 1743. superior sententia confirmata est his verbis: In Sachen der Wittib und minderjährigen Erben, jetzo großjährigen von Wobersnau Appellanten, eins, wider Gebrüdere von Saldern, Appellaten andern Theils, ist allem An- und Vorbringen nach zu Recht erkannt, daß durch Richter voriger Instanz wol geurtheilt, übel davon appelliret, derowegen solche Urthel zu confirmiren und bestätigen sey, Als Wir hiemit confirmiren und bestätigen, Appellanten in die bey diesem Kayserl. Cammer-Gericht weiters aufgelaufene Gerichts-

Kosten

Koſten denen Appellaten nach vorgängiger Deſignation und Richterlicher Moderation zu refundiren fällig ertheilen.

# OBSERVATIO CLXXXVIII.

## *Feudum mulieri in dotem datum, marito autem a domino ſub lege feudi maſculini per inveſtituram traditum, quomodo in hæreditate mulieris æſtimetur.*

Frater ſorori feudum æſtimatum in dotem dederat, ejusque maritus inveſtituram ſub lege feudi maſculini a domino acceperat. Feudo deinde a filio multo carius vendito, filiæ in ſucceſſione materna contendebant, pecuniam ex venditione redactam in hæreditatem matris ad legitimam computandam conferri. Sed placuit, illud demum pretium a filio conferri, pro quo æſtimatum feudum mater a fratre ſuo olim accepiſſet. Neque enim ſubſtantia feudi penes matrem fuerat, ſed penes ejus maritum potius, actricium patrem, qui inveſtituram pro ſe & deſcendentibus maſculis ſuis a domino acceperat. Propius igitur erat, ut diceretur, pecunia matris acquiſitum a patre feudum eſſe, conſequenter non *plus* refundi, quam quod ad acquirendum feudum e ſubſtantia materna impenſum eſſet, pretium autem, quod tempore feudo acceſſerit, ad fratris ejusdemque vaſalli commodum pertinere. Quem in modum ſummum Tribunal Cellenſe pronuntiavit in cauſa Schenk von Winterſtedt contra Malortie d. 8. Mart. 1737. his verbis: Und nachdem quoad Grav. IV. die Acta ergeben, daß das Gut Carve zwar von der Mutter herrühre, jedoch der Ober-Hauptmann Schenk ſo wol als deſſen Sohn damit als ein ordentlich Mann-Lehn für ſich und ihre männliche Deſcendenten ſind beliehen worden, mithin nur dasjenige Quantum, welches aus dem mütterlichen Vermögen zu Acquirirung jetztbeſagten Guts verwandt worden, zur mütterlichen Erbſchaft zu rechnen iſt ꝛc.

OBSER-

# OBSERVATIO CLXXXIX.

## *De teſtamentaria patris circa feudum antiquum diſpoſitione inter filios.*

Pater in teſtamento a Notario concepto a ſe autem ſubſcripto bonorum ſuorum immobilium hæredes filios, quos habebat tres, inſtituit, hunc in modum, ut filius natu minimus prædium principale, quod feudo & allodio conſtabat, acciperet, duo autem filii natu majores aliud prædium, de quo lis adhuc agitabatur, lite finita haberent, & interea temporis certos pecuniæ annuos reditus a fratre perciperent. Mobilia autem teſtator inter liberos ſuos & uxorem diviſerat. Deinde antequam moreretur, filio natu minimo bona quoque tradiderat. Filii autem natu majores poſt mortem patris teſtamentum ejus nullum eſſe contendebant, ob eam inprimis cauſam, quod bona maximam partem feudalia vel avita ſtemmatica eſſent, & ſi quam partem pater ipſe comparaſſet, pecunia ſtemmatica emiſſet, de quibus bonis teſtari patri non liceat. Movebat textus juris feudalis *1. Feud. 8. pr.* qui ita habet: *Si quis igitur deceſſerit filiis & filiabus ſuperſtitibus, ſuccedunt tantum filii æqualiter, vel nepotes ex filio, loco ſui patris, nulla ordinatione defuncti in feudo manente vel valente.* Ex quo tantum non omnes Doctores conficiunt, patrem de feudo antiquo, quod filiis ex pacto & providentia majorum debetur, teſtari utique non poſſe, *Bitſch. ad 1. F. 8. pr. Horn. de teſtam. patris circa feudum diſpoſ.* §. 31. adeo ut nec uni filiorum poſſit feudum relinquere & aliis certam pecuniæ ſummam aſſignare, vel inæquales feudi portiones conſtituere. *Horn c. l.* Sed etſi 2. F. 45. cavetur, filium non poſſe hæreditatem ſine beneficio repudiare, ſed aut utrumque debere retinere, aut repudiare, tamen is textus a plerisque de feudo hæreditario accipitur, eamque ſententiam communiorem & receptiorem dicit *Bitſchius* ad 2. F. 45. Sed in contrarium dici poteſt, textum 1. F. 8. pr. ad eum caſum non pertinere, cum præter feudum pater allodium quoque relinquit. Certe textus de hac ſpecie nihil habet. Hoc autem argumento remoto verius eſt, ut dicamus, textum alterum 2. F. 45. utique non ad feuda hæreditaria, ſed omnino ad feuda univerſa pertinere, ſive nova ſint, ſive antiqua ex pacto & providentia majorum. Quod

plenius perſecuti ſunt *Hartm. Piſtor* L. 2. P. 1. Quæſt. 2. n. 6. ſq. *Bitſchius* ad 2. F. 45. *Hornius* de teſtam. patr. circa feud. diſp. §. 35. & Jurisprud. feud. C. 16. §. 24. *Struvius* Synt. feud. C. 9. aph. 11. & 12. Quod jure Electorali Brunſvicenſi & Luneburgenſi omnino certum exploratumque eſt. *Ordin. Cancell. Calenb. tit. 36. §. 16. Atteſtatum Regim. Cell. de a. 1636.* & 1676. Vol. Ord. Judic. p. 636. 647. *B. Par. Introd. in Proc. civ. Luneb. P. 3. C. 22. §. 29.* Quamobrem ſi filius exiſtente allodio feudum ex hæreditate paterna tanquam hæres patris recipere debet, neque ab allodiali hæreditate feudum ſeparare poteſt, utique dicendum eſt, teſtamento patris filium in feudo quoque obligari. Et hanc ſententiam, quod pater de feudo etiam ex pacto & providentia antiquo teſtari poſſit, ſi allodium reliquerit & in eo filios hæredes inſtituerit, plenius defendit *Hornius* de teſtam. patris circa feud. diſpoſ. §. 35. ſq. 46. & Jurisprud. feud. C. 18. §. 8. *Struvius* Synt. Jur. feud. C. 9. aph. 12. n. 5. ſq. Dn. *Senkenberg* Prim. Lin. Jur. feud. §. 291. Accedebat in propoſito, quod filii quoque hæredes patris in allodio eſſe vellent. Neque in ea re domini conſenſus neceſſarius videtur, etſi de proprietate & ſubſtantia feudi inter liberos pater diſpoſuerit, quia novus vaſallus domino non obtruditur. Certe hæc exceptio de jure tertii foret. Summum igitur Tribunal Cellenſe priorem ſententiam in ea cauſa reformavit & teſtamentum validum eſſe, pronuntiavit d. 26. Sept. 1725. in cauſa weyl. Friedrich Thedel von Daſſel nachgelaſſener Wittwe und Kinder Bekl. und Appellanten contra Chriſtoph Gottfried und Johann Henrich Gebrüdere von Daſſel Kl. und Appellaten, in hæc verba: Daß vom Richter voriger Inſtanz übel geſprochen, wohl appelliret, und dannenhero die Sententia a qua dahin zu reformiren, daß wenn zuforderſt Appellanten das Teſtamentum quæſt. bey nächſtkommender Jurisdictionis extraordinariæ, wie ihnen zu thun oblieget, in originali produciren, die Appellaten aber des Teſtatoris darunter befindliche Unterſchrift agnoſciren werden, ſodann ietztgedachtes Teſtamentum vor zu Recht beſtändig zu halten, und Appellanten von angeſtellter Klage zu abſolviren ſeyn ꝛc.

OBSER-

# OBSERVATIO CXC.

## *De pacto primogenituræ.*

### §. I.

Casus. Cajus, Titius, Publius, Mevius & Sempronius, fratres inter se convenerant, ut frater natu maximus prædium, quod hæreditario jure a patre acceperant, pro certa quantitate, ſolus ut feudum teneret, fratribus autem certam pecuniæ ſummam portionis loco daret. Inſuper in vim juramenti per verbum æternæ veritatis pacti erant, ut fratre natu majori ſine maſcula prole legitima mortuo is ex fratrum numero eodem modo ſuccederet, qui ſecundum ætatis ordinem natu maximum exciperet, filiæ autem defuncti fratris portionem virilem parentis & meliorationes, matris quoque ſuæ illata caperent, ceterum nec de feudo nec de allodio participarent, & ita in omnibus ſucceſſionibus deinceps ſervandum eſſet. Cajo poſtea ſine prole maſcula mortuo Titius, qui ordine eum excipiebat, poſt Publii & Sempronii obitum prædio ex jure primogenituræ accepto ſecundum hoc denuo Mevio portionem debitam promiſerat, placueratque, ut deinceps inter duorum fratrum deſcendentes idem cuſtodiretur. Quo facto cum Titius deceſſiſſet, duo filii ejus, quos reliquerat, prædium a patre acceptum communi jure indiviſum tenuere, certe non conſtabat, filium Titii natu majorem itidem jure primogenituræ ex relato pacto ſibi prædium aſſeruiſſe. Deinde evenit, ut filius Titii natu major gravi ære alieno obrutus decederet, filio & fratre relicto. In cujus bona cum creditores immiſſi eſſent, curator contra fratrem cridarii contendebat, univerſi prædii dominium penes cridarium, filium Titii natu majorem, ex jure primogenituræ fuiſſe, fratri autem nihil amplius deberi, quam quod olim in pacto primogenituræ inter Titium, cridarii patrem, ejusque fratres conventum eſſet.

### §. II.

Rationes dubitandi. Movebat, olim pacto Titii & ejusdem fratrum jus primogenituræ introductum certamque ceterorum fratrum portionem definitam eſſe adeoque Titii filio natu majori jure primogenituræ, dum viveret, prædium deberi, eumque jus præſens, radicatum &

reale in toto prædio habuiſſe, ut fratri certam portionem duntaxat deberet. Eſt enim jus primogenituræ jus præſens & reale, neque nuda ſpe nititur, ſicut alias liberi parentum hæreditatem ſperare dicuntur. *B. Dn. Ludolf de jure primogenit. Part. ſpec. Aph. 1. not.* Præterea fratrem natu majorem huic juri renuntiaſſe non conſtabat. Nam etſi frater natu minor allegabat, ſe vivente fratre prædium ſimul adminiſtraſſe & villicales quoque inveſtituras dediſſe, tamen neque ejus rei fidem fecerat, neque etiam renuntiatio juris primogenituræ inde conſequebatur, ſed potius ſecundum Doctorum ſententiam id a fratre primogenito honoris duntaxat & fraternæ cujusdam familiaritatis atque amicitiæ cauſa, non autem in præjudicium ipſius permiſſum intelligebatur. Nam ita *Tiraquellus de Jure primogenit. Quæſt. 25.* tradit: *An primogenitus id tacite cenſeatur facere,* (ſc. renuntiare) *ſi ceteros fratres permiſerit ſecum habitare, bonaque primogenituræ inviſere, adminiſtrare, componere, officialesque ponere & ſubditorum inveſtituras facere, & alia id genus &c.* Præterea cridarius in præjudicium filii ſui juri primogenituræ ne renuntiare quidem potuiſſet, quia filius radicatum jus habet ex primogenii inſtitutore. *Reiger Theſ. Jur. locupl. voc. primogenitura Addit. n. 8.* Proinde ſi ad cridarii quoque filium jus primogenituræ perveniſſet, id quoque ſibi profuturum creditores dicebant, quia filius æs alienum paternum de feudo & allodio ſolvere debeat. Denique pactum ipſum primogenituræ inter parentes conceptum invalidum dici vix poterat, etſi *Tiraquellus de jure primogen. Qu. 6. n. 16. ſq.* defendat.

## §. III.

Pacto primogenituræ unius paciſcentis hæredes inter ſe non obligantur.

Sed propius erat, ut diceretur, pacto primogenituræ inter Titium cridarii patrem ejusque fratres concepto paciſcentes duntaxat eorumque hæredes invicem lineariter, non autem unius paciſcentis filios & hæredes inter ſe teneri. Nam illud quidem naturæ pacti conventi congruit, ut paciſcentes & paciſcentium hæredes, qui defunctum repræſentant, invicem adverſus eos, quibuscum pacti ſunt, non autem remota alterius paciſcentis perſona ſibi ipſis obligentur. Nemo enim ſibi ipſi obligatus eſſe poteſt, ſed quæ ex pacto obligatio oritur, reſpectu alterius, quocum pactio interceſſit, naſcitur. Idemque in unius paciſcentis hæredibus dicendum eſt, ut adverſus alterius paciſcentis hæredes obligentur, non autem

inter

inter se obligentur. Hæredes enim ideo ex pacto obligantur, quia personam defuncti repræsentant, adeoque si ex pacto cum tertio inito, remota tertii persona inter se obligarentur, perinde foret, ac si diceres, aliquem sibi ipso obligari posse. Quæ autem obligatio erga nosmet ipsos existit, non potest nisi ex lege defendere. Nec quisquam hæredes suos inter se aliter obligare potest, nisi eo modo, qui legi publicæ æquipolleat, justa scilicet ultimæ voluntatis declaratione. Quod si verum est, ad jus quoque primogenituræ inter unius hæredes invitos introducendum lege publica vel auctoritate ejus, penes quem jus est, leges ferendi, vel ultimæ voluntatis justa declaratione opus est. Accedebat in casu proposito, si ex pacto isto portio fratris determinanda fuisset, fratrem natu minorem cridarii nihil accepturum ob grave æs alienum commune. Nec quidquam pacti clausula juratoria movebat, utpote quæ naturam principalis sui tanquam accessorium sequebatur.

## §. IV.

Quale jus primogenitus habeat.

Sed etsi diceretur, cridarium, utpote filium Titii natu majorem ex pacto patris jus primogenituræ habuisse, tamen jus primogenituræ jus duntaxat successionis, non successionem ipsam continet, successio autem effectus ejus juris est. *Ludolf de jure primogen. Part. spec. Aph. 1. not.* Quamobrem alii Doctores tradunt, jus primogenituræ ante successionem delatam in sola spe consistere. *Sande in Gelr. Consuet. feud. tit. 3. C. 1. §. 1. n. 30.* Cridarius igitur ex solo jure primogenituræ prædium neque acquisiverat neque acquirere potuerat. Creditores itaque probare oportuisset, cridarium ex eo jure prædium sibi acquisivisse, præsertim quia, si acquisivisset, probabiliter fratrem constituta vel data portione dimisisset. Quam in rem aliæ conjecturæ præterea obstabant, veluti quod cridarius ejusque fratres æqualiter de feudo investiti essent, ex quo tacitam juris primogenituræ renuntiationem arguit *Tiraquellus de jure primog. Quæst. 25. n. 3.* Successionem autem jure primogenituræ delatam, ut aliam hæreditatem delatam in fraudem quoque creditorum repudiari posse, non ambigitur. *L. 6. §. 2. ff. quæ in fraud. credit.* Quamobrem cum totum prædium in bonis cridarii nunquam fuisset, creditores quoque in ejus possessionem mitti non poterant.

An jus primogen. in fraudem creditorum repudiari possit.

## §. V.

An creditores cridarii jus primog. post mortem ejus recte persequantur. An ex persona filii cridarii.

Denique etsi cridarius ex jure primogenituræ totum prædium sibi acquisivisset, tamen jus primogenituræ maxime personale est, & morte cridarii extinctum intelligebatur, neque idem jus post mortem ejus persequi creditores poterant. Propius igitur erat, ut diceretur, jus primogenituræ ex pacto & providentia avi in filium cridarii translatum esse. Filii autem cridarii persona creditoribus prodesse non poterat, quia neque is dum ex hoc titulo juris primogenituræ prædium acquisiverat, neque omnino declaraverat, an jure utcunque sibi delato uti vellet. Præterea etsi feudalem hæreditatem cum allodiali repudiare filium oportet, neque is in feudo solo succedere potest, propterea quod feudum ex hæreditate patris accipit 2. F. 45. *Bitschius ad 2. F. 45. n. 6. Sande in Gelr. consuet. Feud. Addit. C. 2. §. 3. n. 4. p. 65. sq.* tamen vix satis tuto ad jus primogenituræ inde concluditur, nisi cum *Tiraqueilo de jure primog. Qu. 35.* dicas, primogenitum non ex jure generis vel sanguinis, neque jure proprio, sed ut hæredem succedere, quam sententiam *B. Dn. Ludolf de jure primog. Part. spec. aphor. 17. art. 3. n. 58. sq.* rejecit, existimans, jure primogenituræ introducto filium jure proprio, non quodam transmisso succedere.

## §. VI.

Summi Tribunalis sententia.

Summum igitur Tribunal Cellense in casu proposito pronuntiavit, pactum primogenituræ Titii & ejus fratrum Titii filios inter se non obligare, in causa des Ober-Forstmeisters Gottlieb August Aschen von Hasbergen, contra des weyl. Fürstl. Braunschweig-Lüneburgischen Landdrosten, Georg Wilhelm von Hasbergen Gläubiger bestellten Curatorem, Advocatum Ernst Friedrich Aly und die so genannte Hoyaische Gläubiger de 18. Mart. 1741. his verbis: Daß - - vom vorigen Richter übel gesprochen und wohl appelliret, mithin die angefochtene Urthel dahin zu verändern, daß Appellant mit der angezogenen Gemeinschaft, Mit-Besitz und Mit-Eigenthum an dem Gute Eikhof nicht abzuweisen, noch Appellatische Gläubiger, wenn die altväterliche Schulden getilget, desselben völlige Aufkünfte zu ihrer Befriedigung bey gegenwärtigem Concurs zu verfolgen befugt; vielmehr weil die Verträge von 1686. und 1707. bloß denen damals sich vertragenden Gebrüdern von Hasberg

und

und deren Linien gegen einander ein Recht geben und vorschreiben sollen und mögen, und solchemnach das vermeynte Erstgeburts-Recht des Cridarii auf den gegenwärtigen Fall, da in einer solchen Linien mehrere Söhne vorhanden, nicht gegründet ist, Appellaten auch, wie ihnen doch allenfalls zu thun obgelegen hätte, nicht dargethan, daß Appellant durch eine mit seinem ältern Bruder vorgenommene Theilung sich von dem Gute Eikhof abfinden lassen, solchemnach da dem Appellanten als Mit-Erben seines Vaters sothanes Gut zur Helffte zugefallen, er sich auch des ihm solchergestalt daran zustehenden Mit-Eigenthums und Mit-Besitzes nach abgefundenen väterlichen Gläubigern gegen Appellaten zu gebrauchen wol befugt, und seines Bruders einseitigen Gläubigern nur die Aufkünfte von der dem Cridario zugefallenen Halbscheid des Guts zu ihrer Befriedigung abfolgen zu lassen schuldig ꝛc.

# OBSERVATIO CXCI.

## *An inter Judæos neptis ex filio a superstite filio vel nepotibus ex eodem ab hæreditate avita excludatur.*

Judæi inter se utrum jure communi an legibus Mosaicis judicandi sint, de eo præsertim in terris Calenbergicis propter constitutionem Electoris Ernesti Augusti d. 7. Oct. 1697. magnopere ambigitur. In quæstione autem proposita nihil interest, quo jure judicentur. Nam etsi verum est, jure Mosaico filios exclusis filiabus hæredes patri esse, *Numer. XXVII, 8.* adeo ut ne hæredem quidem filiam simul cum filio scribere permissum patri sit, vid. Ludwigs Gel. Anzeigen de a. 1734. N. 200. §. 8. tamen hoc ad neptes ex filio non pertinet, utpote quæ patrem suum repræsentant, adeoque tam cum filio superstite, quam cum nepotibus ex filio in hæreditatem avi succedunt. Nam ita Choschen Mischpat Sim. 266. S. 1. apud Dn. de Ludwig Gel. Anzeig. c. l. §. 13. not. 16. *Filio non extante videndum, utrum adsit* semen *ex filio sive masculinum sive* fœmininum, *quod* patris sui locum occupat per omnes generationes *& succedit in omnia.* Et deinde Saif. 2. ibid. *Si quis defunctus reliquis filiam &* neptem aut etiam abneptem ex filio *usque ad finem*

*nem generationum*, hæc præfertur filiæ *& ſuccedit in omnia, filia autem nihil accipit.* Adeoque *Seldenus* in Tr. de ſucceſſionibus in bona defuncti C. 1. ſecundum leges Hebræas ex Miſchna regulam tradit; ubi quis ipſe in ſucceſſione præferendus ſit, etiam univerſam prolem, quæ e femore ejus egrediatur, præferri. Secundum quod ſummum quoque Tribunal Cellenſe decidit d. 9. Febr. 1728. in cauſa Behrenſchen Curatoris Schraders contra Lea Herz in puncto immobilium.

# OBSERVATIO CXCII.

## *De exhæredatione vel præteritione bona mente facta.*

### §. I.

Caſus. Lucius Titius teſtamentum ſolenne condidit, in quo præteritis duabus filiis Mevia & Sempronia, nepotes ex Mevia hæredes inſtituit & præterea quosdam teſtamenti executores nominavit, qui in minori nepotum ætate hæreditatem adminiſtrarent, & curarent, ne hæredes ſui ſubſtantiam bonorum prius reciperent, quam e re ipſorum videretur. Semproniæ autem, a qua abalienatus animus ejus intelligebatur, CL. thaleros legavit. Denique clauſulam codicillarem teſtamento adjecit. Sempronia, quia neque inſtituta, neque exhæredata eſſet, teſtamentum veluti nullum impugnaverat, ſed ob clauſulam codicillarem ſubjunctam lite ceciderat, & condemnata erat, ut legitima & Trebellianica deducta hæreditatem Meviæ liberis reſtitueret. Deinde lite ea terminata, Mevia interveniebat & quoniam res ad caſum inteſtati perveniſſet, ſuam quoque legitimam & dimidiam Trebellianicæ contra ſororem petebat. Sempronia autem illud potiſſimum excipiebat, ſororem, cujus filii hæredes inſtituti eſſent, bona mente a patre præteritam eſſe.

### §. II.

An liberi præteriri bona mente poſſint. Illud igitur primum videndum erat, an ut exhæredari, ita præteriri liberi a parentibus bona mente poſſint. Et placuit poſſe, quia hac in re non alia præteritionis, quam exhæredationis ratio intelligitur. Nam ut præteritio, ita exhæredatio ſine juſta cauſa nullum teſtamentum facit, neque intereſt, nominatim filium hæredem pa-

ter

ter non inſtituerit, an ſine juſta cauſa exhæredaverit. *L. 16. ff. de bon. poſſ. contra tab.* Vid. *Link de exhæred. bona mente facta* §. *5. 6, 12, & 22.*

## §. III.

Deinde autem illud inprimis quærebatur, quæ ratio eſſet exhæredationis vel præteritionis bona mente factæ. Et plane quia hujusmodi exhæredatio vel præteritio ideo valet, quia bona mente facta eſt, conſtat, eam ſine favore & utilitate perſonæ exhæredatæ vel præteritæ non intelligi. L. 18. ff. de liber. & poſth. *nec ut eis obſint, ſed ut eis conſulant.* L. 16. §. 2. ff. de curat. fur. *addita cauſa neceſſitateque judicii. L. 12. §. 2. ff. de bon. libert. L. 47. eod. L. 25. C. de inoff. teſtam.* Quod ita accipiendum eſt, ut inſtitutio liberis damnoſa foret, exhæredatio autem vel præteritio utilis. Quamobrem eo caſu exhæredationis vel præteritionis figura magis, quam res ipſa exiſtit. Igitur prout liberis optime conſulitur, vel ad tempus vel in perpetuum exhæredari poſſunt. Vid. *Link de exhær. bona mente facta* §. *17. ſq. 19. ſq.* Neque vero præſertim ſi in perpetuum excludantur, alimenta liberis adimenda facile ſunt, ſecundum *L. 16. §. 2. ff. de curat. fur.* niſi forte ob æs filii alienum conſtitutio alimentorum inutilis foret, & commodius ille a nepote eodemque filio ſuo alimenta recepturus ſit. Neque enim ab alimentis filio relictis, ut quidam putant, creditores filii excluduntur, ſed potius *L. 6. ff. de ceſſ. bon.* ad uſumfr. demum poſt bon. ceſſionem acquiſitum pertinet.

Exhæredationis vel præteritionis hujus ratio.

## §. IV.

Videamus autem, an & cauſa exhæredationis vel præteritionis bonumque conſilium a parentibus in teſtamento exprimendum ſit, an conjecturæ ſufficiant. Qua in re juris interpretes inter ſe diſſentiunt, verasque Doctorum ſententias retulit *Link* in diſſ. *de exhær. bona mente facta* §. *21.* Et plane legibus conveniens videtur, ut cauſa & conſilium in teſtamento exprimatur. Nam ita nominatim in *L. 16. §. 2. ff. de cur. fur.* continetur: *potuit tamen pater & alias providere nepotibus ſuis, ſi eos juſſiſſet hæredes eſſe, & exhæredaſſet filium, eique, quod ſufficeret, alimentorum nomine, ab eis certum legaſſet,* addita cauſa neceſſitateque judicii *ſui.* Idem in *L. 3. §. 3. ff. de uſur.*

An cauſa in teſtamento exprimenda.

cavetur: *idque ſibi mater ideo placuiſſe teſtamento comprehendiſſet, ne filiæ tutoribus, ſed potius neceſſitudini res committerentur.* Sed neque intelligi aliter poteſt, notæ cauſa, an bona mente pater filium excluſerit, de quo conſtare omnino debet, neque ſolæ conjecturæ admitti poſſunt. Quæ argumenta ſi ſufficere nondum videntur, tamen certe liberis honor inſtitutionis debetur, iique præter cauſas legibus probatas titulo hæredis honorandi in teſtamento ſunt. Neque vero adimi honorem eum conveniens eſt, niſi in ipſo teſtamento pater honorifice de filio ſcripſerit, ut ex verbis teſtamenti conſtet, eum bono conſilio, non notæ cauſa filium exhæredaſſe, vel præteriiſſe.

§. V.

Deciſio caſus. In caſu propoſito neque pater conſilium ſuum & cauſam in teſtamento adjecerat, cur præterita Mevia nepotes ejus inſtitueret, neque utilitas Meviæ verſabatur, quia neque uſumfructum neque alimenta acceperat. Plane conjecturæ non deficiebant, patrem in utilitatem filiæ ita conſtituiſſe. Erat enim Mevia patri ſuo gratiſſima, aliter quam Sempronia, præterea ruri degebat & jam ter incurſus furium experta ſummam in paupertatem redacta erat. Ex quo veriſimillime arguebatur, patrem filiæ conſulere voluiſſe. Sed neque conſilium in teſtamento expreſſerat, neque filiæ omnino proſpexerat, quippe nihil acceperat, unde in ſumma inopia commodius viveret & præſertim poſt mortem mariti ſuſtentaretur. Summum igitur Tribunal Cellenſe ſecundum Meviam pronuntiavit in cauſa Ilſen Sophien Menzendorfen, des Predigers Ehren Rimplers Ehe-Frau Klägerin und Appellantin, contra Regina Benedicta Menzendorfen Beklagtin und Appellatin, in puncto hæreditatis paternæ.

# OBSERVATIO CXCIII.

## *Ad rem aggeralem*, von Teich-Sachen.

§. I.

Kamm-Bruch, Quod alias Kopfſtürzung vel Kappſtürzung dicitur, id nonnullis locis, ut præſertim in Comitatu Oldenburgenſi, & in Holſatia,

tia, sed & in terra Wursatiensi Kammstürzung, vel Kammbruch appellatur. Nam ut Kopf & Kapp, ita Kamm summitatem significat. Existit autem hujusmodi species, cum agger vi fluctuum summitate sua privatur eaque omnino decidit, ut nihil ex summitate remaneat. Subjiciam descriptiones peritorum. Quidam ex Comitatu Oldenburgensi ita descripsit: Folget nun, was ein Kammbruch, oder Kammstürzung sey, und solches giebt das Wort mehrentheils selbst anheim; nemlich: Wenn durch Sturm und Wasser-Fluhten der Teich seines Kammes beraubet wird, daß derselbe ganz herunterstürzet und nichts davon nachbleibet, so entstehet ein Kammbruch, wenn der Bruch auch nur 1. Fuß tief wäre, wie denn hierzu gar nicht erfordert wird, daß der Teich bis auf den Grund weggerissen sey, denn solches ist kein Kammbruch sondern ein Teichbruch; hingegen wo nur auch eine Handbreit Kamm bestehen bleibet, da ist kein Kammbruch, der Schade sey aus- oder inwendig in der Abdachung so groß er wolle. Similiter fere jurati aggerarii Blexenses ex Comitatu Oldenburgico definierunt, wie ein Kammbruch nach dasiger Landes Redens-Ahrt eine Kappstürzung, nicht aber eine blosse Stürzung genannt werde, folglich dieses daselbst eine Kappstürzung genannt, wenn die Kappe oder Kopf des Teiches 1. 2. 4. 6. und mehr Fuß vom Teiche abreisset, da aber auch der Teich bis auf Meyfeld ganz weggerissen, wird dieses eine Kopfstürzung mit Meyfeldt gleich genant. Alius Præfectus ex terra Oldenburgensi ita definiit: Eine Kamm- oder Kopfstürzung wird hiesigen Orts genennet, wenn die ganze Kappe auch nur etwa ein halben Fuß tief, von der superficie derselben an zu rechnen, weggerissen, obschon auch vieles, und zwar das meiste vom Teich stehen kan. In terra Kehdingensi vox Kopfe vel Kappstürzung usurpatur, quam peritus quidam hunc in modum descripsit: wann die Kappe oder Kamm entweder ganz weggerissen, wenn es auch nur 1. a. 2. Fuß in den Teich tief ist, oder solche Kappe auch durch einen Uberfall ruiniret und inwendig ganz abgestürzet worden, obschon ein schmaler Strich von der Kappe stehen bleibet. Kammstürzung, Kopfstürzung.

## §. II.

Abstürzung in Comitatu Oldenburgensi dicitur, wenn das Wasser über den Teich stürzet und die inwendige Docirung ganz bis in die Kappe, oder nur zum Theil wegnimmt, doch so, daß von gedachter Kappe noch etwas stehen bleibet. Alibi in Comitatu Oldenburgensi, Abstürzung, Stürzung.

ut Blexenæ, Stürzung appellatur, quam jurati similiter fere definierunt, wenn das Wasser oder Wach übern Teich gehet, so daß die binnere Kappe davon angegriffen, die binnere Docirung ab- auch zu Zeiten wol unter Mey-Feld etwas einreisset, die Kappe aber auch aussen 2. 3. oder mehr Fuß nach Beschaffenheit oder Breite desselben annoch bestehen bleibet.

§. III.

Meyfeld gleich. Meyfeld gleich, vel bis auf Meyfeld sublatus agger dicitur, cum terræ æquatus est, wenn der Teich platt weg und der Erden gleich ist. Quæ locutiones in Ducatu Bremensi, Comitatu Oldenburgico & Holsatia obtinent.

§. IV.

Grund-Bruch. Grund-Bruch dicitur, cum non agger solum penitus, sed etiam fundus, in quo positus & exstructus fuit, dirutus est, da nicht allein der ganze Teich, sondern auch der Boden und Grund, worauf selbiger erbauet und gelegt ist, mit ausgerissen und ausgetrieben ist.

§. V.

Einlage. Einlage autem vocatur, cum agger contrahitur, wenn der Teich eingezogen wird, quod fit, si ob appropinquantes fluctus timendum est, ne fundus aggeris diruatur, wegen eines zu besorgenden Grund-Bruches. Abbreviationem contingentiæ definit Hackmannus.

§. VI.

An cespites ad reparandos aggeres redimantur. In terris Marsicis permultis observatur, ut si aliquando, terra aggerali ordinaria deficiente, de vicinis agris cespites ad reparandos aggeres tollantur, dominis agrorum, si ejusdem communitatis aggeralis sint, aus einem Teich-Bande, damnum non pensetur, nec propterea quidquam solvatur. Vid. *Hackmann de jure aggerum* C. 6. n. 157. sq. & *Ordinatio aggeralis Bremensis* C. 3. §. 13. In terra veteri autem Bremensi aliter obtinet, eamque terræ veteris consuetudinem Ordinatio aggeralis c. l. comprobavit. Quod & in multis aliis terris Marsicis servatur, ut Hackmannus refert c. l. n. 149. sq. In terra *Wursatiensi* distinctio quædam adhibetur. Qui enim cespites foris extra aggeres tolluntur, Butenteichs-Sohden, pro iis nihil solvitur, quod si autem terra extrinsecus deficiente intra aggerem

gerem de agris adjacentibus ceſpites ſumuntur, Binnenteichs-Sohden, pretio redimendi ſunt. De qua re gravis aliquando contentio extitit inter Præfectos aggerales & juratos trium diœceſium auſtralium terræ novæ Wurſaticæ & Præfectos juratosque ſeptem diœceſium borealium terræ veteris. Lite per appellationem ad ſummum Tribunal Cellenſe perducta, primum quidem d. 10. Febr. 1722. ſententia hujusmodi publicata eſt: daß weilen die Bremiſche Teich-Ordnung in dem paſſu, daß nöhtigen falls die Erde und Sohden von dem benachbarten Lande ohne Erſtattung mögen genommen werden, nur von denen zu jedem Teichband gehörigen Ländereyen zu verſtehen, es wegen derjenigen Sohden, die ohnumgänglich von fremden und nicht zum Süder-Neuen-Lande gehörigen Stücken müſſen geholet werden, bey dem vorigen Spruche zu laſſen, (ſc. ut pretio redimantur) ſo lange aber tüchtige Sohden in beſagtem Süder-Neuen-Lande auch binnen Teichs vorhanden, ſolche der Teich-Ordnung zu Folge ohne Entgeld herzugeben ſeyn, es könnten und wollten denn die Teich-Vorſteher der 3. Süder-Kirchſpiele Neuen Landes ihre dawieder angegebene Obſervanz, krafft welcher im ganzen Lande Wurſten die Binnenteichs-Sohden dem Eigenthümer der abgegrabenen Länderey nach der Creutz-Ruhte zu 8. bis 10. Schilling bezahlet würden, in proxima ordinaria, welche ihnen pro termino dazu anberahmet wird, gebührend erweiſen, worauf andre rechtliche Verordnung erfolgen ſoll. Qua probatione ſuſcepta ſummum Tribunal d. 24. Sept. 1740. ita pronuntiavit: Daß Appellaten dasjenige, was ihnen durch die bey Unſerm Ober-Appellations-Gerichte am 10. Febr. 1722. eröffnete Urthel nachgelaſſen worden, und ſie ſich angemaſſet, zu erweiſen, nach Nohtdurft erwieſen, mithin Appellanten ſchuldig, nach Anleitung des Wismarſchen Vergleichs de a. 1697. und der darinn feſt geſetzten Proportion zu Ankaufung derer zu Behuf der Appellaten Grund-Brüche und Einlagen erforderten Sohden, ſolange ſolche Sohden binnen Teichs herzunehmen, zu concurriren, geſtalten denn dahero das am 16. Jan. 1720. von Unſrer Bremiſchen Regierung ertheilte Decretum und eod. d. abgelaſſenes Reſcriptum nunmehro lediglich zu beſtätigen.

# OBSERVATIO CXCIV.

## *De obligatione ex voto.* (*)

Ex voto obligationem induci & perſonam hæredis quoque obligari, in *L. 2. ff. de pollic.* expreſſum eſt. Quod merito, ut in pollicitationibus, ita intelligitur, ſi juſtam cauſam contineat. Nam votum quoque appellatione pollicitationis comprehenditur. *Bynkerſhœk Obſerv. L. 6. C. 13.* Igitur ſi quis alendorum pauperum gratia certam pecuniæ ſummam poſt mortem dare voverit, juſta cauſa exiſtit, & hæredes utique ex voto obligantur. Quem in modum ſummum Tribunal Cellenſe pronuntiavit in Compromiß-Sachen weyl. des G. R. u. L. D. Ehrn E. W. F. v. S. und deſſen nachgelaſſener nunmehro auch verſtorbener Wittwen, D. E. v. S. hinterbliebener ſämtlicher Erben, in puncto verſchiedener bey der mütterlichen Erbtheilung vorgekommenen Streitigkeiten. Verba ſententiæ hæc ſunt: Weilen jedennoch die verſtorbene Mutter in ihren deshalb gemachten eigenhändigen Entwürfen verſchiedentlich angeführet, daß ſie denen Armen ein Capital von Ein Tauſend Rthlr. nach ihrem Tode zu laſſen, GOtte gelobet, mithin die ſämtliche Erben aus dieſem von der Erblaſſerin ſelbſt bezeugten Gelübde daſſelbe zu erfüllen, und das denen Armen zugedachte Capital denſelben unzertrennt zu laſſen ſchuldig ſind, ſo werden gedachte Erben auch dazu hiemit angewieſen ꝛc.

# OBSERVATIO CXCV.

## *De reſtitutione in integrum minorum Judæorum.*

Judæi, cum recepti ſunt, communi jure merito fruuntur, etſi cives quidem Romani non ſint, quia incolæ certe habendi ſunt, *Hert. de ſubject. territ. §. 8.* adeoque omni eo jure, quo ceteri utuntur, niſi juſta ratione ad religionem ſpectante excludantur. *Mev. Diſt. lev. inop. debit. C. 5. n. 202.* Et ita in formula protectorii Judaici in Collectione noviſſima Conſtitutionum Electoralium Brunſvicenſium & Luneburgenſium T. 3. C. 4. p. 439. expreſſum eſt: Es ſollen die Juden gleich andern Unterthanen bey Gleich und Recht geſchützet

(*) Conf. T. III. Obſ. CLXXV.

ſchützet, und ihnen gleich andern die Juſtitz jedesmal unweigerlich administriret werden. Igitur quod veteres gloſſatores contenderunt, cum Judæis non æquitatem, ſed rigorem juris ſervandum eſſe, admittendum non eſt. Bonum enim & æquum juris pars eſt & ad omnes homines pertinet nullaque ratio intelligitur, cur ad Judæos communis juris participes non pertineat. Eamque Gloſſatorum ſententiam jam dudum confutarunt *Zieglerus* de jur. Jud. C. 1. §. 3. 4. *Mevius* in Diſc. lev. inop. debit. C. 5. n. 199. *Bæhmerus* ad tit. X. de Judæis §. 57. 58. Quod relata formula protectorii quoque ſignificat bey Gleich und Recht geſchützet. Nam Gleich ad æquum & bonum pertinet. Omnino igitur in integrum reſtitutionis auxilium quoque ex cauſa minoris ætatis denegandum Judæis non eſt, quia infirmitas ætatis & lubricum conſilii tam in Judæos quam in ceteros minores convenit. Quod jam dudum quoque defenderunt *Ziegler* de jur. Judæor. C. 5. §. 21. *Mevius* c. l. n. 201. *Bæhmerus* in diſſ. de tolerantiæ religioſæ effect. civil. C. 2. §. 40. & ad tit. X. de Judæis §. 57. Secundum quod ſummum Tribunal quoque Cellenſe pronuntiavit d. 28. Mart. 1740. in cauſa Behrenſchen Curatoris des Hof-Gerichts-Secretarii Wilhelm Auguſt Ludemanns, Appellanten, contra die Gebrüdere, Gumpert Behrend und Coßmann Behrend, Lehmanns, Appellaten in puncto reſtitutionis in integrum adverſus aditionem hæreditatis.

# OBSERVATIO CXCVI.

## *De lumine non aperiendo, ſeu feneſtris non aperiendis.*

Jure civili feneſtras in proprio pariete aperire ubique licet, niſi quidem vicino ſervitus luminis non aperiendi pacto conſtituta ſit. *Voet ad tit. ff. de ſerv. præd. urb. §. 9. Lauterbach Colleg. theor. pract. Pand. eod. tit. §. 7.* Sed jure *Lubecenſi* novas feneſtras contra antiquam formam verſus aream vicini facere non licet, omnesque fenestræ prohibentur, unde in ſolum vicini proſpectus eſſe queat. Vid. *Mevius ad Jus Lubec. P. 3. tit. 12. art. 13. n. 8.* Quod *Hamburgi* quoque & *Ulmæ* obtinere, annotavit *Sam. Stryk* in *Uſu moderno Digeſt. tit. de ſervit. præd. urb. §. 9.* Idem in ſtatutis *Verdenſibus*

*ſibus* ſtat. 89. cautum eſt, hunc in modum: Idt ſchall ok nemand Kikfenſter in eines andern Hoff maken, ſünder idt ſcholen de Fenſter ſo hoch von der Erden ſin, dat ein Man de mit der Hand nicht afflangen konne, *ut ne quis feneſtras faciat, ex quibus in vicini aream proſpiciatur, ſed feneſtræ ita ſublatæ ſint oportet, ut ne manu poſſint attingi.* Sed & in civitate Cellenſi uſu ita obſervari traditur, ut in pariete veteri verſus fundum vicini omnino feneſtras habere non liceat, in novo autem clauſas duntaxat habere permittatur. Vocantur autem feneſtræ clauſæ, ſtehende Fenſter, quæ aperiri nequeunt, & altius ſublatæ ſunt, eum fere in modum, ut in ſtatuto Verdenſi definiuntur. Quod uſu civitatis Cellenſis ad interſtitia quoque inter ædificia, quæ Zwiſche, vel Gathe dicitur, accommodatur. Secundum quod in Curia Cellenſi pronuntiatum eſt d. 13. Dec. 1719. & d. 5. Febr. 1720. in cauſa Rudolph Bierwirths contra Lübben & d. 30. Jul. 1721. in cauſa Ludolph Philipp Elebrechts contra Ahlefeld.

# OBSERVATIO CXCVII.

## *An privata hypotheca a reo judicialiter deinde agnita pro publica habeatur.*

Debitor creditori ſuo hypothecam privatam conſtituerat, deinde in judicio conventus debitum & obligationis inſtrumentum agnoverat, & ad ſolvendum quoque condemnatus erat, poſtea autem juniori creditori hypothecam quaſi publicam coram Notario & teſtibus conſtituerat. Moto concurſu creditorum agitabatur, an poſtquam in judicio debitor antiquiorem obligationem agnoviſſet & mandatum de ſolvendo accepiſſet, alii creditori poſteriori hypothecam quaſi publicam in detrimentum prioris hypothecæ conſtituere potuiſſet. Movebat, quod *Salgado* in Labyrintho Creditorum L. 3. C. 13. n. 31. ſq. & *Guttierez* L. 1. Qu. 125. n. 1. defendunt, hypothecam privatim conſtitutam, ſed in judicio recognitam publicam fieri ob recognitionem, non quidem in præjudicium creditorum, qui antea contraxerint, ſed eorum, qui poſtea contraxerint. Quibuscum ſentire videtur *Brunnemannus* ad L. 11. C. qui pot. in pign. n. 12. & in proc. Conc. Cred. C. 5. §. 46. Sed vix eſt, ut hoc dicamus. Hypothecam enim publice confectam

fectam esse oportet, ut publica habeatur. *L. 11. C. qui pot. in pign.* Neque eadem ratio subsecutæ agnitionis est, quæ confectionis. Multa enim debitor præsertim processu executivo conventus necessitate juris agnoscere debet, quæ forte ab initio non agnovisset, propterea quod exceptiones illiquidæ a solutione non liberant, sed ea causa liquidæ vel in continenti liquidabiles requiruntur. Quamobrem hypotheca deinde ex necessitate juris in judicio recognita non itidem ut publice ab initio constituta suspicionem fraudis excludit. Præterea autem in hypotheca publica efficienda merito & debitoris & creditoris consensus & intentio hujusmodi hypothecæ constituendæ desideratur. Quæ intentio neque in debitore neque in creditore intelligitur, si debitor de solutione conventus obligationem necessitate juris recognoverit. Igitur sententia relata solido juris fundamento destituta omnino esse videtur.

# OBSERVATIO CXCVIII.

## *De legum desuetudine.*

Quod semel publicæ utilitatis vel tranquillitatis causa constitutum est, id solo usu populi contrario in desuetudinem abire nequit, nisi Principis vel legislatoris consensus interveniisse intelligatur. Neque enim de salute vel utilitate publica contra Principis voluntatem aliter statuere subditi possunt. Sed etsi Julianus in *L. 32. §. 1. ff. de Legibus* scripsit, *rectissime etiam illud receptum esse, ut leges non solum suffragio legislatoris, sed etiam tacito consensu omnium per desuetudinem abrogentur*, tamen hoc eo nititur, quod *leges nulla alia ex causa nos teneant, quam quod judicio populi receptæ sint*, neque interfit, suffragio populus voluntatem suam declaret, an rebus ipsis & factis. Quod olim quidem apud Romanos rectissime dicebatur, quia leges in comitiis suffragio totius populi ferebantur, *Heinecc. Antiquit. Rom. L. 1. tit. 2. §. 1. 5.* adeo ut Augustus quoque Tiberius ceterique Imperatores usque ad Galbam eum ritum leges in comitiis ferendi servarent. *Heinecc. c. l. §. 44.* Plane ex Tiberii ætate Senatus consulta item vim legis obtinuerunt, sed ideo quidem, quod Tiberius comitia in curiam ex campo transtulisset, adeoque curiæ & Senatus suffragium in locum populi successisset & ipsum

populum deinceps repræsentaret. Suffragium igitur Senatus populi suffragium erat. Et hoc in relata lege spectasse Julianus videtur. Neque præterea hæc JCti verba ad constitutiones Principum pertinent. Nam neque accommodari eo possunt, neque Julianum de iis sensisse consentaneum est, quia præsertim Hadrianus Imp. demum, cujus ætate JCtus vixit, constitutiones ferre instituit, etsi rescripti vel edicti exemplum de Vespasiano jam profertur. Vid. *Heinecc. Antiquit. Rom. L. 1. tit. 2. §. 57. Brunquell hist. Jur. Rom. German. P. 1. C. 12. §. 14.* Apposite igitur *Joh. Voet ad tit. ff. de Legib. n. 37.* ita scribit: *Ceterum quæ de consuetudine, legem priorem abrogante, dicta sunt, de ea quidem, quæ rationabilis est & in statu democratico (in quo penes populum condendæ legis potestas) introducitur, expedita sunt. Verum - - - Non magis sane quam in monarchico regimine sancitas a Principe constitutiones usu contrario utcunque inveterato populus sustulerit, nisi de tacito Principis consensu ac conniventia constet. Nam cum omnem legis condendæ potestatem populus in Principem transtulerit & naturali ratione ejus sit solvere, qui potest ligare, ac ejus sit nolle, qui potest velle, - - - qui quæso posset invito legislatore abrumpere legum frena, ipse legis ferendæ exutus potestate.* Idemque defendunt *Heineccius* in Elem. Jur. sec. ord. Inst. §. 71. Dn. *Bœhmer* Introd. in Jus Dig. tit. de Leg. §. 19. *Gundling* ad Dig. tit. de Leg. Sect. de Consuet. §. 1. p. 74. *Kemmerich* de probat. consuet. & observ. S. 1. §. 13. ibique not. c. Quid igitur si legis tranquillitatis publicæ causa latæ pœnalis desuetudo inde arguatur, quod delicta lege comprehensa, etsi non infrequenter inciderint, tamen a magistratu per longum vel longissimum XXX. vel XL. annorum tempus punita non sint. Ea plane desuetudo non est, quæ legem abrogaverit. Nam primo quidem multa incidunt, quæ Magistratus non rescisit. Quod si igitur delicta judiciis non innotuerint, consensus omnino principis intelligi non potest. Sed nec præterea, etsi magistratui delicta innotuerint, punita autem non sint, & magistratus officio suo non satisfecerit, lex consensu Principis abrogata haberi potest. Nam siquidem delictum ita comparatum sit, ut salus & tranquillitas publica pœnam vel supplicium requirat, dicendum foret, Principem impunitate approbata facinus probasse, quod non tantum publicam salutem evertat, sed & quod Princeps antea severa vindicatione dignum ipse judica-

verit. Accedit, quod hujusmodi contraria consuetudo, quæ impunia delicta facit, rationi & æquitati repugnat; adeoque legem vincere non potest. Zœs. ad tit. ff. de Leg. §. 14. In omni enim consuetudine ratio, quæ consuetudinem suasit, inprimis inspicienda est *L.* 1. *C. de longa consuet.* ideoque tum demum, cum nihil per causam publicam intervenit, quæ diu servata sunt, permanebunt. *L.* 1. *C. Theod. de longa consuet.* Quod in summo Tribunali consideratum aliquando est.

# OBSERVATIO CXCIX.

## *De testibus mercede illectis.*

Testes sive mercedem vel præmium testimonii acceperint, sive promissione ejus ad testimonium illecti sint, a testimonio merito repelluntur. Utique enim promissio quoque efficit, ut perjurium metuendum sit. Igitur etsi is, qui corruperit, causam non perdat, tamen iis testibus uti prohibetur. Vid. *Clasen ad Const. Crim. Carol. art. 64.* Secundum quod summum Tribunal Cellense testes, quibus promissum præmium testimonii fuerat, non tantum a testimonio dicendum repulit, sed etiam quia alia probatio quam per eosdem testes omnino afferri non poterat, producentem condemnavit d. 11. Nov. 1743. in causa Tollen contra Schuhmacher.

# OBSERVATIO CC.

## *De unione prolium.*

### §. I.

*Unio prolium* existit, cum liberi alieni a patre vel mâtre non naturali pro naturalibus liberis recipiuntur hunc in modum, ut utriusque parentis liberi ex uno eodemque matrimonio progeniti censeantur. Definitio.

## §. II.

Definitiones aliorum.

Quoniam hoc negotium moribus Germaniæ inprimis receptum eſt, non ineptum videtur, aliorum definitiones ſubjicere. *Jacobi Rickii ab Arweiler* definitio in Tr. de unione prolium C. 1. n. 8. eſt hujusmodi: *ut ſcilicet unio ſit pactum magiſtratus auctoritate ſubnixum, quo diverſi matrimonii liberi in hæreditatem proximorum deficientium parentum & hi in illorum pariter ſucceſſuri, ab his, quorum intereſt, declarantur.* Sed hæc definitio nonnulla continet, quæ commodius deinceps demonſtrantur, neque præterea omnia exhaurit, quia ad ſucceſſionem duntaxat accommodata eſt. *Muſculus* de ſucceſſione conventionali & anomala Claſſ. 1. M. 3. definit ſic: *ut pactum ſit ſolenne, conſuetudine Germaniæ rationabili, innixum & Camerali judicio ſtatutisque locorum ſpecialibus receptum qua parentes ad ſecundas nuptias tranſeuntes coram magiſtratu ordinario cauſa cognita & interveniente conſenſu propinquorum eorumque, quorum intereſt, ſcriptura & teſtibus confecto prius inventario de hæreditate ſua vel parte bonorum inter diverſi matrimonii liberos ex æquo communicanda proſpiciunt.* Sub hanc definitionem multa veniunt, quæ neque definitione recte comprehenduntur, neque præterea admitti poſſunt; ſed neque ita concepta definitio eſt, ut rem exhauriat. Commodius idem deinde n. 14. p. 8. in hæc verba definit: *Dicitурque Germanis noſtris* die Einkindſchaft, *cum in ſecundo conjugio alter conjugum alterius ſobolem quaſi pro ſua agnoſcit vultque, ut ad vicem naturalium legitimorumque filiorum ad hæreditatem ſuam admittantur.* Paulo alia definitio eſt *Georg. Ad. Struvii* in diſſ. de unione prolium C. 1. in hunc modum: *Unio prolium eſt actus legitimus & ſolennis, quo liberi diverſi matrimonii a parentibus ad ſecunda vota tranſeuntibus ratione juris filiationis & ſucceſſionis exæquantur.* In qua definitione vix quidquam reprehendendum eſt, niſi quod actus legitimus & ſollenis dicitur, de quo deinceps videbimus. *Erneſtus Frid. Schræter* in diſſ. *de pacto ſucceſſorio inter unitos diverſi matrimon. liber. M. 1. n.* 15. definitionem hanc tradit, *ut unio ſit conventio de liberis diverſi matrimonii uniendis, auctoritate magiſtratus ſubnixa, qua alter conjugum alterius ſobolem quaſi pro ſua agnoſcit & vult, ut ad invicem naturalium & legitimorum filiorum ſimul admittantur ad hæreditatem.* Plura continet *Jo. Eichelii* defi-

definitio in diſſ. de unione prolium §. 7. qui definit *actum, quo cauſa cognita a magiſtratu & eorum, quorum intereſt, conſenſu accedente, liberis prioris matrimonii in pactis nuptialibus parentum ſuorum ſecundo nubentium quaſi communicantur inter ſe & invicem adoptantur, ita ut æque, ac ſi ex utroque geniti eſſent, cenſeantur.* Sed hæc definitio nonnulla non ſatis accurate tradit & nimis copioſa eſt. *Lauterbachius* in Collegio Pandect. Theor. pract. tit. de adopt. & emancip. §. 12. Struvianam fere definitionem aſſumſit. Ait enim: *Unio prolium eſt actus legitimus, quo liberi diverſi matrimonii a parentibus ratione juris filiationis exæquantur, ac ſi ex eodem matrimonio nati eſſent.* Sed *Samuel Strykius* in Uſu moderno Digeſtorum tit. de adopt. §. 10. ita definit: *eſt conventio parentum de liberis diverſorum matrimoniorum ratione ſucceſſionis adæquandis, ut tam quoad patrem quam quoad matrem pariter cenſeantur, ac ſi ex eodem matrimonio prognati eſſent.* Quæ definitio item ad jus ſucceſſionis tantum pertinet. Plane nec *Georgii Beyeri* definitio ſatis commoda eſt in Spec. Jur. Germ. L. 3. C. 15. §. 1. hujusmodi: *unio prolium pactum eſt inter conjuges de liberis prioris matrimonii ſecum invicem & cum liberis ex præſente matrimonio ratione ſucceſſionis æquiparandis.* Præſtat generaliter ita definire, ut adſcititii liberi naturalium inſtar habeantur. Nam primarius quidem finis eſt filiatio, addo etiam ſucceſſio, ſecundarius autem, ut *Schilterus* in Exerc. 3. ad ff. §. 17. annotavit, æqualis ſucceſſio liberorum, cui tanquam non eſſentiali etiam renuntiari poteſt.

## §. III.

Videamus etiam, quomodo in ſtatutis & legibus quibusdam provincialibus Germaniæ unio prolium definiatur. Simpliciſſima definitio eaque ſatis commoda hæc eſt, quæ in Statutis Kehdingenſibus Ducatus Bremenſis tit. 9. §. 2. traditur, liberos ex priore matrimonio ſuſceptos a novo conjuge pro naturalibus adſciſci. Verba hæc ſunt: Würde aber der, oder diejenige, ſo ſich mit dem überlebenden Vater oder Mutter wieder verehliget, die Kinder erſter Ehe für Kinder annehmen, iſt der Abtheilung nicht nöthig. Statuta Oldenburg. 7. & Gloſſ. P. 3. tit. 3. §. 3. apud Struvium de un. prol. C. ult. Iſt et averſt, dat deſülve leſt levende Ehegade mit den Kindern alleen in den Gödern nicht beſitten blieven, ſondern ſick verändern und

Definitiones ex Legibus Germanicis.

den Wedewenſtand vorücken will, ſo iß wol in gemeenen beſchrevenen Rechten neen Unterſcheet, offt idt ein Mann edder ene Frowe ſy, ſo ſick anderwerts verheiratyten. Jedoch dat Stadt Boeck holt den Unterſcheit, dat de Frowe vor den Ehelicken Bylager öhre Kinder van ſick affdeelen moth, und in den Goedern nicht beſitten bliven mag, de Mann averſt, weneer he ſchon wedder friet, iß van rechtswegen, woferne he de Goeder recht adminiſtreret, und nicht unnütlicken tho bringet, ſich in ſülke Affdeelung in tho laten nicht ſchuldig; ſondern mach de andere Frowe de Kinder vor öhre Kinder annehmen, und werden alsdenn ſolke Kinder der erſten Ehe den Kindern, ſo beyde Ehelüde mit einander in der leſten Ehe telen, gelik geholden. Conſtitutio Moguntina de unione prolium in Camera Imperiali confirmata, quæ extat apud Muſculum de ſucceſſ. convent. & anom. Claſſ. 1. M. 3. p. 26. cujus tanta inter Doctores fama eſt, ut norma hujus materiæ habeatur, *Berger Oeconom. Jur. L. 1. tit. 3. §. 14. not. 4. Stryk Uſ. mod. Dig. tit. de adopt.* §. 9. ita declarat: Demnach ſich offt zuträgt, daß unter Eheleuten, ſo Kinder mit einander haben, eines mit Tode abgehet, das überbleibend ſich zu weiterer Ehe verändert, und derhalben Einkindſchaften aufgerichtet werden, alſo daß die Kinder voriger Ehe mit denen, ſo in nachfolgender Ehe gezielet werden, in erblicher Gerechtigkeit gleiche Kind ſeyn ſollen, als wären ſie alle von ihr beyden Leiben gebohren ꝛc. Plane hæc conſtitutio item in ſucceſſione filiorum rationem collocat, ſed videbimus deinde, ſecundum eandem conſtitutionem plures unionis effectus exiſtere, qui a ſucceſſione non dependent. Jus provinciale Ducatus Franconiæ, des Herzogthums Franken Land-Gerichts-Ordnung P. 3. tit. 108. in collectione ſtatutorum Dni de Ludolf ita habet: daß offtermahl das letztlebende Ehgenoß ſich mit dieſem Geding wiederum zu verheyrahten pfleget, daß die Kinder, welche in der andern, alſo künftigen, Ehe erzielet werden möchten, mit, zuſamt, und neben den allbereit aus der vorigen Ehe gebohrnen Kindern des angehenden Ehe-Genoſſen rechte Kinder ſeyn, und alſo alle zu gleicher Erb-Gerechtigkeit ſtehen ſollen, als wann ſie alle aus einer Ehe gebohren wären. His verbis ſucceſſio tanquam effectus principalis proponitur, ceterum definitur, liberos pro veris & naturalibus liberis adſciſci. Eadem Ordinatio P. 3. tit. 119. §. 17. vocat *adoptionem* & Annehmung fremder Kinder zu Dichtern.

§. IV.

§. IV.

Ceterum definitio noſtra ex variis quoque appellationibus hujus negotii illuſtratur, quas Doctores tradunt. Vocant enim *parificationem*, *pariationem*, *conjunctionem prolium*, *adfiliationem*, *filiationem reciprocam*, *abuſivam liberorum adlectionem*. Vid. *Rick ab Arweiler* de un. prol. C. 1. n. 10. C. 3. C. 4. n. 28. *Ge. Ad. Struv.* de un. prol. C. 1. Illuſtratio.

§. V.

Eſt hæc unio prolium in ſuperiori Germania frequens uſitata, ut præter conſtitutionem Moguntinam Jus Provinciale Ducatus Franconiæ, Jus provinciale Electorale Palatinum, Wurtenbergicum & Solmenſe, Conſtitutio Juliacenſis, Ordinatio judiciorum inferiorum Bipontina & Electoralis Trevirenſis, ſtatuta Freybergenſia & Heilbronnenſia, Reformatio Wormatienſis & Francofurtenſis, quas conſtitutiones omnes *Muſculus* & *Schilterus* citant, convincunt. Mores Haſſiæ retulit Dn. *Senkenberg* in Conſuetudinibus & Obſervantiis Juridicis circa ſucceſſiones & retractum in Haſſia receptis & ſeculo XVI. finiente auctoritate publica collectis, in *Selectis Juris & hiſtoriarum* T. III. p. 294. ſq. Sed etſi Samuel Strykius in Uſu Digeſtorum moderno negaverit, ſe usque eo per vicennium caſum unionis prolium unquam vidiſſe, tamen in Saxonia inferiori uniones omnino incognitæ non ſunt. Certe in *ſtatutis Kehdingenſibus* Ducatus Bremenſis tit. 19. §. 2. & *Oldenburgenſibus* nominatim mentio de iis injecta eſt. Ceterum univerſæ Germaniæ conſuetudine receptas eſſe uniones prolium, contendunt *Gailius* L. 2. Obſ. 125. n. 1. *Muſculus* c. l. n. 43. ſq. ibique allegati, *Carpzovius* L. 5. Reſp. 6. n. 5. *Samuel Stryk* de ſucceſſ. ab inteſt. Diſſ. 8. C. 6. §. 22. adeo ut Strykius ab onere probandæ hujus conſuetudinis actorem abſolvat. Contra ea *Struvius* in diſſ. de unione prolium C. V. contendit, conſuetudinem loci hac in re probandam eſſe. Quam ſententiam præjudicio quodam Cameræ Imperialis de a. 1538. firmavit. Uſus unionis prolium.

§. VI.

Omnino utilitatis gratia receptæ uniones prolium ſunt, maxime Cauſa unionis

prolium receptæ.

xime ideo quidem, ut lites inter parentes & liberos evitentur, & pupillis, quorum magnæ facultates non ſunt, tanto melius conſulatur, quo ſcilicet facilius educari & ſuſtentari poſſint, ſed & ut bona eorum tanto melius conſerventur. In patre novam uxorem ducente alia utilitatis ratio accedit, quia is uſumfructum peculii adventitii liberorum & adminiſtrationem nihilominus retinet, adeoque cum noverca & liberis ſecundi matrimonii lites deinde graves metuendæ ſunt.

## §. VII.

Unione reſpectus filii & parentis inducitur.

Dixi, in unione prolium liberos alienos pro naturalibus liberis adſciſci. Ex quo conſequitur, ut deinde inter novum patrem & filium eadem ratio intercedat, quæ naturaliter inter patrem & filium intercedit, usque eo ut, quemadmodum adſciti liberi naturales habentur, ita novus parens quoque naturalis habeatur. Neque enim poteſt filius novi parentis haberi, qui eundem parentem non agnoſcat. Et ita Ordinatio provincialis Ducatus Franconiæ expreſſit P. 3. tit. 111. §. 1. denſelbigen durch eine ſonderliche Denuntiation verkünden laſſen, daß ſie die Kinder, denen man den Stief-Vater oder Stief-Mutter zu einem rechten Vater oder Mutter will einſetzen ꝛc. & tit. 112. und ſich hernacher erſt dieſelbige Eltern an unſerm Land-Gerichte den Kindern zu gemachtem Vater oder Mutter einſetzen laſſen ꝛc.

## §. VIII.

Officia & jura eorum liberorum & parentum.

Quæ igitur parentes liberis & liberi invicem parentibus naturaliter debent, ea quoque a parentibus & liberis adſcititiis exigunter, & quæ jura naturaliter parentes in liberos habent, parentibus adſcitis quoque aſſignanda ſunt. *Ord. jud. provinc. Duc. Francon. P. 5.* tit. 118. §. 1. und werden die eingeſetzte Eltern gegen den angenomenen Kindern, desgleichen die Kinder gegen ihnen, die Eltern, in Erb-Gerechtigkeiten und allen andern Stücken dermaſſen geachtet und gehalten, als wenn die Kinder ihre rechte natürliche Kinder, und ſie der Kinder rechte natürliche Eltern wären, ſo lang und viel, bis ſie wieder von einander vertheilet werden.

## §. IX.

Igitur ut parentes ad alendos & educandos liberos naturales tenen-

tenentur, ita adſcititii quoque parentes alere liberos & convenienter educare obligantur. Vid. *Rick de un. prol.* C. 8. *Struv. de un. prol. C. 5. §. 16. Eichel de un. prol. §. 76.* Liberi autem adſumti eundem parenti novo honorem & obſequium debent, ut naturales liberi parentibus naturalibus. *Struv. c. l.* Nam etſi liberi ex propriis forte bonis alantur, ut hac in re beneficium non accipiant, tamen educationis ratio id utique exigit. Ex quo illud quoque manifeſtum eſt, tale imperium, quale ad educationem liberorum neceſſarium eſt, parenti adſcito permitti. Ord. provinc. Duc. Franc. P. 3. tit. 118. §. 2. werden die gemachte Eltern und Kinder vermittelſt ſolcher Einkindſchaft dermaſſen einander verwandt und vereiniget, daß derſelbige gemachte Vater oder Mutter dieſe Kinder gleich ihren rechten und natürlichen Kindern in ihre Gewalt, Zucht und Gehorſam bekommt. Dagegen ſeynd die Kinder ſolchen Eltern zu gehorſamen, und gegen ihnen, gleich als wären ſie ihre rechte natürliche Eltern, ſich zu erzeigen ſchuldig.

## §. X.

Filiifam. & patresfam. ſenſu juris natur. efficiuntur.

Sed illud quoque dicendum eſt, liberos adſumtos ſocietati domeſticæ novi patris aggregari & ſenſu juris naturalis filiosfam. effici, adſcitum patrem autem eorum quoque reſpectu patremfam. haberi. Quamobrem quæ ex naturali jure de poteſtate patria demonſtrari poſſunt, in aſſumtum patrem & filium omnino conveniunt.

## §. XI.

Patris adſumti adminiſtratio & uſuſf. in re liberorum.

Quemadmodum igitur naturaliter paterfamilias caput ſocietatis domeſticæ eique præfectus eſt, qui rem totius domus & familiæ gubernat & bona liberorum quoque pleniſſime adminiſtrat, iisque in rem familiæ utitur fruitur, ut in Obſervatione (*) de uſufructu paterno in bonis filiifam. adventitiis ex jure naturali latius oſtendi, ita adſumtus pater liberorum adſcitorum bona adminiſtrat, iisque ut propriis utitur fruitur, usque eo certe, quoad unio & ſocietas ipſa durat. Quod etſi *Beyerus* in Spec. Jur. Germ. L. 1. C. 25. §. 20. neget, tamen ceteri Doctores utique uſumfr. talem patri concedunt durante unione, in compenſationem quidem alimentorum. Vid. Rick C. 6. n. 76. & C. 9. n. 21. ſq. *Meichſner.* Vol. 4.



(*) XCVIII.

Dec. Camer. 6. n. 9. *Klockius* Conſ. 160. n. 59. ſq. *Stryk* de ſucc. ab inteſt. Diſſ. 8. c. 6. n. 25. Idque Conſtitutio Moguntina non obſcure ſignificat, ſecundum quam de facultatibus liberorum & parentum inquirendum eſt, neque unio perficienda, ſi patrimonii utrimque magna inæqualitas deprehendatur. Cujusmodi circumſpectio in jure provinciali ducatus Franconiæ quoque expreſſa eſt. Qua inquiſitione opus non eſſet, niſi novus pater pleniſſimam adminiſtrationem & uſumfructum bonorum filii adſumti haberet. Plane de adminiſtratione tanto minus dubitari poteſt, quod ex eo tempore, quo liberi uniuntur, tutorum quoque officium deſinit, utin Jure provinciali Ducatus Franconiæ P. 3. tit. 111. §. 6. nominatim continetur. Sed neque in formulis unionum deprehendi, novum patrem rationibus reddendis obſtringi. Quod manifeſto ſignificat, uſumfr. ei adſignari. Præterea adminiſtrationem dominio ſimillimam penes eum eſſe, ut penes naturalem patrem, ex eo intelligitur, quod cautionem de reſtituendis bonis nullam præſtat. Sed hoc deinceps quoque plenius intelligetur.

## §. XII.

**Bonorum inter parentes & liberos confuſio.**

Omnino dicendum eſt, bona novi parentis & liberorum, quæ a defuncto parente habent, in commune conferri, gratia novæ ſocietatis domeſticæ, ut parentes & liberi adſciti bona ſua inter ſe communicent, & communionem bonorum inter ſe habeant. *Quo facto* revera bona utrimque collata confunduntur, totius quoque maſſæ gubernatio ad patrem ſive verum ſive fictum pertinet. Nam ita profecto ex ratione novæ ſocietatis domeſticæ utique dicendum eſt. De noverca poſtea videbimus. Quam in rem *Muſculus* de ſucc. convent. & anom. Claſſ. 1. M. 3. n. 132. ſcribit: *Communicantur ea, quæ ex ſucceſſione paterna vel materna filiis ſunt acquiſita.* Similiter fere *Eichel de un. prol. §. 78.* Idem ex formula apud Muſculum p. 75. intelligitur: Und erſtlich iſt abgeredt, beſchloſſen und verwilligt worden, dieweil mehr beſagte Kinder voriger Ehe N. und N. ein Anſehnlichs von ihrem Vater herrührend ererbet, das ihnen zum voraus eigenthümlich ſeyn und bleiben, auch ſo bald ſich deren eins verheyrahten wird, ihm von beſagtem N. und N. ſeiner Haus-Frauen als der Mutter, N. Gülden ꝛc. eingeräumet und zugeſtalt werden ſollen. Folgends aber zum andern ſo ſollen alle und jede aus voriger Ehe berüh-

rührende, liegende und fahrende Güter, sie seyn väterlich oder mütterlich, desgleichen alle diejenigen, so N. in diese bringt, oder in währender dieser Ehe durch beyde Eheleute ererbt oder errungen und gewunnen werden mögen, keine ausgenommen auf den Fall eines Ehegemachts Absterbens sich das Lebend wieder verändern würde, zusammen geworfen und unter das überlebend Ehegemacht und verhandene Kinder in die Häupter gleichlich vertheilet, und jedem sein Theil eigenthümlich zugestalt, jedoch ob es Sache wäre, daß das letztlebend den Wittwen-Stuhl unverrückt hielte, demselben die Zeit seines Lebens bey allen solchen Gütern der Besetz gegen gebührliche Niessungs-Caution gelassen werden. Samuel Stryk de succ. ab intest. diss. 8. c. 6. §. 17. hanc in rem ita scribit: *Hoc pactum dubio procul bona unientium afficit, frustra dissentiente Rick C. 8. num. 7. & quidem in tantum, ut liberis per unionem proprietas illorum adimatur, bonaque cum aliis confundantur, quæ parentes ipsi habent, in eamque conditionem veniant, ac si utrimque naturales parentes in vivis essent.* Conf. Struv. de un. prol. C. 3. §. 5. *bonorum inducitur vi unionis confusio.*

## §. XIII.

An autem bona, quæ deinceps post unionem liberis obvenerunt, similiter in commune conferantur, quæri potest. Sed quamvis Ordinatione provinciali Ducatus Franconiæ P. 3. tit. 118. §. 3. ita caveatur, tamen secundum regulam generalem hæc in commune conferri non putem, *Struv. de un. prol. C. 3. §. 6. Schræter c. l. M. 4. n. 25.* etsi usumfructum fictitio patri tam diu assignaverim, quamdiu domo & familia ejus filius continetur, ad exemplum peculii adventitii filiifamilias, cujus usumfructum & administrationem pater naturali jure habet. Conf. §. XI. Sed & paterna reverentia a rationibus reddendis eum excusabit. De bonis, quæ liberis postea obveniunt.

## §. XIV.

Illud quæri potest, an, quod *Strykius* c. l. §. 17. existimat, liberis per unionem proprietas bonorum adimatur. Quod hactenus verum certe est, quatenus bona liberorum in commune conferuntur & parenti adsumto ceterisque deinde liberis communicantur. Præterea novus pater totius patrimonii in commune collati An liberis proprietas bonorum adimatur.

merito gubernationem & administrationem, ut paterfamilias habet. Igitur nec disponendi facultas in rem familiæ commode huic patri denegabitur. Quamobrem propius sane est, ut dicamus, proprietatem bonorum in commune collatorum liberos amittere, eamque in parentes adsumtos transire. Ord. prov. Duc. Francon. P. 3. tit. 118. §. 3. Zum andern, so werden alle die Hab und Güter, so die Kinder jetzo haben, oder künfftig, da sie noch bey ihren Eltern unabgetheilet wären, ererben, bekommen, und erlangen möchten, der Eltern eigen, haben auch mit solchen, wie mit andern ihren eignen Gütern zu gebahren, zu thun und zu lassen.

## §. XV.

Continuatur.

Quod quidem tanto melius intelligemus, si perpendimus, liberos adscitos bona sua nunquam vindicare posse, sed post mortem demum patris communium bonorum partem recipere. Neque enim propria œconomia efficit, ut partem bonorum liberi vindicare possint, etsi hoc in peculio adventitio permittatur.

## §. XVI.

Parentes ad dotandos liberos adsumtos obligantur.

Etsi autem per unionem proprietas bonorum liberis adimatur, neque ante divisionem hæreditatis liberi partem suam petere possint, tamen parentes ad dotandos liberos ex bonis communibus utique tenentur, quia hæc naturalis parentum obligatio est.

## §. XVII.

Patris adsumti in filium potestas.

Atque hæc sunt, quæ de juribus & officiis parentum & liberorum adsumtorum inter se annotanda duxi. Omnino igitur adsumto patri talis potestas assignanda est, quæ jure naturali patrifamilias in liberos competit. *Rickius* in Tr. de un. prol. C. 8. n. 2. hujusmodi potestatem ei tribuit, quæ inter tutelarem & patriam media sit, quam magis quis secum considerare, quam verbis exponere possit. Quem *Schilterus* in Exerc. 3. ad ff. §. 17. sequitur. Sed *Ge. Ad. Struvius* in diss. de un. prol. C. 5. §. 16. vix ambigit, patriam potestatem ei assignare, non quidem stricte ita dictam & jure civili variis qualitatibus vestitam, sed hujusmodi potestatem, quam jus consuetudinarium ei tribuat, quæ ratione patris consistat in pie-

tate

tate & affectione paterna, ratione liberorum vero in reverentiæ & obsequii debiti præstatione. Idem sensit *Schræter* in diss. de pacto successorio inter unitos div. matrim. liberos M. 4. n. 3. sq. & *Eichel* in diss. de un. prol. §. 73. 74. qui quidem Rickii sententiam sequitur. Sed nisi fallor, ex jure naturali potestas commodissime determinabitur.

## §. XVIII.

Unio jura civilia non communicat, neque jura sanguinis.

Contra ea, quæ instituti & juris civilis sunt, liberis & parentibus assumtis non communicantur. Quamobrem neque in aliam familiam & agnationem civilem filius transit, neque nomen patris adoptat, neque ex patre nobili jus nobilitatis consequitur. *Schilter Exerc. 3. ad ff. §. 17.* Et quamvis *Schræter c. l.* n. 6. dignitatem patris unito filio accedere putet, hoc tamen admittendum non est. Sed nec jus sanguinis hæc adoptio tribuit, quod nec vera adoptio dat. *L. 23. ff. de adopt.*

## §. XIX.

De personis parentum unientium.

Illud dubitationem non admittit, tam vitricum quam novercam conjugis sui liberos ex priore matrimonio pro suis adscisere posse, sive novus parens item ex alio matrimonio liberos habeat, sive minus. Nulla enim ratio in contrarium intelligitur, cur non æque adscisere possit liberos, qui prolem ipse nondum habeat. Nam & inter parentes & liberos & inter liberos unius conjugis jam extantes & qui ex novo matrimonio sperantur, unio recte perficitur. Quod casus deinceps subjectus & præjudicium summi Tribunalis Cellensis declarat.

## §. XX.

Quid si proles ex novo matrimonio non sequatur.

(*) Quamobrem etsi ex novo matrimonio proles nulla sequatur, tamen idonea ratio non intelligitur, cur adsumtus filius desinat esse filius. Magnopere igitur falluntur *Schræter* in diss. *de pacto succeff. inter unitos div. matr. liberos* M. 2. n. 18. sq. *Jo. Eichelius* in diss. de un. prol. §. 100. & quos allegat, *Bocerus*, *Rennemannus* & *Meister*, qui defendunt, si deinde ex novo matrimonio liberi non sequantur, unionem dissolvi, & hanc unioni semper tacitam inesse conditionem; si liberi sequantur. Nam utique verum non est, eam unioni tacitam conditionem inesse. Quin potius in unione unius con-



(*) Conf. T. III. Obs. CXIV. §. 3.

conjugis liberi ab altero ſimpliciter & ſine ulla conditione pro veris & naturalibus liberis recipiuntur. Sed etſi in unione conſtituenda liberorum quoque futurorum ratio habetur, ut adſciti & naturales futuri deinceps in communem hæreditatem æquo jure ſuccedant, omnesque naturales liberi habeantur, tamen nulla conſecutionis ratio intelligitur, cur non ſecutis liberis naturalibus adſcititii deſinant eſſe filii. At enim, ſecundum Eichelium, cauſa unionis eſt, ut hæreditas inter prolem ex diverſis matrimoniis ſuſceptam ſit communis & vera ac germana inter eam dilectio conſtituatur, qua cauſa ceſſante dicendum eſt, unionem ceſſare. Sed reſponſio in promtu eſt. Nam etſi hæc cauſa ad efficiendam unionem frequentius impellat, tamen neque hæc ſola cauſa implens eſt, quia ſæpius parentes ſui quoque gratia ad evitandas lites unionem conſtituunt, neque verum eſt, cauſa impulſiva ceſſante, unionem ipſam ceſſare. Atque hæc præterea ſumma iniquitas exiſteret. Fingamus enim, ex novo matrimonio multitudinem liberorum naſci. Sane eo caſu incidit, ut liberi adſciti multo minorem portionem hæreditatis recipiant, quam alias citra unionem habuiſſent. Æquum igitur eſt, ut qui ex liberorum ſupervenientia incommodum aliquando ſentiunt, commodum quoque habeant, ſi liberi nulli ſuperveniant. Et hæc noſtra ſententia magis quoque recepta eſt & ſtatuto Friburgenſi confirmata, etſi Francofurtenſi ſtatuto unio ad caſum exiſtentium utrimque liberorum reſtringatur. Vid. *Struv. de un. prol.* C. 3. §. 1. *Meier Colleg. Argent. tit. 7. §. 69. Ord. prov. Duc. Franc.* P. 3. *tit.* 119. §. 6.

## §. XXI.

De jure adſumtæ matris.

Plane adſumtæ matris idem jus in liberos & eorum bona, quam patris, non eſt. Neque enim uſumfructum illa conſequitur eorum, quæ liberis extra unionem obveniunt. Neque certe patre vivente adminiſtrationem bonorum communium habet. Quid autem, an patre mortuo mater fictitia bonorum in commune collatorum gubernationem accipiat & uſumfructum? Quod etſi per ſe ex jure naturali & neceſſario oſtendi non poteſt, tamen ex moribus Germanicis & recepta natura unionis prolium ita dicendum eſt, ut quemadmodum per unionem prolium communio bonorum introducitur, ita ſecundum jura, quæ in communione bonorum ob-

obſervantur, noverca vidua in communione omnium bonorum cum liberis perſiſtat, quia naturalis mater habetur. (*)

## §. XXII.

De ſucceſſione liberorum unitorum.

De illo utique non ambigitur, tam patri adſcititio quam matri privignos æque ac naturales liberos ſuccedere eique hæredes eſſe, actiones quoque hæreditarias habere. *Stryk de ſucc. ab inteſt. Diſſ. 8. C. 6. §. 22. Beyer Specim. Jur. Germ. L. 1. C. 25. §. 21.* Quo facto & collatio acceptorum & hæreditatis diviſio inter fratres eodem modo, ut inter naturales, fit, ut communis bonorum maſſa, tam quæ liberi, quam quæ parentes contulerunt, inter liberos univerſos æquis portionibus dividatur. Quo caſu ſuperſtes tamen parens quoque portionem ſuam accipit, ſi pacto unionis comprehendatur. Sed & jus accreſcendi ſecundum regulas ſucceſſionum admittunt *Hilliger ad Donellum L. 7. C. 12. lit. L. in f. p. 502. Muſculus c. l. n. 128. Stryk. c. l. §. 19.*

## §. XXIII.

De ſucceſſione parentum.

Ex contrario quoque parentes adſumti in bona liberorum adſcititiorum æque ac naturales parentes tam ſoli quam cum germanis fratribus ſuccedere dicuntur, *Struv. de un. prol. C. 5. §. 4. ſq. Schræter de pacto ſucc. inter unitos div. matr. liberos M. 4. n. 32. ſq. Rick de un. prol. C. 6. n. 69. 74. ſq. Eichel de un. prol. §. 80. ſq. Muſculus M. 3. n. 129.* Et hoc Conſtitutio Moguntina & Juliacenſis probat. Conf. conſuetud. Haſſ. ap. Dn. Senkenberg Select. Jur. & hiſtor. T. 3. p. 295. pr. Ord. provinc. Duc. Franc. P. 3. tit. 118. §. 3. Contrarium defendunt *Philippus Meiſter* in Speculo Notar. L. 2. P. 2. S. 6. tit. 3. *Nic. Betſius* de pact. fam. illuſtr. C. 5. p. 133. ſq. *Sam. Stryk* in Uſu Dig. mod. tit. de adopt. §. 14. *Beyer* in Spec. Jur. Germ. L. 1. C. 25. n. 19. Neque ſi ſtatuta hanc in rem deficiant, dubitatione res caret. Nam etſi conceſſerim, juri naturali conveniens eſſe, ut quæ filiusfam. in ſocietatem domeſticam conferat, eo mortuo in dominio patrisfam. permaneant, tamen extra patremfam. hoc vix commode demonſtrabitur. Nec ſtatuta deſunt, quæ omnino parentes in ſucceſſione ab inteſtato fratribus poſtponunt. Vid. ſtatuta Ducatus Bremenſis Kehdingenſia tit. 16. Sed plane quo nunc jure utimur, ſucceſſio parentum, deficientibus liberis, naturalis habetur,

(*) Conf. T. III. Obſ. CXIV. §. 4.

tur, ſecundum quod dicendum videtur, parentes adſumtos liberis quoque ſuccedere, niſi alius ſuccedendi ordo conſuetudine peculiari ſit receptus.

## §. XXIV.

Comparatio cum adoptione.

Omnino inter arrogationem vel adoptionem, præſertim minus plenam, & unionem prolium ſimilitudo quædam intercedit, ut fere adoptio juris gentium unio dici poſſit. Quæ enim naturali jure in parentes & liberos naturales, ea in adſcititios quoque conveniunt. Inter arrogationem & adoptionem autem & unionem hæc differentia intelligitur, ut mulier etiam filios adoptet, & viro, etſi liberos naturales ſub poteſtate habeat, idem permittatur, neque forte ætatis ratio habeatur, præterea jura civilia non communicentur.

## §. XXV.

Quorum conſenſus vulgo requiratur.

Videamus autem, quomodo unio prolium conſtituatur. Et primo quidem Doctores requirunt conſenſum non tantum parentum unientium, ſed & proximorum cognatorum ab utraque parte liberorum uniendorum, ad excludendam ſcilicet fraudis & læſionis præſumtionem, item tutorum & curatorum, quorum abſentiam nec magiſtratus præſentia ſuppleat, cum judex duarum perſonarum vicem ſuſtinere nequeat, & horum omnium conſenſum in ipſo negotio interponi debere, nec ratihabitionem ſubſequentem ſufficere tradunt arg. L. fin. C. de adopt. Vid. *Sam. Stryk de ſucc. ab int. Diſſ. 8. C. 6. §. 7. Struv. de un. prol. C. 4. §. 6. ſq. Eichel c. l. §. 55. 56. Carpzov L. 5. Reſp. 6. Rick de un. prol. C. 6. n. 7. Muſculus c. l. n. 93. p. 43.* Conſentiunt conſuetudines Haſſiacæ apud Dn. Senkenberg c. l. p. 293. 294. ſq. Sed conſtitutio quidem Moguntina propinquorum conſenſum tum demum requirit, ſi liberi tutores non habeant, verb. ſollen der Kinder Vormund Tutores und Curatores, und wo die nicht wären, alsdann der Anherr, Anfrau, ſo ſie noch im Leben, oder deroſelben Geſchwiſter oder andere, welchen vermög der Rechten die Vormundſchafft gebühret, und der Kinder Erben ſeyn möchten, vier die näheſt Geſippten, des verſtorbenen Ehegemahls Geblüts, wo man der ſo viel haben kan, dazu berufen und erſuchet werden. Et quoniam Doctores hac in re ab adoptione fere con-

concludunt, *Georg. Beyerus* in Spec. Jur. Germ. L. 3. C. 15. n. 17. merito dubitavit, num consanguineorum utriusque partis præsentia & consensus simpliciter requiratur.

## §. XXVI.

Atque illud quidem expeditum est, tutorum & curatorum consensum intercedere omnino oportere, quia impuberes & minores sine tutorum auctoritate & curatorum consensu valide nihil agunt, præsertim quatenus eorum incommodum vertitur. De tutorum vel curatorum consensu.

## §. XXVII.

Sed quid si liberi tutores non habeant. Non una finitione hæc res comprehendi potest. Finge, liberos patre destitutos alium patrem adsciscere. Omnino tutores vel curatores liberis impuberibus vel minoribus dandi sunt. Neque hac in re proximorum agnatorum vel cognatorum consensus potest sufficere, nisi forte ibidem loci lege publica vel consuetudine ita cautum sit. Nam etsi constitutio Moguntina & Ordinatio Judicii provincialis Ducatus Franconiæ deficientibus tutoribus propinquos & cognatos proximos admittat & in locum tutorum substituat, tamen postquam invaluit, ut legitimi etiam tutores a magistratu confirmentur, vix est, ut agnati admittantur, nisi tanquam legitimi tutores a magistratu confirmati sint. Ceterum, ut dixi, statuta locorum sunt servanda. Patre destitutis an tutor omnino dandus sit. Cur eo casu propinquorum consensus non sufficiat.

## §. XXVIII.

Finge, liberos sub patris potestate constitutos novam matrem accipere. Atquin patrem habenti tutor dari nequit. Conveniens igitur non est, ut tum tutores vel curatores liberis constituantur, sed patris auctoritas tutorum certe consensum & eorum, qui pro tutoribus substituuntur, supplet. Nihilominus multorum locorum statuta ita ferunt, ut mortua uxore, præsertim cum ad secundas nuptias transit, pater in rebus liberorum consilium propinquorum adhibeat, & hi tutorum vicem gerant. Estque hoc in unione prolium fere receptum. Patrem habentibus an tutor ad hunc actum dandus.

## §. XXIX.

Finge quoque, majorennes liberos esse. Atquin si patrem non habent, quia sub nulla potestate constituti sunt, eorum consensus De liberis majorennibus.

sensus sufficit. Quod si patrem habent, matrem autem novellam accipiunt, tum si sub patria potestate constituti sunt, ejus consensus sufficit, alias soluta patria potestate ipsorum consensum intercedere oportet.

## §. XXX.

De consensu patris naturalis, vel matris.

An autem propinquorum consensus necessarius sit, videamus. Et quemadmodum patris naturalis, ita matris consensus utique necessarius est, sive impuberes sint liberi, sive ad pubertatem jam provecti, ne eveniat, ut legitima portio parentibus invitis auferatur, vel liberis intra pubertatem mortuis hæreditas eis adimatur. Aliquando ut liberis prospiciatur, avi quoque adlumendi consensu opus est. Vid. Ord. Prov. Duc. Franc. P. 3. tit. 119.

## §. XXXI.

De consensu ceterorum propinquorum.

Ceterorum autem cognatorum & propinquorum consensus tum demum utilis est, si liberi novum parentem nacti intra pubertatem moriantur, ad exemplum arrogationis impuberum, ne eveniat, ut cognati successione legitima priventur, quæ intra pubertatem, antequam liberi testandi facultatem habeant, auferri ipsis nequit. Alias de consensu eorum frustra quæritur, quippe nihil ipsorum interest. Plane in liberis sub potestate patris constitutis, novam autem matrem accipientibus, auctoritas patris omnino sufficit, perinde ut in adoptione Romana, nisi forte magistratui e re pupillorum videatur, cognatos in consilium adhibere, vel consuetudo loci ita ferat, ut plerumque obtinet. Vid. §. XXVIII.

## §. XXXII.

Contiauatur.

Quamobrem quia propinquorum consensus tum demum utilis est, si liberis intra pubertatem mortuis res eo perveniat, ut cognati, quibus hæreditas deferatur, ab ea excludantur, utique absolute necessarius eorum consensus non est, nisi quidem consuetudine loci vel statuto ita cautum sit, ut in vicem tutorum adhibeantur. Neque is consensus in Ordinatione Moguntina absolute requiritur. Vid. §. XXV. Similiter Ordinatio judicii provincialis Ducatus Franconiæ P. 3. tit. 108. 109. sq. declarat, quæ consensum cognatorum ea duntaxat gratia adhiberi cavet, ne liberi lædantur

tur & ne tutorum constitutione opus sit. Nam ita tit. 108. §. 2. expressum est: Und aber dabey leichtlich allerhand Schaden und Nachtheil einer und anderer Ehe Kinder zuwachsen kan, wo nicht so wol die Obrigkeit, als Freundschaft und Angewandte der Vater- oder Mutterlosen Kinder ein gutes Aufsehen haben, damit dieselben nicht vernachtheilet werden ꝛc. tit. 109. §. 2. Diese Freunde, oder also dazu sonderlich verordnete Männer sollen bey ihren Pflichten, damit sie den Herrschafften verwandt seynd, ohne allen Respect der Personen dasjenige handeln und machen, das in Bedenken allerley Umstände und Gelegenheit der Personen, auch derselbigen Vermögens, sie dafür halten und achten, das den Kindern am nützesten und besten sey ꝛc. Et ideo deficientibus cognatis alii viri honesti sufficiunt, cognati quoque vel qui ea re deputantur, juramento constringuntur, sed facturos omnia e re liberorum esse. Conf. Jus provinc. Duc. Franc. tit. 111. §. 4. 5.

## §. XXXIII.

An propinqui speciali juramento constringendi, & quid in tutoribus.

Illud omnino necessarium videtur, ut si deficientibus tutoribus vel curatoribus propinqui vel amici secundum statuta locorum in subsidium adhibeantur, speciali juramento in eam rem obligentur. Tutorum enim vel curatorum personam eo casu sustinent, adeoque ad exemplum eorum jurare conveniens est. Semel autem jurisjurandi religione obstricti tutores vel curatores denuo juramento onerandi non sunt. Quam in rem *Rickius* C. 6. §. 18. sq. peculiaria quoque statuta allegavit. Conf. Ord. jud. prov. Duc. Francon. P. 3. tit. 111. §. 5. tit. 109. §. 2. & 4. tit. 110. §. 2. Frustra igitur dissentiunt *Musculus* & *Jo. Eichelius*, quasi cognationis vinculum jurisjurandi necessitatem remittat. Quod si verum esset, matrem quoque naturalem liberorum tutricem jurejurando constringi non oporteret.

## §. XXXIV.

De auctoritate magistratus.

Deinde tradunt, unionem fieri oportere coram magistratu ordinariam jurisdictionem exercente. *Rick C. 3. n. 64. Musculus de succ. anom. & convent. Cl. 1. M. 3. n. 65. Carpzov L. 5. Resp. 6. n. 22. Struv de un. prol. C. 4. §. 2. Stryk de succ. ab intest. Diss. 8. C. 6. §. 8. Beyer Spec. Jur. Germ. L. 1. C. 25. n. 12. L. 3. C. 15. n. 13. sq.* Nam etsi arrogationes olim coram populo in comitiis factæ sint,

deinde auctoritate Principis, tamen arrogatio mutationem jurium quoque civilium continuit, quæ in unione intacta servantur. Neque præsertim ex nostris moribus intelligitur, cur Principis auctoritas in ea re intercedat. Sed multi auctoritatem quoque judicis competentis requirunt, vel domicilii, vel ubi bona sita sint, *Stryk c. l. Eichel c. l. §. 58. Franzk. L. 2. Resol. 28. n. 1. Carpzov L. 5. Resp. 6. n. 15. Struv. c. l. C. 4. §. 5.* adeo ut secundum Struvium aliquando duos judices oporteat intercedere. Contra ea *Michael Rhodius* in Disp. *de unione prolium sine Prætore* omnino negavit, magistratus auctoritatem & cognitionem necessariam esse. Alii Comitem Palatinum quoque admittunt. Quarum opinionum conciliandarum gratia *Beyerus* c. l. distinguendum esse putavit inter conjuges paciscentes ipsos & prolem uniendam, hunc in modum, ut sine Prætore ex unione obligentur conjuges paciscentes, non item proles unienda jamque nata.

## §. XXXV.

Quatenus auctoritas magistratus competentis necessaria.

Plane auctoritas magistratus & quidem competentis, sed & decretum hactenus omnino intercedat oportet, quatenus bona pupillorum vel minorum alienantur vel obligantur. Neque enim tutorem vel curatorem sine decreto magistratus res pupillorum vel minorum tam immobiles, quam alias, quæ servari possunt, alienare vel obligare fas est. Quod ad usumfructum quoque bonorum & ceteras servitutes pertinet. *L. 1. L. 3. §. 5. 6. L. 5. §. 8. L. 7. §. 1. 2. 6. ff. de reb. eor. qui sub tut. vel curat. L. 4. C. eod. L. 22. C. de admin. tut.* Dn. *Bœhmerus Introd. in Jus Digest. tit. de reb. eor. qui sub tut. vel curat. sunt sine decr. non alien. §. 1.* Atquin si novus pater constituitur, alienationem bonorum fieri, utique non ambigitur. Vid. §. XI. XII. XIV. Sed quid si liberi in potestate patris naturalis constituti novam matrem accipiant? Plane si consuetudine vel statuto ita receptum sit, res expedita est. Ita dicendum, si ex consuetudine loci pater liberorum tutor habetur, vel cum in consilium propinqui adhibendi sunt, quasi tutores legitimi. Nam hoc casu merito omnia obtinent, quæ in tutoribus aliis constituta sunt. Sed si ab hoc discesseris, certe secundum jus commune auctoritas Magistratus necessaria non videtur. Finge enim, liberos sub patris potestate constitutos de propriis bonis nihil confere,

tum

tum ſane nulla idonea ratio intelligitur, cur patre jubente mater non habeatur, quam ille conjugem quoque ſibi aſſumit, etſi magiſtratus auctoritas non accedat, quia hoc pacto civilia jura, ut in adoptione vera, non communicantur, nec vivente patre liberi hoc caſu quidquam habent, in quo mater fictitia ſuccedere poſſit, neque præterea unio ad alia liberorum bona extenditur, futura autem forte ſed incerta ſucceſſio effectus tantum aliquando eſt, quale paternum factum liberi omnino præſtant. Finge, patrem bona filiifam. materna in commune conferre. Nulla quidem filiorum obligatio videtur, quia pater hujusmodi bona obligare utique prohibetur. *L. 1. & 2. C. de bon. matern.* Sed quoniam in adminiſtratione peculii adventitii patris non minor eſt auctoritas, quam tutorum & magiſtratus, modo gravis cauſa ſubſit, magiſtratus auctoritate opus vix eſt. Quod ſi hujusmodi pactum ex conſenſu liberorum ſubſiſtat, tanto minus confirmatione magiſtratus indigebit, quia nihil impedit, quo minus aliam matrem adſumere liberi poſſint, ſucceſſio autem matris incerta eventus duntaxat unionis aliquando eſt. Denique niſi patrisfam. vel aliquando liberorum conſenſus admittatur, dicendum foret, Principem adeundum eſſe, quia magiſtratus auctoritas in hoc caſu ſupplere nihil poteſt.

## §. XXXVI.

Moribus Germanicis utique conveniens eſt, ut uniones prolium coram magiſtratu ordinario competente fiant, præſertim ſi liberi novum patrem accipiant. Nam & ſupremam tutelam magiſtratus habet, & bonorum clientelarium alienationes fere coram magiſtratu ordinario fieri oportet. Ceterum ad excludendam fraudis ſuſpicionem conſultum ſemper eſt, judicem liberorum competentem adiri. Omnino judicii provincialis tanquam competentis auctoritatem requirit *Ordinatio judicii provincialis Ducatus Franconiæ P. 3. tit. 114. 109. ſq.* Ceteris ordinationibus quoque expreſſum fere eſt, ut coram magiſtratu cognoſcente & decernente uniones fiant. Continuatur.

## §. XXXVII.

Sed & ſi provinciali lege caurum ſit, ut contractus omnes reſecandarum litium gratia coram magiſtratu competenti confirmentur, ut in Ducatu Luneburgico & Calenbergico inter ruſticos præſe- Continuatur.

tim obtinet, existimo, uniones prolium multo magis confirmandas esse, sive novum patrem liberi sive novam matrem accipiant, quoniam hoc negotium omnino cautione indiget singulari.

## §. XXXVIII.

An causæ cognitio necessaria.

Quatenus autem auctoritate magistratus competentis opus est, causæ cognitionem quoque oportet intervenire, scilicet an liberis unio expediat. *Rick C. 6. n. 12. sq. Stryk de succ. ab intest. Diss. 8. C. 6. §. 10.* Utilitatis vero ratio utique admittenda est.

## §. XXXIX.

An inventarium solenne exhibendum.

In causæ cognitione solenne inventarium necessarium non esse, sed qualemcunque designationem bonorum sufficere, Doctores putant. *Muscul. c. l. n. 108. Rick C. 6. n. 40. sq. Stryk c. l. §. 15. Beyer L. 1. C. 25. §. 15.* Quæ sententia probatur, quia tutorum & curatorum vel patris consensus cetera supplet, neque præterea satis idonea ratio intelligitur, cur solenni quidem inventario opus sit. (*)

## §. XL.

An decreto magistratus opus.

Omnino cum novus pater adsumitur, vel cum ex loci consuetudine pater liberorum tutor duntaxat habetur, & consilium propinquorum tanquam legitimorum tutorum adhibendum est, causa cognita unio per decretum magistratus confirmanda est. *Rick C. 6. n. 43. Musculus c. l. n. 83. sq. Carpzov L. 5. Resp. 6. n. 22. Stryk de succ. ab int. c. l. §. 11. Struv. C. 4. §. 14.* Quod alii superfluum habent, ut *Mevius ad Jus Lubec. P. 2. tit. 1. in addit. ad n. 113.* Sed hi quidem in liberis patre destitutis utique falluntur, quoniam eorum bona a tutoribus, vel qui tutorum & curatorum vicem sustinent, sine magistratus decreto neque alienari neque usufructu onerari possunt. Quod ad liberos patrem quoque habentes transfertur, si vel statuto loci ita cautum est, vel liberi sub tutela patris vel propinquorum constituti habentur.

## §. XLI.

An instrumentum.

Denique tradunt, instrumentum de unione prolium confectum in archivum publicum referri oportere. *Stryk de succ. ab int. Diss.*

(*) Conf. T. III. Obs. CXIV. §. 2.

*Diff. 8. C. 6. n. 12. Muſculus c. l. n. 96. Carpzov L. 5. Reſp. 6. n. 23.* Sed hæc in archivum relatio non ad validitatem quidem unionis, ſed probationis gratia duntaxat requiri poteſt. *Stryk Uſ. mod. ff tit. de adopt. §. 11. Beyer Spec. Jur. Germ. L. 1. tit. 25. §. 13. & L. 3. C. 15. §. 18.* quamvis nonnulli perperam aliter ſentiant. tum unionis in archivum referendum ſit.

## §. XLII.

Igitur conficiendæ unionis forma hæc fere eſt, ut ſiquidem ex utraque parte liberi novum parentem accipiant, ſcilicet ſi uterque conjux ex alio matrimonio liberos jam habeat, parentes coram magiſtratu liberorum competente conſentientibus liberis, & eorum tutoribus & curatoribus, vel qui tutorum loco habentur, declarent, ſe alterius conjugis liberos pro ſuis recepturos eſſe, magiſtratus autem cognita cauſa decreto unionem confirmet. Quod ſi maritus duntaxat uxoris liberos ex alio matrimonio ſuſceptos pro ſuis recipit, præterea conſenſum tutorum & curatorum & decretum magiſtratus, uxoris quoque, liberorum matris conſenſus requiritur. Sin autem ſola uxor mariti liberos antea ſublatos adſciſcat, patris & liberorum conſenſus merito ſufficit, niſi ſtatutis locorum vel conſuetudine aliter cautum ſit, vel ratio ſtatuti eo pertineat, ut ſi liberi ſub tutela patris vel propinquorum conſtitui habeantur, vel ſi contractus coram magiſtratu confirmandi eſſent, vel denique ad excludendam fraudis ſuſpicionem conſultius videatur, magiſtratum adire. Forma unionis.

## §. XLIII.

Unio igitur prolium revera conſenſu eorum, quorum intereſt, abſolvitur, etſi ob perſonas liberorum impuberum vel minorennium & ob tutorum vel parentum in liberos poteſtatem circumſcriptam auctoritas & decretum magiſtratus plerumque accedit. Eſt igitur unio prolium revera pactum inter novum parentem & liberos, neque infrequenter pacta quædam adjecta continet, quibus bonorum communio & futura diviſio declaratur & limitatur. Ord. judic provinc. Duc. Franc. P. 3 tit. 119. §. 1. Sintemahl dann diejenige Freundſchaft, welche durch Pacten und Vergleich zwiſchen den Eltern, Kindern und andern zuvorgemeldten Perſonen getheidiget wird, ſich billig auch ferner nicht, dann auf die in der Obligation und Bündniß Unio pactum continet.

niß brachte Personen erstrecken soll: Als wollen wir daß solches Pactum Unionis prolium der Einkindschaften andre Personen nicht obligiren, binden oder betreffen, noch sich weiter erstrecken solle oder möge, dann auf diejenige, zwischen welchen die Einkindschaft gemacht und aufgerichtet worden. Et ita Rickius, Musculus, Schrœter, Strykius, Beyerus & alii definiunt. Vid. §. II.

## §. XLIV.

Ex quo cetera explicantur.

Plane ex pacti & societatis natura omnia, quæ unioni prolium ineſſe deprehenduntur, commode explicari possunt. Nam & successio liberorum inde venit, quod filii adsumti sunt & bonorum communionem cum parentibus contraxerunt, adeoque divisione bonorum instituenda suam portionem filialem, ut socii, ex universis bonis recipiunt.

## §. XLV.

Unio an actus legitimus sit.

Quæro igitur, an unio prolium actus legitimus vel legis actio sit, ut plerique Doctores defendunt, quia adoptio actio legis sit. Sed hoc non placet. Sunt enim actus legitimi hujusmodi negotia, quæ publice vel privatim solenniter celebranda erant. *Gravina Orig. jur. civ. L. 2. §. 80. Schulting Jurisprud. Ante-Justin. p. 85. 86. in not. Heinecc. Elem. jur. civ. sec. ord. Inst. §. 70. & Synt. Antiquit. Rom. Proœm. §. 6.* Recteque ab aliis vocantur actus solennes. *Petr. Faber ad tit. ff. de reg. jur. ad L. 77. n. 1.* Et quemadmodum in jure legitimum dicitur, quod lege aliqua vel Senatus Consulto proditum confirmatumve est, *Brisson. Antiquit. sel. L. 2. C. 1. p. 109.* ita inprimis actus legitimi cum solennitatibus suis ex lege descendunt, *Brisson. Ant. L. 4. C. 20.* vel, ut alii exprimunt, ex legis alicujus civilis instituto. Actiones autem legis item solennitatem verborum vel rituum continebant. *Heinecc. Elem. Jur. civ. sec. ord. Inst. §. 69.* Atquin uniones prolium etsi ex legis cujusdam Germanicæ institutis venirent, tamen solennitatis nihil continent. Nam & magistratus auctoritas, quæ ubique fere intervenit, non solennitatis gratia, sed ideo quidem intercedit, ne liberi parentum tutorumque consilio fraudentur & damno afficiantur, ut Ordinatio provinc. Ducatus Franconiæ P. 3. tit. 109. sq. manifesto significat. Præterea omnino unio prolium simplicitate juris gentium absolvitur, &

natu-

naturale magis quam civile negotium est, adeo ut nec civiles effectus sequantur, ut in adoptione Romana, sed consecutiones duntaxat naturales. Consequens igitur est dicere, unionem prolium neque actum legitimum & solennem neque legis actionem esse.

## §. XLVI.

An ratihabitionem vel procuratorem admittat.

Igitur etsi actus legitimi nec procuratorem, nec ratihabitionem admitterent, *Heinecc. Elem. Inst.* §. *70. & 250. Elem. Pand. P. 1.* §. *35. & P. 4.* §. *335.* tamen quia negotia juris gentium & ratihabitionem & procuratorem recipiunt, idem in unione prolium dicendum est. Et ita contra vulgarem Doctorum opinionem summum Tribunal Cellense decidit in causa weyland Carsten Wetgens nachgelassenen Kindes Vormünder contra Claus Mein und dessen Ehefrau.

## §. XLVII.

An consensus vel ratihabitio extrajudicialis sufficiat.

Quamobrem de illo quoque dubitandum non est, consensum & ratihabitionem extrajudicialem sufficere, etsi in protocollo judiciali de ea re nihil comprehensum sit. Ut summum Tribunal in eadem causa pronuntiavit.

## §. XLVIII.

Qualis sit successio ex unione prolium.

Sequitur, ut successionem liberorum unitorum paulo amplius, quam factum est, explicemus. Et annotavimus quidem, unionem prolium consuetudine Germaniæ introductam esse, (§. II.) & pacto absolvi (§. XLIII.) Quamobrem ex unione prolium successio juris Germanici & revera pactitia descendit. Nam etsi non opus sit, ut de successione futura pacto unionis quidquam comprehendatur, sed sufficiat, filium adsumi, & bona in commune conferri, tamen ex eo, quod filius pacto recipitur & communio quædam bonorum contrahitur, consequitur, filium portionem filialem ex communibus bonis recipere & juri Germanico convenienter succedere.

## §. XLIX.

Quod amplius explicatur.

Quod si verum est, hujus successionis eadem ratio est, quæ in communione bonorum inter conjuges intelligitur. Quamobrem utique testari parentes in præjudicium liberorum adsumtorum prohiben-

Parentes an testari possint.

hibentur, sed in præjudicium liberorum naturalium possunt. Neque enim pacti fides testamenti factionem liberis adsumtis damnosam admittit. Quam in rem accedit, quod Germania quoque testamentorum olim expers fuit, adeoque in hac materia juris Germanici testamentorum usus perperam admittendus non est. Dissentit *Franzkius L. 2. Resol. 28.* Sed vereor, ut ejus sententia secundum jus Germanicum procedat. Conf. *Hertii* diss. *de præleg.* §. 9.

## §. L.

An exhæredare liberos adsumtos possint.

Quamobrem neque exhæredare liberos adsumtos parentes possunt, etsi injuria forte ab iis affecti fuerint. Neque enim idonea ratio, præsertim ex jure naturali, intelligitur, cur qui injuriam a socio perpessus sit, societatem & communionem tollere & bonorum partem debitam socio auferre possit. Jure quidem civili Romano patri ex justa causa exhæredare filium utique permittitur. Sed vereor, ut hoc ad unionem prolium satis commode transferatur, quia in hac unione commune patrimonium & bonorum communio quædam existit, filius autem adsumtus, ut socius, partem sibi ex pacto debitam e re communi recipit, quod jure Romano aliter se habet.

## §. LI.

An jus accrescendi obtineat.

Quæro, an jus accrescendi inter liberos unitos obtineat. Plane si unus ex liberis hæreditate se abstineat, ejus portio ceteris merito accrescit. Sed an eorum portio, qui ante divisionem hæreditatis moriuntur, ceteris inter se unitis liberis accrescat. Plane qui hoc casu jus accrescendi admittunt, fundamentum rei vix ostendere possunt. Liberi enim uniti omnes ipso jure, ut sui, sive ex pacto unionis, sive lege, parentibus hæredes sunt, etsi necdum hæreditatem solenniter adierint, neque inter se diviserint. Nihil igitur in hæreditate vacuum existit, quod ceteris hæredibus accrescere possit, sed potius quæ unicuique portio parente mortuo debetur, ad hæredes ejus transmittitur. An autem demortuorum portio ad unitos fratres jure successionis pertineat, de hoc deinceps videbimus.

§. LII.

## §. LII.

De ſucceſſione fratrum unitorum inter ſe.

Videamus igitur, an liberi uniti ut fratres germani inter ſe ſuccedant. Movet, quod qui a patre filius adſumitur, per quandam neceſſariam conſecutionem frater quoque ceteris ejusdem parentis liberis habendus eſt. Et *Schilterus* quidem in *Exerc. 3. ad ff.* §. 17. filiationem & confraternitatem primarium finem hujus adoptionis habet. Sed vix eſt, ut ita dicetur. Nam qui in filium adſumitur, agnationem vel alia civilia jura plane non conſequitur. (§. XVIII.) Jus ſanguinis autem, conſequenter jus cognationis ex unione tanto minus conſequitur, quia hic effectus ne veræ quidem adoptionis eſt. *L. 23. ff. de adopt.* (§. XVIII.) Quamobrem jure Romano, quo filius adoptivus jus agnationis & familiæ conſequebatur, filiæ naturali frater is tum demum efficiebatur, ſi filia in familia & poteſtate patris eſſet. *L. cit. 23.* Sed quoniam ex unione prolium neque agnationis neque cognationis jus naſcitur, nulla apparet ratio, cur fratres uniti tanquam germani inter ſe ſuccedant.

## §. LIII.

De moribus.

Mores quidem Germaniæ hac in re uniformes non ſunt, & præſertim mores Haſſiaci inter ſe diſcrepant. Alibi enim fratres uniti inter ſe ſuccedunt, alibi non ſuccedunt. Nam ita Conſuetudines & Obſervantiæ juridicæ circa ſucceſſiones & retractum in Haſſia receptæ & ſeculo XVI. finiente auctoritate publica collectæ apud Dn. *Senckenberg* in Select. Jur. & Hiſtor. T. III. p. 294. ſq. declarant: Ob auch ſolche Einkindſchaften ſich auf dero einhalbgeſchwiſterten Erbſchaft und alſo weiters als väterliche und kindliche Erbſchaft erſtrecken. Zu Marpurg, Alsfeld, Schotten, in Amt Sturmfels, Königsberg, und Huttenberg erſtreckt ſich die Einkindſchaft nicht auf die einhalbgeſchwiſterte, ſondern allein die väterliche und kindliche Erbſchaft, desgleichen auch zu Nidda, ohn allein, wenn die eine Seite gänzlich abgeſtorben, alsdann haben die Stief-Geſchwiſtere daſelbſt einen Zugang. Hiergegen aber erſtreckt ſich die Einkindſchaft zu Battenberg, Homberg vor der Höhe, im Amt Epſtein, und wie es von den Schöffen im Amt Ulrichſtein, da ſich der Fall daſelbſt zuträgt, wird gehalten, weiter, und auch auf der Halbgeſchwiſtern Erbſchaft. Zu Gieſſen und Allendorf wird dem Buchſtaben aufgerichteter Einkindſchaft nachgegangen. ‧ ‧ ‧

Im Amt Blankenstein bleibt jedes Kind bey seinem Fall. Sed Constitutio Moguntina fratres unitos ad successionem inter se non admittit. Verba hæc sunt: Die Succession und Erbgerechtigkeit vermög aufgerichteter Einkindschaft soll nicht ferner gestreckt, oder ihr Würklichkeit haben, dann auf väterlich, mütterlich und kindlich Erbschaft, und sonst ihrer gemachten Vater und Mutter oder Kinder Freund, sie seyn in Auf- oder Zwerch-Linien nicht gezogen werden. Gemachte Kinder vermög der Einkinds-Beredung sollen unter einander nicht erben, noch die Einkindschaft über väterlich und mütterlich Einkindschaft würken, es wäre dann in der Einkindschaft ferners erkläret, und mit Erkenntniß zugelassen. Consentiunt Jus provinciale Electorale Palatinum, Wurtenbergicum & Solmense, ordinatio inferior judiciaria Trevirensis & Bipontina, statuta Freybergensia & Heilbronnensia, item Reformatio Wormatiensis apud Musculum. Et ita sentiunt *Rick de un. prol.* C. 7. n. 3. 4. *Schræter* c. l. M. 4. n. 40. 41. *Struv.* c. l. C. 5. §. 2. *Eichel* c. l. §. 84. *Stryk Us. Dig. mod. tit. de adopt.* §. 14. & *de succ. ab intest.* Diss. 8. C. 6. §. 19. *Beyer Spec. Jur. Germ.* L. 1. C. 25. n. 19.

## §. LIV.

Continuatur.

Sed ordinatio judicii provincialis Ducatus Franconiæ P. 3. tit. 119. §. 13. fratrum unitorum inter se successionem tum admittit, si in communione bonorum adhuc subsistant. Quod ita expressum est: So viel die unter einander gleich gemachte Geschwisterigte betrift, wann sie gleich von denen Eltern abgetheilt seynd, aber doch ihre Güter noch bey einander in gemein und unvertheilet haben, erben sie in Kraft solcher gemachten Einkindschaft einander mit denen rechten natürlichen Geschwisterigten, oder ohne dieselbe, und da ihnen in solcher unvertheilten Gemeinschaft etwas aufstürbe, oder sonsten zufiele, so ist dasselbe ihr aller, und wird zur Zeit der Abtheilung unter ihnen mit und neben andern Gütern zugleich getheilet. Wäre aber eine endliche Vergleichung aller Güter und Grundtheilung zwischen diesen gleich gemachten Kindern beschehen, alsdann ist das Band der Einkindschaft zwischen ihnen auch aufgelöset und allerdings erloschen, todt und ab, hat auch keines an des andern Erb-Recht nichts zu gewarten. Plane si jura successionum ab intestato omnia ex jure quodam condominii vel communio-

munionis deriventur, quod multi faciunt, hæc ſententia ratione non deſtituitur. Et ſi Germanis hoc fundamentum in ſucceſſionibus ab inteſtato placuit, quod nos in ſuſpenſo relinquimus, omnino dicendum eſt, fratres unitos communione bonorum nondum ſublata inter ſe ſuccedere. Ceterum ſi ſecundum jus civile, quod nunc fere ſequimur, in cognatione & jure ſanguinis ſucceſſio ab inteſtato collocanda eſt, fratres uniti, etſi adhuc in communione perſiſtant, inter ſe ſuccedere non poſſunt, niſi conſuetudine vel ſtatutis locorum peculiaribus ita caveatur.

## §. LV.

Illud quæro, an unio prolium eum in modum conſtitui poſſit, ut fratres uniti quoque inter ſe ſuccedant. Quod prima quidem facie omnino abſonum videtur, niſi quidem liberi jam puberes ipſi conſentiant, quia nec patris, neque tutorum vel curatorum neque magiſtratus tanta auctoritas eſſe poteſt, ut hæredem liberis conſtituant, ſive ab inteſtato ſucceſſores tantum deſignentur, ſive teſtamenti etiam faciendi facultas excludatur. Sed & ſi admittitur, patrem adſumtum de bonis univerſis in præjudicium filiorum teſtari non poſſe, (§. XLIX.) voluntas patris in judicio declarata nec in vicem fideicommiſſi ſubſiſtere poteſt. Quanquam illud jure communi forte admittendum erat, ut ad ſimilitudinem pupillaris ſubſtitutionis pater ſive naturalis ſive adſumtus coram magiſtratu unionem confirmante conſentientibus pupillorum tutoribus & propinquis declaret, velle ſe, ut liberi uniti inter ſe quoque ſuccedant. Quale pactum ſi a magiſtratu, decreto interveniente confirmetur, vim teſtamenti paterni quodammodo obtinebit. Poteſt enim ad-adſumtus pater de bonis unitorum quoque hunc in modum diſponere, quia liberis intra pubertatem hoc pacto nullum præjudicium affertur, & revera totius maſſæ dominium ad eum pertinet, etſi cognatorum conſenſus, quibus ab inteſtato hæreditas debetur, omnino neceſſarius ſit. Strykius autem exiſtimat, unionem ita conſtitui poſſe, quod Conſtitutio quoque Moguntina probare videtur.

An unio prolium ad ſucceſſionem fratrum accommodari poſſit.

## §. LVI.

Multo minus tale pactum unioni prolium adjectum valet, ſi parentes tantum inter ſe ita convenerint, in judicio autem non pro-

An hujusmodi pactum

extraiudiciale inter parentes valeat.

propoſuerint, nec tutores conſenſerint, nec confirmatio & decretum magiſtratus ſubſecutum ſit. Plane hujusmodi pactum nullo jure conſiſtit, & neque liberos unitos neque eorum hæredes obligare poteſt. Ut ſummum Tribunal Cellenſe judicavit in cauſa Carſten Wetgens nachgelaſſenen Sohns Vormünder contra Claus Mein und deſſen Ehefrau.

## §. LVII.

De pœna ſec. nuptiarum.

Illud denique non ineleganter quæritur, an mater per iteratas nuptias proprietatem hæreditatis filiorum perdat. Finge, matrem duos liberos ex primo matrimonio, ex noviſſimo item duos ſuſcepiſſe, & horum uno mortuo ad novas nuptias convolare, num proprietatem hæreditatis filii ſecundi matrimonii ad ſe delatæ amittet. Quod utique dicendum eſt. Nam quicquid filius is reliquit, ex paterna ſubſtantia ad eum pervenit. Nec refert, hæreditatem patris bona quoque liberorum primi matrimonii continuiſſe, & filium noviſſimi matrimonii partem ex bonis liberorum primi matrimonii recepiſſe. Nam revera tota ſubſtantia & maſſa hæreditaria patris eſſe intelligitur, & pro ea parte, quam filius ſecundi conjugii ex bonis liberorum primi conjugii capit, hi partem ex bonis adſumti patris recipiunt. Et præterea hæc ſucceſſio lucrum & fructus eſt ſecundi matrimonii. Igitur in gratiam alterius filii ex ſecundo matrimonio adhuc ſuperſtitis pœna ſec. nuptiarum obtinebit. Finge autem, matrem liberorum duorum ex primo conjugio hæreditatem accepiſſe, deinde cum liberi ex ſecundo matrimonio extarent, ad novas nuptias convolare. Vix eſt, ut hoc caſu in gratiam liberorum ſecundi matrimonii pœna ſecundarum nuptiarum locum habeat. Nam ſecundum *L. 3. §. 1. C. de ſec. nupt.* ea pœna in hæreditatibus filiorum non aliter obtinet, quam aliis ex eodem matrimonio progenitis liberis ſuperſtitibus. Etſi autem in unione prolium liberi primi matrimonii finguntur ex eodem matrimonio ſuſcepti, tamen pœna ſecundarum nuptiarum merus effectus civilis eſt, ad quos unio non pertinet. (§. XVIII.) Præterea neque hæreditas filii fructus noviſſimi matrimonii fuit, & quæ liberi primi matrimonii ex hæreditate novi patris acceperunt, non ex ſecundo matrimonio, ſed potius ex adſumtione in filium proficiſcuntur. Sed etſi liberi prioris matrimonii partem bonorum novi patris acceperunt,

tamen

tamen in ejus compensationem novissimi matrimonii liberi partem de bonis liberorum primi conjugii consecuti sunt.

## §. LVIII.

Species hæc ex regione Kehdinga-Bremensi subjicitur. Mevia duobus liberis ex priore matrimonio cum Titio susceptis, mortuo Titio Sempronium duxerat. Quo facto cum tutores liberis constituti bona paterna a matre & vitrico cum fructibus perceptis peterent, & lis difficilis metueretur, Sempronius vitricus, matre quidem Mevia non præsente, coram magistratu ordinario competente, scilicet judicio Freyburgensi declarabat, sese liberos ex Titio susceptos pro suis naturalibus liberis & hæredibus bonorum suorum assumturum esse. Qua in re cum tutores, edita quadam designatione bonorum tam patris naturalis Titii quam Sempronii, consensissent & magistratus rem pupillis minime damnosam esse, cognovisset, quia naturalis patris & vitrici bona non inæqualia essent, & propter æs alienum, ne bona liberorum distraherentur, metueretur, unio decreto magistratus confirmata est, ut liberi a Titio relicti & quos Sempronius forte ex Mevia susceperus esset, uniti inter se haberentur. Deinde Sempronius quoque e vivis excessit, uno filio ex nuptiis cum Mevia relicto. Postea duo liberi prioris matrimonii ex Titio suscepti satis item concesserunt. Quibus mortuis Mevia, filio ex Sempronio superstite, Publium tertium maritum ducebat. Quo facto tutores Semproniano filio constituti contendebant, divisionem totius hæreditatis ita faciendam esse, ut conjectis Titianis & Sempronianis bonis filius Sempronii jure hæreditario a patre trientem haberet, ex hæreditate autem filii Titiani ultimi semissem acciperet, præterea quoniam Mevia mater ad novas nuptias processisset, proprietas eorum, quæ a filiis Titianis jure hæreditario consecuta esset, ad Sempronianum filium pertineret. Ex quo conficiebatur, omnem & Titianam & Sempronianam hæreditatem filii Semproniani esse. Contra mater Mevia excipiebat, sese unioni prolium non consensisse, adeoque omnino irritam unionem esse, quatenus de ejus præjudicio in successione ageretur. Præterea unione prolium facta non sequi, fratres unitos, ut germanos, inter se succedere & cum matre naturali admitti. Tutores matris jusjurandum exigebant, ipsam consensisse & marito Sempro- Casus.

nio

nio mandasse, ut suo quoque nomine unionem prolium conficeret, præterea id actum esse, ut liberi uniti invicem sibi succederent. Et judex primæ instantiæ d. 11. Sept. 1738. ita pronuntiaverat in causa Carsten Wetgens nachgelassenen Kindes Vormünder contra Claus Mein und dessen Ehefrau: Daß die unterm 26. Jan. 1718 gerichtlich confirmirte unio prolium ihre Richtigkeit habe und für gültig agnosciret werde, es wäre dann, daß Beklagtin innerhalb 6. Wochen rechtlicher Art nach darthun oder beschweren könnte, daß sie damals in die gemachte Einkindschaft nicht gewilliget, auch keine Wissenschaft davon gehabt, auf solchen Fall erginge dieserwegen, was sich zu Recht gebühret. Falls aber Beklagtin damit fortzukommen sich nicht getrauete, wäre die Theilung nach dem gemachten pacto unionis prolium denen gemeinen Successions-Reguln gemäß folgendergestalt zu reguliren und festzusetzen, daß Beklagtin zuförderst ihr sämtliches ihren beyden Männern zugebrachtes, in so weit sie solches erweisen könnte, zu sich zu nehmen, nach Absterben Carsten Wetgens der Gerdische und Wetgensche Nachlaß unter die Kinder beyder Ehe nebst Beklagtin als leiblicher Mutter zu theilen, und nach Absterben des ersten Gerdischen Kindes mit seinem vollbürtigen Geschwister und Beklagtin, nach Absterben des letztern Gerdischen Kindes verfällt dessen ganzer Nachlaß zu gleichen Theilen auf sein Halbgeschwister, das noch lebende Wetgensche Kind und Mit-Beklagtin als leibliche Mutter. Im übrigen wird Beklagtin schuldig vertheilet, ein richtiges und allenfalls eydlich zu bestärkendes Inventarium von dem sämtlichen Gerdischen und Wetgenschen Nachlaß, wie auch wegen der von der Zeit an geführten Vormundschaft Rechnung an Klägere auszuliefern, und zu übergeben. Rei cum ad dicasterium aulicum Stadense appellassent, reformatoriam sententiam obtinuerunt, qua pactum unionis prolium omnino nullum & invalidum declarabatur. Quo facto cum tutores summum Tribunal appellassent, & probationem testium de consensu matris & pacto utriusque conjugis de futura successione unitorum inter se obtulissent, causa ita decisa est, ut siquidem tutores consensum matris aliter quam oblatis testibus non satis idoneis probarent, unio ipsa subsisteret, etsi mater in judicio præsens non fuisset, pactum autem conjugum de futura successione unitorum fratrum inter se, consensu tutorum expresso & magistratus confirmatione & decreto deficiente, non subsistere, adeoque probato matris consensu filium Sempronianum portionem duntaxat filialem ex communibus bonis

nis Titianis & Sempronianis capere. Cujus sententiæ d 24. Dec. 1743. publicatæ verba hæc sunt: Alldieweilen der von Appellanten anerbotene Beweis einer Rechtsbeständigen, und auch auf die Erbfolge der vereinigten Geschwister unter sich, errichteten Einkindschaft theils an sich, theils wegen der Zeugen Personen unzulänglich und nicht stattnehmig ist, allermassen was diese letztere anlanget, der eine Zeuge, Peter Plate, welcher ehedem als Gerdtischer Vormund das Geschäft der Einkindschaft mit bewirket, jetzo würklich Mit-Kläger und Appellant und Vormund für das Wetgensche Kind ist, des Otto Tietjens Zeugniß aber allein bewandten Umständen nach in dieser Sache nicht anzunehmen stehet, hingegen was den Inhalt derer Articulorum betrift, wenn auch aus der zwischen Carsten Wetgens und dessen Ehefrau, jetziger Appellatin ehedem genommenen Abrede so viel zu schliessen, daß Gerdt- und Wetgensche Kinder als leibliche Geschwister einander erben sollen, dennoch da weder die Vormünder ausdrücklich darinn gewilliget, noch auch solches Geding von der Obrigkeit zugleich bestätiget worden, diese Beschliessung als ein der Einkindschaft einverleibtes Pactum nicht bestehen kan, diesemnächst auch bey der Gerdtischen Kinder verlassenen Erbschaft eine den Verlust des Eigenthums mit sich führende pœna secundarum nuptiarum zum Vortheil des aus zweyter Ehe erzeugten Wetgenschen Kindes allhier einzutreten nicht vermag, als ist es bey der am 20. Apr. 1739. bey Unserm Bremischen Hof-Gerichte eröfneten Urthel zu lassen, daß Beklagte und Appellaten von der wegen der Gerdtischen Erbschaft wieder sie angestellten Klage zu entbinden, hingegen dieselben gehalten seyn, ein richtiges und allenfalls eydlich zu bestärkendes Inventarium nebst einer völlständigen Administrations-Rechnung von des Wetgenschen Kindes väterlichen Nachlaß herauszugeben, und darnach solche nach Abzug desjenigen, was der verstorbene Wetgen an den Gerdtischen Gütern erweislich durch übeln Haushalt verringert, zu extradiren. Sollten jedoch Klägere und Appellanten ihrem Mündling, dem Wetgenschen Kinde, gerahtener finden, aus denen gesammten Gerdt- und Wetgenschen Gütern Kindes-Theil zu nehmen, und wollten desfalls die erhobene Klage fortsetzen, so wird ihnen annoch frey gelassen, bey nächstem Gerichts-Tage durch Eydes-Delation oder sonst auf andere Weise die angegebene Einstimmung der Mit-Beklagtin, Anne Meins, in die a. 1728. errichtete Einkindschaft zu erweisen, als worauf sodann andergestalt in der Sache ergehen soll, was denen Rechten gemäß ist ꝛc.

# OBSERVATIO CCI.

## *De tutela materna in feudis.*

Tutelam maternam ad feuda pertinere, dubitari poteſt. Nam olim quidem tutela feudi penes dominum fuit, agnati autem iique legitimi pupilli tutores feudo a domino inveſtiebantur, adeo ut extra Saxoniam agnati ejusdem domini vaſalli tutelam & inveſtituram jure exigerent. *Jus Feud. Alem. Schilter. C. 52. & 55. Jus Feud. Alem. ex morib. Bavariæ C. 41. 42.* apud Dn. Senkenberg in Corp. Jur. feud. Germ. p. 145. Richtſtich Leenrecht C. 24. ib. p. 322. *Auctor vet. de benef. §. 67. & §. 72. L. 1. Jus feud. Saxon. Lat. tit. 18.* §. 2. Aliquando dominus gratia ductus, forte autem non exiſtentibus agnatis, matri tutelam dedit, cujusmodi exempla de a. 1389. & 1390. extant apud Schilterum in Comm. ad Jus Feud. Alem. diſſ. de inveſt. Princ. Imp. ſimult. C. 2. p. 521. 522. Sed neque ex jure feudali Longobardico defendi tutela materna poteſt, neque *Novella 118. C. 5.* ad hanc ſpeciem transferenda videtur eſſe. Nam etſi verum puto, quod Doctores ſtatuunt, matrem & aviam ex affectu inprimis materno in Novella ad tutelam vocari, tamen Juſtinianus nominatim ex ratione ſucceſſionis eas admiſit. Ex quo confici videtur, ut, quoniam mater & avia in feuda non ſuccedant, a tutela quoque feudali repellantur. In eaque ſententia præter *Heigium & Carpzovium Rittershuſius* fuit in diſp. *de tutela & cura* §. 5. Et in Saxonia matri adhuc curator feudalis adjungitur. Sed hodie plerique maternam tutelam in feudis quoque recipiunt. Vid. *Roſenthal* de feud. C. 12. Concl. 10. n. 20. *Schrader* de feud. P. 10. S. 19. 21. 24. ſq. *Berger* Oeconom. Jur. L. 1. tit. 4. §. 3. *Hahnius* ad Weſenbec. tit. de tutelis p. 702. ſq. *Stryk* de tut. mat. Princ. Imp. C. 2. §. 15. ſq. *Frieſen* de tut. & ſucc. legit. nexu C. 3. §. 6. *Senkenberg* prim. lin. Jur. feud. §. 383. *Lauterbach* Coll. theor. pract. Dig. tit. de legit. tut. §. 13. *Huld. ab Eyben* de tutela femin. P. 2. M. 6. per tot. *Krauſe* de eo quod juſtum eſt circa tut. mat. §. 32. *Glæſer* de tut. & cura §. 23. *Hornius* de prærog. matr. & aviæ in ſuſcip. tut. §. 21. Quod rationem habet. Nam etſi ratio affectus materni non ſufficiat, tamen extra Saxoniam vix eſt, ut feu-

feudum ſine allodio intelligatur eſſe, quoniam prædium ſine ædificiis vix eſſe poteſt. Et conſtat præterea, hæredes allodiales pretium ædificiorum & ceteras impenſas jure retentionis, quod in feudo habent, ſervare, neque agnatos antea admitti, quam impenſis exſolutis. Quæ igitur in allodio tutrix eſt, merito ad cuſtodiam feudi quoque admittitur & agnatis potior eſt. Idque uſu non tantum Cameræ Imperialis, ſed etiam dicaſteriorum Brunſuico-Luneburgenſium confirmatur, neque fere eſt, ut extra Saxoniam aliter in Germania obſervetur.

# OBSERVATIO CCII.

## *De hypotheca pupillorum & minorum in bonis tutorum & curatorum.*

### §. I.

Pupilli & minores in bonis tutorum & curatorum jure antiquo Digeſtorum hypothecam ex lege non habuerunt, ſed *L. 19. §. 1. ff. de bon. auct. jud. poſſid.* de privilegio perſonali duntaxat intelligenda eſt. Neque ante Conſtantinum M. pupillis & minoribus hypotheca data fuit, niſi demum a tempore judicati & condemnationis, ut *Jacobus Gothofredus* ad *L. 1. C. Theod. de tut. adminiſtr.* oſtendit. Conſtantinus M. autem in *L. 20. C. de tut. adminiſtr.* hypothecam iis a tempore ſuſcepti officii dedit. Quamobrem quod *Wiſſenbachius* putavit, privilegium eos etiam habere, verum non eſt. Vid. *Voet ad tit. ff. qui pot. in pign. n. 25.* & tit. *in quib. cauſ. pign.* n. 11. & 19. *Huber Præl. ad tit. ff. qui pot. in pign. n. 20. Leyſer Vol. 3. Spec. 226. medit. 9.* Quod conſideratum eſt in ſummo Tribunali Cellenſi in cauſa des Machinen-Directoris Hanſen, als Vormundes des Secretarii Langſchmids Kinder erſter Ehe contra den Langſchmidſchen Curatorem bonorum & ad lites, Advocatum Bieſter und in Sententia prioritatis ihm vorgeſetzte Gläubiger.

Pupilli & minores hypothecam ex lege, non privilegium habent.

### §. II.

Hodie cum tutores & curatores a magiſtratu confirmantur & in recepta juramenti formula bona ſua omnia ob adminiſtrationem pupil-

Quæ hypotheca hodie fere publica eſt.

pupillis & minoribus obligant, publica ſane & judicialis hypotheca exiſtit. Ut in eadem cauſa judicatum eſt.

§. III.

An ad ea pertineat, quæ conſenſu contutoris tutor ex bonis pupilli mutuatus ſit.

Quæro, an quæ pupillis & minoribus hypotheca ex cauſa adminiſtrationis in bonis tutorum vel curatorum competit, ad id pertineat, quod contutor tutori ex bonis pupilli mutuum dederit. Movet, quod in hoc actu tutor tanquam extraneus conſiderari poſſit, *arg. L. 5. pr. de auctor. & conſenſu tut.* Et plane in *L. 54. ff. de admin. & per. tut.* nominatim ita expreſſum eſt. *Et multum refert, palam aperteque debitorem ſe ut extraneum quemlibet faceret pupillo, an ſub adminiſtratione tutelæ pupillive utilitate latenter ſua commoda pupilli pecunia juvaret.* Sed hoc non placet. Nam utique qui a contutore pecuniam pupilli mutuam accepit, is, niſi adminiſtratio a judice vel teſtatore diviſa ſit, ipſe quoque pro parte, ut tutor, mutuam ſibi dat. Omnino igitur ad tutoris adminiſtrationem illud quoque pertinet, quod conſenſu contutoris mutuam ſibi ipſi pecuniam dederit. Profecto talis tutor dolo quoque adminiſtrat, qui rerum ſuarum non ignarus pecuniam pupilli conſentiente contutore mutuam accipit. Neque contraria eſt *L. 54. ff. de adm. & per. tut.* utpote quæ hoc caſu a majoribus duntaxat uſuris tutorem liberat. Quod in ſummo Tribunali Cellenſi conſideratum eſt in eadem cauſa.

# OBSERVATIO CCIII.

## *De privilegiorum confirmatione, quæ fit a ſucceſſore.*

§. I.

Confirmare privilegium quid ſit.

*Confirmare privilegium* Princeps ſucceſſor dicitur, cum declarat, ſe eodem modo obligatum iri ad privilegium ſervandum, quod quis habet, atque is eſſet, qui privilegium tulit, ſiquidem in vivis ille adhuc exiſteret.

§. II.

Confirmationis ratio.

Plane ex ipſa vocabuli notione intelligitur, neceſſarium eſſe, ut exiſtat privilegium, quod confirmatur. Utilitatis autem gratia confirma-

firmatio privilegiorum, quæ fit per ſucceſſores, recepta videtur, ne dubitetur, an ſucceſſor ad privilegium ſervandum æque obligatus eſſet atque is, qui tulit.

III.

An extincta privilegia reſtituat.

Utique vero dicendum eſt, confirmatione ſucceſſoris privilegia jam extincta non reſtitui, niſi quidem conſtet, Principis confirmantis eum animum eſſe, ut privilegia quoque jam extincta reſtituere & de novo indulgere voluerit. Quod tum intelligitur, ſi compertum habuerit, extinctum privilegium eſſe, nihilominus autem de novo conceſſerit. Nam alias quidem propius eſt, ut dicamus, Principem confirmantem novum privilegium dare nolle. Quod fieret, ſi ex ſola confirmatione privilegia jam extincta robur denuo acciperent. Eamque confirmationis rationem eſſe, in *cap. cum dilectæ 4. X. de confirm. util. vel inut.* eleganter declaratur. Bullam integram ex tabulario Gandersheimenſi publicavit *Jo. Georg Leukfeld* in *Antiquitat. Gandersh.* p. 429. Ex qua intelligitur, Pontificem rogatum, ut Gandersheimenſis eccleſiæ privilegia a Pontificibus olim tributa innovaret & confirmaret, antequam id faciendum duceret, commiſiſſe quibusdam, qui explorarent, quantum ex privilegiis iis contraria poſſeſſione extinctum eſſet, tandem cum ea confirmaret, inquiſitione nondum peracta, ſtatuiſſe, nolle ſe ex innovatione hujusmodi novum jus monaſterio acquiri, ſed ut antiquum jus, ſi quod habeat, per innovatum privilegium conſervetur. Quæ ſane confirmantis Principis intentio ſemper eſt, niſi aliud apareat.

# OBSERVATIO CCIV.

## *De Lege Anaſtaſiana.*

Lex Anaſtaſiana *22. C. mand.* ad redemtores alienarum litium pertinet, qui alienis rebus fortunisque inhiantes ceſſiones aliis competentium actionum in ſe exponi properant hocque modo diverſis perſonas litigatorum vexationibus afficiunt. Neutiquam igitur ad eos accommodatur, qui ex probata non tantum ſed & neceſſaria cauſa ſolvunt. Nam & cohæredes ab Anaſtaſio excipiuntur, & ſi creditor vel is, qui res aliquas poſſidet, pro debito, ſeu

rerum apud ſe conſtitutarum munimine ac tuitione ceſſiones acceperit. De qua re aliquando hujusmodi ſpecies incidit, ut plures fratres debitum in ſe recepiſſent, pro quo curia quædam villicalis pignoris nexu obligata erat, deinde inter eos vel poſteros eorum placuiſſet, ut eorum unusquisque facultatem haberet, bona familiæ oppignorata reluendi. Cum igitur unius fratris poſteri curiam ſoluto debito reluiſſent, & hæredes eorum allodiales ab agnatis partem debiti ſoluti actione negotiorum geſtorum contraria repeterent, pecuniam quoque ſolutam apocha creditoris probarent, agnati exceptionem legis Anaſtaſianæ objiciebant, & jusjurandum exigebant tantam pecuniæ ſummam, quanta in cautione comprehenſa eſſet, ſolutam eſſe. Sed hæc exceptio a ſummo Tribunali rejecta eſt his verbis: daß mit Verwerfung ſo wol der Exceptionis cautionis als Legis Anaſtaſianæ die Gevettere von Hardenberg des Stadthalters Söhne und Enkel wegen dieſes von dem von Hopfgarten eingelöſeten Meyerhofs unam quartam wegen ihrer Portion und wegen Hans Curds von Hardenberg Erbſchaft unam tertiam von deſſen Quarta der Wittwen von Wallenſtein - - - wie auch der Geh. Raht und Hof-Marſchall, Chriſtian Ulrich von Hardenberg eben ſo viel zu ſeinem Antheil derſelben zu reſtituiren ſchuldig ꝛc. In cauſa Magdalenen Eliſabeth Wittwen von Wallenſtein, gebohrner von Hardenberg contra den Geh. Raht und übrige Gebrüdere und Gevettere von Hardenberg in puncto eines von dem von Hopfgarten reluirten Meyerhofes in Geismar, d. 5. Junii 1726.

# OBSERVATIO CCV.

## *De privilegio mercedis famulitiæ.*

### §. I.

De privilegio mercedis. Mercedi famulitiæ in concurſu creditorum privilegium moribus concedi, jam ſupra in peculiari Obſervatione perſecutus ſum, ubi & præjudicia hanc in rem retuli. Quibus addi poteſt, quod deinde in manus venit, ſummi Tribunalis præjudicium in judicio contradictorio latum in cauſa der Behrenſchen Creditorum hypothecariorum contra die Behrenſche Lied-Löhner in puncto prælationis d. 9. Febr. 1728. In qua cauſa illud quoque deciſum eſt, privilegium

gium non extingui, etsi forte tempore moti concursus vel mortis debitoris famulus servitio dimissus jam fuisset, vel merces residua plurium annorum deberetur.

§. II.

Illud quoque in eadem causa agitatum fuit, an privilegium ad eos pertineret, qui extra domum debitoris, nonnulli etiam in alia urbe pro annuo salario ministerium obiissent. Movebat, quod in convictu & domo creditoris non extitissent. Ex quo vulgo conficitur, iis, quorum opera debitor extra domum usus fuerit, privilegium nullum esse. *Hahn ad Wesenbec. tit. qui pot. in pign. n. 3. Lauterbach Coll. Pand. tit. de privil. cred. §. 30.* Sed plane annuum salarium pro victu quoque datur, & privilegii ratio in favore potius mercedis, quam in convictu sita est, neque a familiæ nomine excludi possunt, qui pro annuo salario omnes operas suas alicui addixerunt. Quod si verum est, ratio satis idonea non intelligitur, cur deterioris habendi conditionis sint, quam qui in domo penes debitorem fuerint. Quamobrem summum Tribunal distinctionem hanc rejecit eosque perinde ac ceteros primo loco collocavit in eadem causa. An ad famulos extra domum pertineat.

# OBSERVATIO CCVI.

## *De apparatu & instructu nuptarum, qua Germanice dicitur* Aussteuer.

§. I.

Apparatus & instructus nuptarum, qui sub nomine Aussteuer comprehenditur, omnem supellectilem, vestes, ornatum mundum, aurum & argentum continet, quo instructa mulier recens nupta in domum mariti venit. Est autem moribus receptum, ut instructam ita pro dignitate mulierem maritus accipiat. Quod apud rusticos dicitur Kasten und Kisten-Pfand. Definitio.

§. II.

Omnino apparatus & instructus nuptarum, die Aussteuer in rebus mobilibus consistit, & a pecunia parata, quæ præterea in dotem Aussteuer & Brautschatz differunt.

tem dari solet, & Brautschatz dicitur, separata est. Videamus autem, an dotis nomine contineatur.

§. III.

Aussteuer pro dote vulgo quoque accipitur.

Et primo quidem vocabulum Aussteuer vulgo quoque dotis nomine accipitur. *Lauterbach Colleg. theor. pract. Dig. tit. de jure dot. §. 2. Germ.* Ehesteuer, Brautschatz, Mitgift. *Schilter Exerc. 36. ad ff. §. 80.* verb. *bonorum dotalium*, Ehegelds oder Heyrahtsguts Mitgift, Aussteuer, väterliche Hülfe. *Wehnerus* in *Observ. pract.* voc. Aussteuer paulo aliter sentit, sed veram significationem vocabuli dotis & Brautschatz vix perpendit, & insuper concedit, sub appellatione Aussteuer dotem contineri. Verba ejus hæc sunt: *Verbo* Aussteuer *non tantum dos, (quæ proprie* Brautschatz, *non vero* Aussteuer, *appellari solet) sed cum dote omnes impensæ & onera in nuptias filiarum facta & collata significantur, cum vox* Aussteuern *nihil aliud sit, quam elocare.* Certe in Ordinationibus quoque provincialibus Luneburgicis vox Aussteuren de dote usurpatur. Ord. Polit. Lun. C. 23. die Töchter und Schwestern sollen aus denen Gütern über deren Vermögen nicht ausgesteuret werden. Deinde postquam legislator de pecuniæ summa in dotem danda tractavit, in §. 2. adjecit: Wann aber Bürger oder Bauren ihre Töchter oder Schwestern aussteuern, so soll der Brautschatz auf vorhergehende genugsame Erkundigung = = = dem Amts- oder Gerichts-Buch einverleibet werden. ꝛc.

§. IV.

Dos est, quia in auxilium mariti datur.

Accedit ipsa vocis Aussteuer etymologia. Steuer enim nihil aliud quam *auxilium, aide*, Hülfe significat. Nam steuren adhuc significat auxiliari, helfen, & Steuer, Steuersmann, gubernaculum, gubernator navis ab auxilio venit, ut designet Hülfe, Hülfs-Mann. Beysteuer est auxilium, Beyhülfe, & zu Steuer der Warheit nihil aliud est, quam zu Hülfe der Warheit. Sed Galli quoque collectas, quas Steuren dicimus, *aides* appellant, auxilia. Videatur *Du Fresne* in *Glossario Latinitatis medii ævi* voc. *auxilium.* Stiure, auxiliares copiæ in Carm. de Bello Hispan. v. 1696. Stiuron, adjutoriis i. e. remis. Vid. *Schilteri Glossarium* p. 765. & 766. voc. *Stiure.* Nec placet, quod Wachterus putat, Steuer proprie donum, largitionem significare. Quamobrem Aussteuer nihil aliud est, quam Aushülfe, quo nomine *Schilterus* item dotem comprehendit in *Exerc.*

36.

*36. ad ff.* §. 80. verb. *bonorum dotalium*, Ehe-Geldes, oder Heyrahts-Guts, Mitgift, Aussteuer, väterliche Hülfe ꝛc. Videamus autem, cui auxilium hoc detur & qua gratia. Certe marito & ad onera sustinenda matrimonii. Apparatus enim & instructus nuptarum, Aussteuer, partim vestes & ornamenta mundumque comprehendit, quæ alias maritum dare mulieri oporteret, partim aurum & argentum variamque supellectilem in usum communem rei familiaris, præsertim mariti, continet, veluti lectos, toralia, sedilia, lintea & quæ sunt generis ejusdem. Conveniens igitur est, eum apparatum & instructum nuptarum, quoniam ad sustinenda onera matrimonii pertinet, dotis nomine comprehendi.

## §. V.

Tum pro dotali qualitate multum facit, quod receptum ita est, ut mulieres præter paratam pecuniam in dotem datam eum quoque apparatum & instructum statim in principio matrimonii afferant, quod adeo invaluit, ut vix plene dotata mulier habeatur, quæ ita instructa in domum mariti non veniat. Quam consuetudinem non tantum personæ in dignitate constitutæ, sed rustici quoque acriter tenent. Quam in rem in jure equestri Bremensi tit. 2. §. 1. ita cautum est: In diesem Falle sollen des Verstorbenen Söhne, so das Erb-Stamm-Erb-Gut voraus nehmen, ihre Schwestern ... in den Ehestand berahten und aussteuren, und alsdann einer jeglichen ein ziemlich Ehe-Geld oder Mitgift, zusamt Kleidern, Kleinodien und dergleichen Gezierde, nach ihrem Stande und Vermögenheit der Güter zu geben, ingleichen auch, so eine oder mehr Töchtere vorhin ausgesteuret und berahten, und der oder denselben von ihren zugesagten Mitgaben noch etwas nachständig wäre, aus dem Erb-Gut zu erstatten schuldig seyn. De rebus quidem ad geradam alias pertinentibus Jus equestre nihil hoc loco expressit, sed meminerimus, de gerada, quam filiæ in eo Ducatu accipiant, separatim tit. 9. §. 2. & 3. cautum esse.

Idem probatur ex consuetudine generali in elocandis filiis.

## §. VI.

Neque minus pro dotali qualitate apparatus hujus facit, quod in pactis dotalibus simul cum parata pecunia in dotem data apparatus & instructus muliebris a patre vel fratribus sponsæ nominatim promitti solet. Quod certe mariti & matrimonii causa fit.

Et ex promissione in pactis dotalibus;

## §. VII.

Probatur ex ejus origine.

Neque vero apparatus hic & inſtructus nuptarum recens invaluit, ſed procul dubio ab antiquiſſimis inde temporibus ſervatus eſt, ejusque ratio commodiſſime in eo ponitur, quia filiæ antiquitus nihil de hæreditate patris accipiebant, quam matris forte geradam, *Rhedo*, vel *ornamenta colli*, ut in Legibus Anglorum & Werinorum expreſſum eſt. Conf. Obſ. noſtra de Gerada. Unde ausrahden quoque idem ſignificat, quod ausſtatten, ausſteuren, elocare, & ungeradet idem quod unbeſtattet. Vid. *Schilter in Exerc. 36. ad ff.* §. *76.* Dn. *Gebauer* in Programmate peculiari p. 17. Quod cum origine dotium mirifice convenit, de qua *Perizonius* in diſſ. *ad Leg. Vocon.* p. 113. ſq. ita ſcribit: *Præterea dotes filiarum, quam originem, quam cauſam habuerunt? Nempe non aliam, quam ut, cum filii manerent penes patrem domini omnium, quæ ille reliquiſſet, filiæ contra - - - cum nuberent, una cum iis dotibus in perpetuum ex familia & domo patrum veluti dimitterentur, ne expertes plane eſſent paternæ hæreditatis. - - - Nam quod & poſtea dotes dari non deſierunt, - - - id ex priſca illa conſuetudine in uſu manſit, ut quia & uxor ipſa & quicquid ea ad virum afferebat, antiquiſſimis temporibus ſemper in manu & poteſtate fuerat mariti, ſimiliter etiam poſtea filiæ dotem a patre nuptiarum tempore acceptam, retentis in ſua poteſtate ceteris hæreditariis bonis, donarent viro, ut ita facilius invenirent maritum & gratiores illi eſſent.* Et præterea obſervatu dignum eſt, quod idem Perizonius deinde p. 118. de Solone, Athenienſium legislatore, ex Plutarcho retulit, eum *nuptiis abſtuliſſe* τὰς φερνὰς, *dotes, & tantum tria veſtimenta ac parvi pretii inſtrumenta aliquot ſive ſupellectilis ſive mundi muliebris ſponſam ad virum afferre*, juſſiſſe. Qui revera apparatus pro dote fuit, a noſtro autem non re, ſed aliquando pretio & quantitate diſtat.

## §. VIII.

An nomen dotis conveniat.

Poſtquam igitur oſtendi, naturam dotis apparatui huic muliebri, quo inſtructæ recens nuptæ ad maritos transeunt, convenire, ſupereſt, ut videamus, an nomen quoque dotis, quale Romanis uſurpatum fuit, ad hunc apparatum pertineat, & an jure civili aliter dicendum ſit. Et dotis quidem nomen, ut Germanicum Ausſteuer, generale eſt & non pecuniam duntaxat numeratam, ſed

omnes

omnes quoque res mobiles & immobiles, quæ matrimonii cauſa dantur, comprehendit. Neque inepte dos, δως, a dando dicta, Germanico vocabulo Mitgift exprimitur. Et veſtes quidem, quibus mulier utatur, apud Romanos quoque in dotem datas eſſe, ex *L. 10. pr. ff. de jure dot.* intelligitur. Præterea mulieres res mobiles in dotem attuliſſe, non inepte exemplo Licinniæ, Gracchi uxoris probatur, cujus res dotales in ea ſeditione, in qua Gracchus occiſus fuit, periiſſe traduntur in *L. 66. pr. ff. ſol. matr.* Certe commodius relata lex de rebus dotalibus mobilibus Licinniæ in ſeditione direptis explicatur, quam de publicatione dotis poſtea inſecuta, & magis placet, Jureconſultum Mutium ante publicationem dotis Licinniæ de noſtra ſpecie conſultum eſſe. Vid. *Corn. van Bynkershœk Obſerv. Jur. Rom. L. 3. C. 22.* Aurum quoque Romanos, quod ad ornatum pertineat, in dotem dediſſe, *L. 34. ff. de jure dot.* ſignificat his verbis: *Mater cum filiæ aurum dediſſet utendum, pater puellæ id aurum in dotem viro adpendit &c.* Idemque in univerſum de rebus hujusmodi, quibus mulier ipſa uteretur, oſtendit *L. 51. ff. ſol. matr.* in hæc verba: *Æſtimatæ res uſu etiam mulieris periculo mariti deteriores efficiuntur.* L. 69. §. 8. ff. de jure dot. *In dotem rebus æſtimatis traditis, quamvis eas mulier in uſu habeat, viri dominium factum videretur.*

## §. IX.

Neque vero nos movere debet, quod Germanicum vocabulum Brautſchatz ab apparatu hoc & inſtructu muliebri ſeparatur. Appellationem enim Brautſchatz ad pecuniam paratam proprie pertinere, jam ſupra obſervavi, & ſine probatione adſumſi. Facile autem hæc ſententia probari poteſt. Nam quod Lexicographi omnes, Schilterus, Wachterus & Joh. Leonh. Friſchius annotarunt, vocabulum Schatz, Scaz olim proprie numulum & pecuniam paratam fere deſignavit. Sed etſi vocabulum ad theſaurum transferas, tamen utique res intelligentur, quæ uſu non deteruntur. Supellex autem veſtesque, maxima pars apparatus & inſtructus uſu deteriores fiunt. Adeoque vocabulum Brautſchatz ad hunc apparatum vix pertinet.

Cur Ausſteuer nomine Brautſchatz non comprehendatur.

## §. X.

An oporteat, dotis mentionem fieri.

Sed etsi in apparatu instructuque nuptarum dotis mentio facta non sit, tamen neque apud Romanos in promissione & constitutione dotis mentio dotis expressa requirebatur, *L. 23. L. 48. §. 1. ff. de jure dot.* modo matrimonii causa datum vel promissum esset. *L. 21. L. 48. §. 1. ff. de jure dot.* Quis autem neget, apparatum instructumque uxorum nostrarum causa matrimonii dari?

## §. XI.

Causam æque perpetuam habet, ut dos.

Neque translatitie illud omitti potest, apparatus instructusque muliebris viro allatæ causam æque perpetuam esse, ac dotis, & cum voto ejus, qui dat, ita contrahi, ut semper apud maritum sit, ut in *L. 1. ff. de jure dot.* de dote expressum est.

## §. XII.

In ambiguis pro dote respondendum est.

Denique non inepte hanc in rem dicetur, in ambiguis pro dote respondere, melius esse. *L. 70. ff. de jure dot. L. 85. pr. ff. de reg. jur.*

## §. XIII.

Dubium removetur.

Nihil igitur ad rem pertinet, quod uxor eas res, quæ apparatu hoc instructuque continentur, ipsa forte custodit, nonnullis quoque ipsa utitur. Custodiam enim mulier, ut materfamilias nomine mariti præstat, quod præsertim nostris moribus dicendum est. Usus autem mulieris nihil ad rem facit, ut ex *L. 10. pr. ff. de jure dot.* & *L. 51. ff. sol. matrim.* jam antea ostendi. Præterea nisi mulier iis rebus uteretur, maritum alias res similes comparare oporteret.

## §. XIV.

Aliud dubium tollitur.

Nec movet, quod ajunt, constitutionem dotis rem facti esse, & magis pro paraphernis, quam pro dote præsumi. Nam ea quidem opinio Doctorum est, juris ratione destituta, quæ & *L. 23. ff. de jure dot.* refellitur. Meritoque Dn. *Augusti. Leyserus* in *Sp. 302. med. 4. 5.* hanc Doctorum opinionem confutavit ostenditque distinctionem faciendam esse eorum bonorum, quæ uxor marito statim ab initio intulerit, & quæ postea forsan illi obvenerint. Nam in

in prima quidem ſpecie qualitatem dotalem omnino præſumendam eſſe. Præterea vox ipſa Ausſteuer, ut demonſtravi, dotis appellatione quoque continetur.

## §. XV.

Aliud dubium removetur.

Denique formula concepta pactorum dotalium apud *Strykium de Cautel. Contract. S. 3. C.* 8. §. 5. nihil probat. Utique enim pacto effici poteſt, ut apparatus hic in paraphernis habeatur. Sed niſi expreſſum ita ſit, in ambiguis ſemper pro dote reſpondere, melius eſt.

## §. XVI.

Maritus de re vel pretio quomodo teneatur.

Omnino, ut in dote, ita in hoc apparatu inſtructuque muliebri maritus dolum & culpam præſtat. Et quemadmodum maritus res dotales, niſi quidem functionem in eodem genere recipiant, vel æſtimato datæ ſint, pro ſuo arbitrio non poteſt diſtrahere, *L. 42. ff. de jure dot. L. 50. ff. ſol. matr.* ita neque apparatum hunc uxoris vendere & alienare poteſt. Sed etſi admitteretur, quod quidem, argumento a manumiſſione ducto, concludunt, poſſe maritum res dotales mobiles omnes pro arbitrio diſtrahere, tamen utique pretium earum rerum finito matrimonio reſtituere debet. Dos enim a marito finito matrimonio omnino reſtituenda eſt, niſi quædam res ſine dolo malo & culpa ejus periiſſent. *L. un. §. 7. verſ. Sin autem C. de rei ux. act. Nov. 91. c. 1. L. 66. pr. L. 18. §. 1. ff. ſol. matr.*

## §. XVII.

An de uſu conſumtis vel detritis teneatur.

Si quod autem durante matrimonio uſu conſumtum eſt, id quidem, niſi æſtimato datum ſit, a marito minime reſtituitur, quia præter dolum & culpam non tenetur. Sed nec, ſi quædam res uſu vel tempore deteriores redditæ ſint, decrementum eo caſu maritus præſtat, quin potius res ita reſtituit, quales ſine dolo & culpa ipſius finito matrimonio exiſtunt. Quod ex *L. 10. pr. ff. de jure dot.* manifeſtatur his verbis: *Plerumque intereſt viri, res non eſſe æſtimatas, idcirco ne periculum rerum ad eum pertineat, maxime ſi animalia in dotem acceperit, vel* veſtem, qua mulier utitur; *eveniet enim, ſi æſtimata ſint & ea mulier attrivit, ut nihilominus*

*maritus æſtimationem eorum præſtet, quoties igitur non æſtimatæ res in dotem dantur, & meliores & deteriores mulieri fiunt.* Idem in L. 11. ff. eod. expreſſum eſt: *Sane & deteriorem factam reddere poterit.*

## §. XVIII.

Diſſentientes refutantur.

Eſt quorundam ſententia exiſtimantium, mulieri veſtium rerumque attritarum & conſumtarum æſtimationem ex concurſu vel hæreditate mariti deberi, ſi forte maritus in earum rerum attritarum locum alias non ſubſtituerit, propterea quod mulier res illas in uſum mariti conſumſiſſet. Quam in rem ex *L. 42. ff. de jure dot.* argumentum depromunt. Sed hoc juri conveniens non eſt, ut manifeſtis legibus §. XVII. oſtendi. Idemque alias in uſufructu veſtis conſtitutum eſt in *L. 9. §. 3. ff. uſufr. quem. cav.* in hæc verba: *ſi veſtis uſusfructus legatus ſit, ſcripſit Pomponius, quanquam hæres ſtipulatus ſit, finito uſufr. veſtem reddi, attamen non obligari promiſſorem, ſi eam ſine dolo malo attritam reddiderit.* Nec contraria eſt *L. 42. ff. de jure dot.* ſed potius propoſitam ſententiam confirmat. Ait enim ICtus, res in dotem datas, quæ pondere, numero, menſura conſtent, hoc eſt, quæ functionem in eodem genere recipiant, mariti periculo eſſe, quia in hoc dentur, ut eas maritus ad arbitrium ſuum diſtrahat, & quandoque ſoluto matrimonio ejusdem generis & qualitatis alias reſtituat vel ipſe, vel hæres ejus. Sed hoc ad eas res, quæ in apparatum inſtructumque nuptialem dantur, transferri nequit, utpote quæ pondere, numero & menſura vix ita conſtant, ut genus quoddam tale intelligatur, in quo reſtitui poſſint. Dicendum igitur potius eſt, in aliis rebus, quæ pondere, numero, menſura non conſtant, res periculo mariti non eſſe, neque in hoc dari, ut eas maritus ad arbitrium ſuum diſtrahat, & quandoque ejusdem generis & qualitatis alias reſtituat.

## §. XIX.

Quomodo reſtitutio facienda.

Igitur cum de reſtituendo apparatu inſtructuque muliebri agitur, res extantes utique ita reſtituuntur, quales eo tempore ſunt, cum de reſtituenda dote agi poteſt. Nam etiam deteriores durante matrimonio uſu redditas vel attritas mulier vel ejus hæredes recipere debent, uſu autem conſumtas nec repetunt, nec condicunt.

cunt. Neque in ea re mulieris vel ejus hæredum electio eſt, utrum ipſas res, an pretium recuperare malint, niſi quidem æſtimato in dotem datæ ſint, ut dominium omnino in maritum ſit translatum. Nam alias, etſi æſtimatæ ita datæ eſſent, ut aut æſtimatio aut res præſtetur, nihilominus in mariti arbitrio eſt, res ipſas, an pretium reſtituere malit, etiamſi res deterior facta ſit. *L. 10. §. f. L. 11. ff. de jure dot.* Ceterum quæ res dolo vel culpa mariti perierunt, vel quas dolo poſſidere deſiit, earum rerum æſtimatio mulieri & ejus hæredibus omnino præſtanda eſt.

## §. XX.

Quamobrem ſi res dotales ex concurſu forte creditorum mariti repetuntur, vel contra creditores vindicantur, res extantes vindicandæ & ita recipiendæ ſunt, quales eo tempore fuerunt, cum dotales eſſe deſinerent. Neque earum rerum æſtimatio, qualis tempore nuptiarum fuit, peti poteſt. Quæ autem non extant, & dolo vel culpa mariti vel perierunt, vel diſtractæ alienatæque ſunt, earum quidem pretium ex concurſu peti poteſt, ſed non ex tempore nuptiarum, ſed ex quo reſtituenda dos fuit, vel finitum matrimonium eſt, quoniam decrementum, quod durante matrimonio ex uſu venit, mulieri ejusque hæredibus nocet. Ad æſtimandas autem res ſecundum idem tempus mulier vel hæres ejus ad in litem jurandum admitti poteſt, & pretium deinde in concurſu eodem loco, quo dos, collocabitur. Quomodo ex concurſu repetantur.

## §. XXI.

Quæ propoſita hactenus ſunt, ſubjecta ſententia ſummi Tribunalis Cellenſis confirmantur d. 24. Dec. 1743. in cauſa des Machinen-Directoris Hanſen, als Vormundes des weyland Canzley-Secretarii Langſchmids Kinder erſter Ehe, Appellanten, contra den Langſchmidſchen Curatorem bonorum & ad lites, Advocatum Bieſter, und in ſententia prioritatis ihm vorgeſetzte Langſchmidſche Gläubiger, Appellaten, his verbis: Anlangend aber die fernere von beyden Seiten eingebrachte Gravamina, und zwar erſtlich wegen der von des weyland Secretarii Langſchmids erſten Ehefrau demſelben zugebrachten Ausſteuer, alldieweilen Acta ergeben, daß ſolche aus folgenden Stücken beſtanden, als a) Perlen und güldnen Panzer-Ketten, b) einer Bett-Sponde mit grü- Sententia ſummi Tribunalis Cell.

grünen Umhängen, c) 12. Nußbaumenen Stühlen und 2. Sessels, d) 2. Nußbaumenen Coffres, e) einem Kleider-Schranke von fournirter Arbeit, f) dem Braut-Bette als 2. rothgestreiften Drellnen Unter-Betten, 5. dergleichen Pfühlen, 1. rohtgestreiften Parchuen Ober-Bette, und 4. dergleichen Kopf-Küssen, g) einem Gesinde-Bette, h) an Zinnen-Zeug, was der Cridarius selbst act. Canc. n. 24. angegeben, als 10. Schüsseln, 4 Dutzt Teller u. s. w. Goslarischer-Probe, weniger nicht ein kupfern Waschbecken, i) an Kleidung, was in vorgedachter Verzeichniß des Cridarii selbst begriffen, k) einer silbernen Schale und 6. dergleichen Löffels, l) an Linnen- und Drellen-Zeug, auch Flachs, was so wol in des Cridarii vorangeführten Specification, als in der act. Trib. n. 13. beygebrachten Rechnung des Factor Lauben enthalten, nebst einem Coffre; und dann denen Rechten gemäß ist, daß nicht allein dasjenige, was davon zur Zeit des erhobenen Concursus würklich annoch vorhanden gewesen, und mit des Vormunds Hansen Genehmhaltung in der Auction verkaufet worden, sondern auch alles übrige, so nicht bereits währender des Cridarii ersten Ehe durch den Gebrauch aufgerieben, dessen Kindern erster Ehe erstattet werde, als ist nicht allein das zum Theil in der Auction dafür gelösete Geld dem Vormunde Hansen auszuantworten, sondern es ist auch in Ansehung des übrigen, was zur Zeit des erhobenen Concursus nicht mehr vorhanden gewesen, noch folglich in der Auction mit verkaufet worden, Curator bonorum von dem gemachten Anspruche nicht zu entbinden. Würde nun solchemnach der Vormund Hansen den Wehrt derer nicht mehr vorhanden gewesenen Stücke, welche währender ersten Ehe nicht verbrauchet, wie deren Beschaffenheit etwan bey dessen Pflegbefohlnen Mutter Absterben annoch gewesen seyn mag, angeben, und nach vorbehaltener Richterlicher Mäßigung seinem Dafürhalten nach in litem eydlich bestärken, so wäre derselbe alsdenn damit, gleich dem Brautschatze, unter N. 5. zu classificiren. Dahingegen wegen des dem Cridario als Bräutigam geschenkten Ringes zu 80. Rthlr, weniger nicht wegen derer durch den Gebrauch etwan abgegangenen Sachen, als worunter besonders das gelb und weisse Kleid gehöret, es bey voriger Urthel sein Bewenden hat. ꝛc.

OBSER-

# OBSERVATIO CCVII.

## *De rebus uxorum paraphernalibus earumque hypotheca.*

### §. I.

Dotis & paraphernorum distinctio, quæ juris civilis est, in terris Brunsuicensibus & Luneburgensibus utique servatur, eum quidem in modum, ut in jure civili expressum est. De quo nonnulla supra in Obs. 12. retuli. Dotis & paraphernorum distinctio.

### §. II.

Omnino in rebus uxoris paraphernalibus maritus administrator dolum & culpam præstat. *L. 11. §. fin. C. de pact. conv.* Qua in re mulieri a tempore illationis hypotheca in bonis mariti ex lege competit. *L. cit. 11.* Qualis mulieri ob paraphernа hypotheca competat.

### §. III.

Quamobrem si res uxoris paraphernales mobiles maritus vel distraxerit, vel culpa deteriores effecerit, earum rerum æstimatio uxori ejusque heredibus præstatur, hypotheca autem ex eo tempore procedit, quo in domum mariti res illatæ sunt. Quæ sententia usu merito custoditur. Nam quod *L. 11. §. f. C. de pact. conv.* in nominibus expressit, id ad ceteras quoque res, quæ bonis mariti inferuntur, non inargute transfertur, neque differentiæ ratio intelligitur, cur hypotheca ad eam speciem non pertineat. Etsi autem in nominibus hypotheca a tempore exactionis demum competit, tamen nomina bonis mariti illata non intelliguntur, antequam sortem maritus exegerit, res mobiles autem in domum mariti illatæ statim bonis ejus inferuntur, ex quibus deinde separandæ & repetendæ vel condicendæ sunt. Quam in rem summum Tribunal Cellense d. 24. Dec. 1743. in causa des Machinen-Directoris Hansen, als Vormundes des weyland Canzley-Secretarii Langschmids Kinder erster Ehe contra den Langschmidschen Curatorem bonorum & ad lites, Advocatum Biester und in Sententia Prioritatis ihm vorgesetzte Langschmidsche Gläubiger, ita pronuntiavit: Anlan- Quomodo res mobiles repetantur & de earum hypotheca.

gend zweytens die übrigen aus des Zehentners von Uslar Erbschaft herrührenden Mobilien, nachdemmalen auch dasjenige, was hievon durch des Cridarii Schuld abhanden kommen, denen Kindern billig zu ersetzen, und dieselben mit denen annoch vorhanden gewesenen Stücken sich zu begnügen nicht schuldig, ferner auch aus der Zeugen Aussagen und sonst so viel erscheinet, daß die überall desfalls geforderten 200. Thlr. als ein Liquidum nicht unbillig anzunehmen, als wird der Vormund Hansen wegen sämtlicher solcher Erbschafts-Mobilien als einem Paraphernal-Gut mit 200. Rthlr. von Zeit deren Einbringung unmittelbar nach N. 7. classificiret.

## §. IV.

De parata pecunia illata.

Quod si paratam pecuniam mulier marito extra dotem dederit, similiter ab eo tempore, quo maritus accepit, vel mulier pecuniam bonis mariti intulit, hypotheca ex lege incipit. Ut in eadem causa a summo Tribunali judicatum est.

## §. V.

Quid si mulier maritum debitorem a cohæredibus acceperit.

Quid si maritus patri uxoris centum debuit, mulier autem in divisione hæreditatis a ceteris cohæredibus nomen mariti fortita est, & debitorem maritum accepit? Certe ab eo tempore uxor in bonis mariti jus hypothecæ consequitur. Ut in eadem causa judicatum est.

## §. VI.

Hypotheca propter nomina exacta ex quo incipiat.

Ceterum in nominibus, quæ uxor extra dotem habet, mariti autem administrationi tradidit, nisi quidem maritus de negligentia in non exigendo teneatur, hypotheca ex eo demum tempore incipit, ex quo ille sortem vel pecunias cautione comprehensas exegerit. Neque enim antequam sortem maritus exegerit, bonis mariti pecunia illata est, quoniam antea mulier ipsa exigere potest, usuras autem maritus circa se & uxorem recte expendit. Et ita in *L. 11.* vers. *Sin autem C. de pact. conv.* non obscure declaratur, his verbis: *licentiam autem marito dari, easdem actiones movere apud competentes judices, nulla ratihabitione ab eo exigenda: & usuras quidem eorum circa se & uxorem expendere,* pecunias *autem* sortis, quas exegerit, *servare mulieri, vel in causas, quas ipsa voluerit, distribuere; & siquidem in dotali instrumento hypothecæ pro his nominatim a marito scriptæ sint, his esse mulierem ad cautelam suam contentam. Sin*

*autem*

*autem minime hoc ſcriptum inveniatur, ex præſenti noſtra lege habeat hypothecam contra res mariti,* ex quo pecunias ille exegit. *Ante enim habeat mulier ipſa facultatem, ſi voluerit, ſive per maritum, ſive per alias perſonas easdem movere actiones & ſuas pecunias percipere.* &c. Secundum quod ſummum Tribunal Cellenſe pronuntiavit d. 28. Mart. 1740. in cauſa des weyland Cammer-Anwalds zu Hannover, Chriſtian Reck, jetzo des Amts-Procuratoris Chriſtian Friederich von Hagen Bekl. Appellanten und reſp. Appellaten contra Anne Clare Reinbolds, weyl. Geh. Juſtiz-Rahts Helmolds Wittwe, jetzo deren Erben, Kl. Appellaten und reſp. Appellanten, item d. 24. Dec. 1743. in cauſa des Machinen-Directoris Hanſen, als Vormundes des weyl. Canzley-Secretarii Langſchmids Kinder erſter Ehe, contra den Langſchmidſchen Curatorem bonorum & ad lites, Advocatum Bieſter und in Sententia Prioritatis ihm vorgeſetzte Gläubiger, hunc in modum: Wegen der Schlüterſchen 1000. Rthlr. aber hat derſelbe (der Vormund Hanſen) die eigentliche Zeit, wenn Cridarius dieſes Capital gehoben, zuförderſt anzuzeigen, und zu beglaubigen, ſodann auch dieſe nach dem Alter der Zeit unter denen hypothecariis privatis zu ſetzen ſind.

## §. VII.

Similiter in portionibus metallicis, quas Kux vocant, dicendum eſt, ut hypotheca mulieris vel ejus hæredum ab eo demum tempore incipiat, quo maritus eas vendidit & pretium percepit. Nam antea quidem, ut nomina, ita hæ portiones metallicæ res uxoris ſeparatæ ſunt, nec bonis mariti illatæ intelliguntur. Atque ita ſummum Tribunal in eadem cauſa des Machinen-Directoris Hanſen contra den Langſchmidſchen Curatorem bonorum und vorgeſetzte Creditores judicavit, hunc in modum: Was viertens den einen Kux Hütſchenthals Glück betrift, welchen Cridarius laut derer act. Trib. n. 26. 27. 28. producirten Briefe zu 230. Rthlr. im Januario 1729. verkaufet, und das Geld dafür würklich gehoben, iſt Curator Bieſter vorbemeldte Schreibens zuförderſt zu agnoſciren, oder eydlich zu diffitiren ſchuldig, als zu welchem Ende Terminus auf den 17. Martii des bevorſtehenden 1744. Jahres anberahmet wird. Würde ſodann derſelbe nichts erhebliches dawieder einzuwenden haben, ſo wäre dieſer Poſt nach der Zeit ſothanen Verkaufs unmittelbar nach N. 8. inter hypothecarios privatos zu collociren. De portionibus metallicis.

## §. VIII.

De oneribus paraphernorum.

Omnino maritus bonorum omnium uxoris paraphernalium administrator & usufructuarius ut fructus & commoda percipit, ita onera quoque rebus inhærentia ferre debet. Quamobrem in eadem causa marito imputabatur, quod fructus rerum paraphernalium uxoris percepisset, onera autem quarundam portionum metallicarum, quæ Zubusse dicuntur, non de fructibus, sed de substantia bonorum solvisset.

# OBSERVATIO CCVIII.

## *An privilegium dotis mulieribus Judaicis conveniat.*

Tractaturis nobis, an privilegium dotis mulieribus Judaicis competat, inspicienda omnino est *Nov.* 109, ut videamus, ratio legis in Judæos conveniat, an secus. Ait Imperator in principio Novellæ, Leonem & Justinum, piæ memoriæ Imperatores in suis constitutionibus hæreticis omnibus interdixisse, ut neque ulla ipsi participarentur militia, neque quodlibet in publicis curis participium haberent, ita & se hoc egisse & suis constitutionibus hoc roborasse. Esse autem hæreticos & qui Nestorii Judaicam sequantur vesaniam & ad hoc omnes, qui non sint membrum sanctæ Dei Catholicæ & Apostolicæ ecclesiæ. Deinde pergit, se volentem orthodoxam amplectentes fidem & eam defendentes habere aliquod amplius privilegium iis, qui alienent semet ipsos a Dei ovili, quoniam neque justum sit, æqualibus cum orthodoxis hæreticos dignos fieri privilegiis, propterea se privilegium dotis & tacitas hypothecas illis dare solis, quæ adorandam fidem nostram teneant & participent in ecclesiæ Catholicæ & Apostolicæ salutari communione. Et mihi quidem videtur, & verba & rationem legis in mulieres Judaicas hodienum convenire. Verba convenire, palam est. Nam si Imperator hæreticorum nomine eos comprehendit, qui Nestorii Judaicam sequantur vesaniam & præterea omnes, qui non sint membrum sanctæ Dei Catholicæ & Apostolicæ ecclesiæ, Judæi certe continentur. Et in Lege quoque 21. C. de hæret. Judæi hæreticis comparantur. Cur autem ratio legis in mulieres Judaicas

non

non conveniat, non intelligitur. Voluit Imperator privilegium mulieribus Chriſtianis orthodoxis dare præ ceteris, qui in communione eccleſiæ non ſint. Cur igitur privilegium Chriſtianarum mulierum hodie ceſſet, cum & Judeæ adhuc a communione eccleſiæ ſeparentur, & chriſtianæ mulieres hodie non minus dignæ, quam olim privilegio præ Judaicis ſint? Tolerantia Judæorum hodierna tantum abeſt, ut Novellam tollat, ut potius mirifice confirmet. Nam olim quidem apud Romanos Judæi libere vivebant, quanquam per Conſtitutiones Leonis, Juſtini & Juſtiniani a militia & publicis curis arcebantur. In Germania Judæi adhuc odioſiſſimi ſunt, & perniciosiſſimi habentur, ut ex Receſſibus Imperii & provincialibus Calenbergicis manifeſtum eſt, ſunt revera banniti, & cum tolerantur, a banno abſolvuntur, neque niſi ex pacto ſpeciali & præſtito cenſu quodam tolerantur. Cur autem hujusmodi receptio, quam & Dn. *Bœhmerus* in Diſſ. *de toler. relig. effect. civ.* C. 2. §. 38. minus plenam, imperfectam, limitatam & gratioſam vocat, privilegium, quod ſolis mulieribus Chriſtianis orthodoxis datum eſt, Judaicis tribuat? Sane id ex tolerantia illa minime convincitur, utpote quæ Judæis ſecuritatem duntaxat publicam & limitatam commerciorum facultatem dat. Quamobrem ſummum Tribunal quoque Cellenſe in cauſa Concurſus creditorum der Gebrüdere Gumpert und Iſaac Behrens d. 14. Oct. 1724. in hunc modum pronuntiavit: daß Appellatin (Lea Lehmanns) denen gemeinen in hieſigen Landen recipirten Rechten nach, da ſie eine Jüdin, ſich des privilegii prælationis dotis nicht zu erfreuen habe, und dahero mit ihrem prætendirten Brautſchatz keinesweges inter hypothecarios privilegiatos, ſondern bloß inter chirographarios, zumaln auch keine Hypothec in ihrer Eheſtiftung verſchrieben iſt, zu ſetzen und zu claſſificiren ſey. Poſtquam autem deinde per novum inſtrumentum hypothecæ conſtitutionem probaſſet, in Reſtitutionis inſtantia, præſtito jurejurando ſuppletorio per ſententiam d. 3. Mart. 1730. ratione dotis inter hypothecarios conventionales ſecundum ordinem temporis, ex quo hypotheca conſtituta erat, collocata eſt. Eodem modo d. 14. Oct. 1724. pronuntiatum eſt in Concurs-Sachen der Behrenſchen Creditoren wider des Cridarii Gumpert Behrens Ehefrau, Sprinz Jacobs.

# OBSERVATIO CCIX.

## *De pactis dotalibus simplicibus & mixtis.*

### §. I.

Jus Romanum. Pactorum dotalium simplicium & mixtorum distinctio respectu dotis & donationis propter nuptias, vel lucri dotalis, ne jure quidem Romano defendi potest. Nam etsi verum est, quod *L. 5. C. de pact. convent.* significat, hæreditatem extraneis testamento dari, adeoque cum dotali instrumento pactum interpositum esset vice testamenti, ut post mortem mulieris bona ejus ad maritum pertinerent, quæ dotis titulo ipsi non sint obligata, hæredes ad ea restituenda nulla actione conveniri posse, tamen hoc ad dotem non pertinet, sed ad reliqua mulieris bona, quæ in dominio mariti hucusque non fuerunt. Et ratio legis in promtu est, quia paraphernа maritus nullo alio quam hæredis titulo acquirere hoc pacto potuit, dotem autem ex titulo dotis acquisivit, cujus repetitio post pactum interpositum merito cessat. Consequenter nihil ad rem faceret, si in formula pactorum dotalium conceptum forte esset, maritum in dote hæredem esse, der Mann soll den Brautschatz erben. Neque enim verba subtiliter exploranda sunt, sed negotii veritas inspicienda est.

### §. II.

Mores veteres Germaniæ. Videamus autem de Germaniæ moribus. Et olim quidem, præsertim in bonis acquisitis communio quædam inter virum & uxorem fuit. Vid. *Heineccii Elementa Juris Germanici L. 1. tit. 12. §. 274. sq.* Præterea maritus tutelam rerum uxoris paraphernalium quoque habuit, quæ tutela & fructus & eandem fere potestatem, quæ in dote observatur, continuit. *Heinecc. c. l. §. 295.* Quamobrem etsi Germani medio ævo testamenta & jus Romanum non plane ignoraverint, tamen pacta dotalia utique defendi poterant, ut post mortem uxoris maritus omnia bona ejus retineret, & uxor similiter bona omnia, in quorum communione cum marito esset, sibi servaret. Nihil aliud enim hoc pacto efficiebatur, quam ut ne

bona

bona a marito vel uxore repeterentur, haud abſimiliter quam in dote & donatione propter nuptias jure Romano cautum eſt. Neque ut jam obſervavi, hæreditatis nomen nimia ſubtilitate inquirendum foret. Quamobrem olim quidem pactorum dotalium ſimplicium & mixtorum nulla differentia fuit.

## §. III.

Continuatur.

Alii ex pactorum ſucceſſoriorum natura idem defendunt. Etſi vero magnopere dubitetur, an pacta ſucceſſoria utique omnia, deficiente proximorum hæredum conſenſu nullaque traditione intercedente, & jure Germanico defendi poſſint, (vid. *Heinecc. El. Jur. Germ. L. II. §. 151.*) tamen pacta dotalia ut ſucceſſoria recte ſuſtinebantur, quia & bonorum traditio ſemper intervenit, & plerumque propinquorum conſenſus interceſſit, quorum alterutrum ſufficere poteſt.

## §. IV.

De uſu hodierno.

Videamus autem, an hodie diſtinctio ſimplicium & mixtorum pactorum dotalium admittenda ſit, poſtquam communio bonorum inter conjuges fere ſublata eſt, neque maritus eandem poteſtatem in paraphærna uxoris habet. Et conſtat, paciſcentium intentionem eam eſſe, ut ex pacto haud revocabili, non ex teſtamento, quod mutari poſſit, ſuccedatur, utpote in caſu mortis exiſtente alteruter conjux habeat, quæ ex promiſſo debentur. Summa igitur quæſtionis eo redit, an hodie pactis dotalibus effici poſſit, ut præter dotem & donationem propter nuptias, de quibus ambigendum plane non eſt, cetera præmorientis conjugis bona ad ſuperſtitem pertineant. Plane quatenus pacta ſucceſſoria defendi poſſunt, res dubitatione caret. Conf. §. III. In ceteris autem viſionibus jure præſertim Romano & uſu teſtamentorum recepto, anomalia quædam occurrit, ut quod mortis tempore in bonis & pleno dominio defuncti fuerit, hæredibus legitimis aliter quam per modum teſtamenti adimatur. Solis enim pactionibus hæreditatem, quæ ex lege debeatur, tertio invito adimi, contra rationem juris eſt. Quamobrem ſtabilitis hujusmodi principiis pactorum ſimplicium & mixtorum differentia abſurda utique non eſt, ut poſſit per modum codicilli ſuſtineri, quod pactionibus nudis vix efficitur.

Quod

Quod nonnullibi ſpecialibus legibus cautum eſt. Quo pertinet, quod *ſtatuto Luneburgico P. 3. tit. 5.* continetur, ne conjuges ultra dotem & morgengabam ſibi ex reliquis bonis quidquam in pactis dotalibus jure hæreditario aſſignent, neve hujusmodi pacta aliter quam morte confirmentur. An autem alias generaliter pro uſu juris veteri pronuntiandum hodie ſit, de ea re nihil certi definire auſim. Plane in terris Luneburgicis reliquias veteris juris adhuc ſervari putarem, ut quodcunque in pactis dotalibus de ſucceſſione futura diſpoſitum ſit, id omne per modum contractus valeat, adeo ut teſtium præſentia nulla neceſſaria ſit. Nam ita *Ordinatio Politica Luneburg. C. 11. §. 1.* declarat, qua cautum eſt, ut contractus omnes & pacta dotalia probationis gratia libris judicialibus inſerantur & nominatim exprimatur, quid in cauſa mortis obtinere debeat, verb. ſolchen Contract in das Amts- Stadt- oder Gerichts-Buch mit allen Umſtänden, in beyder Contrahenten Gegenwart einſchreiben laſſen, auch wann es Eheſachen ſeyn, der Brautſchatz und Gegen-Vermachung, wie dann auch, wie es auf die Todes-Fälle zu halten, klärlich ſpecificiret ꝛc. Atque inter ruriculas hodienum tam in Ducatu Luneburgico, quam & Calenbergico, pacta dotalia omnia per modum contractus fiunt & a magiſtratu confirmantur, quibus pactiones de futura ſucceſſione continentur. Quod in minoribus quoque oppidis obſervari ſolet. Quamobrem in terris Brunſuicenſibus & Luneburgenſibus dicendum videtur, pacta ſimplicia dotalia utique in ſucceſſionibus etiam conſiſtere.

# OBSERVATIO CCX.

## *De matrimonio in contumaciam abſente reo per ſententiam judicialem perficiendo.*

Quidam cum ex ſponſalibus legitimis condemnatus eſſet, ut matrimonium intercedente ſacerdotali benedictione cum ſponſa conſummaret, ad eludendum judicatum finibus exceſſerat, neque usquam reperiri poterat. Sponſa igitur citationem edictalem petierat & impetraverat, qua præcipiebatur, ut certo quodam præfinito die in ſummo Tribunali ipſe compareret &, ſecundum quod judi-

judicatum eſſet, matrimonium cum ſponſa per ſacerdotalem benedictionem perficeret, quod niſi faceret, in contumaciam amplius contra eum decretum iri. Quo facto cum nihilominus in contumacia ſponſus perſeveraſſet & in termino venire neglexiſſet, ſummo Tribunali conſultius viſum fuit, per ſententiam potius matrimonium perfectum declarare, quam benedictionem ſacerdotalem in procuratore admittere. Sponſa igitur per ſententiam rei uxor legitima & infans ab eodem ſuſceptus filius legitimus declaratus eſt, ipſa quoque in omnia mariti bona miſſa eſt, ſed ut nihilominus reus, ſiquidem copia fieri ejus poſſet, cogeretur, copulam quoque ſacerdotalem recipere. Cujus ſententiæ verba hæc ſunt: In Appellations-Sachen Marien Margarethen Schwäben, Klägerin und Appellantin an einem, wider Andream Julium Luttermann, Beklagten und Appellaten, am andern Theil, in puncto Sponſaliorum, modo conſummandi matrimonii, werden dieſem die von jener am 28ten Januar. und 27ten Febr. eingebrachte Gegen-Vorſtellung ꝛc. und Documentatio ꝛc. beyden Theilen aber die am 8ten und 27ten Febr. wie auch 7ten April dieſes Jahres eingelangte Schreiben hiebey in Abſchrift communiciret, und nachdem Appellate auf die unterm 11ten Nov. anni præt. zu Vollenziehung der mit Appellantin Schwäben abgeredeten Ehe an ihn abgelaſſene Edictal-Citation in dem anberahmten peremtoriſchen Termino auf den 21ten Febr. anni curr. allhier nicht erſchienen; So wird nunmehro von Uns, von Gottes Gnaden Georg dem andern, König ꝛc. gedachte Appellantin, Maria Margaretha Schwäben, für Appellati Andreæ Julii Luttermanns rechtmäßige Ehefrau und das mit ihr erzeugte Kind für ein echtes und ehrlich gebohrnes Kind damit erkläret, auch dieſelbe in alle ihres Ehemannes Güter immittiret; geſtalt dann zu dieſem Ende anderweites Reſcriptum ſowol an Unſer Berg-Amt zu Clausthal, als auch an Bürgermeiſter und Raht der Alt-Stadt Hannover erkannt iſt, und ſoll übrigens Appellate, wann er ſich in unſern Landen betreten läßt, oder ſonſt zu erlangen ſtehet, und in Güte ſich nicht bequemen wird, Appellantin ſich antrauen zu laſſen, durch gehörige Zwangs-Mittel dazu angehalten werden. V. R. W. Publ. im Ober-Appellations-Gerichte Celle den 16. May 1736.

# OBSERVATIO CCXI.

## *De hypothecis legalibus & quo ordine in concurſu aliarum hypothecarum collocentur.*

### §. I.

Hypothecarum legalium ratio.

Hypothecæ legales, quæ & tacitæ dicuntur, publicum favorem & ſummam æquitatem habent, qua ex cauſa lex ipſa creditoribus proſpicit, ut ſecuri in bonis debitoris reddantur. Præſertim publicus favor in iis intelligitur, qui proſpicere ſibi ipſi vel plane nequeunt, vel commode non poſſunt. Quales ſunt pupilli & minores ratione tutorum & curatorum, & fiſcus, civitates piaque corpora reſpectu adminiſtratorum. Uxoribus quoque a lege merito conſulitur, tam ratione dotis, quam paraphernorum. Nam & dotes mulierum ſalvas eſſe, publice intereſt, & præterea amor conjugalis non patitur, ut pleniſſimam uxor ſecuritatem adverſus maritum exigat.

### §. II.

An prærogativam habeant.

Etſi autem hypothecæ legales publicum favorem habent, & ex ratione utilitatis introductæ ſunt, tamen privilegio quodam & prærogativa præ aliis hypothecis munitæ non intelliguntur, ſed ſiquidem expreſſa hypotheca cum tacita concurrat, qui tempore prior, is potior jure eſt. *L. 3. C. qui pot. in pign.*

### §. III.

An publica hypotheca legali præferatur, rationes pro ſententia negantium.

Illud autem pereleganter quæritur, an hypotheca publica, vel quaſi publica legali præponatur. Et olim quidem antequam Leo Imperator prærogativam quandam hypothecarum publicarum ſtatuiſſet, & publicæ & legales & privatæ hypothecæ expreſſæ ex tempore æſtimabantur. Poſtquam autem Leo Imperator publicis hypothecis in *L.* 11. *C. qui pot. in pign.* prærogativam præ privatis ſcripturis dedit, utique dubitari poteſt, an jus hoc prærogativæ adverſus legales quoque hypothecas procedat. Nam plane ratio, cur Leo Imperator publicas hypothecas præ privatis ſcripturis favore dignas duceret, in eo collocatur, quod privatis inſtrumentis præſum-

ſumtio fraudis & clandeſtinitatis inſit. *Scripturas*, inquit, *quæ ſæpe aſſolent a quibusdam ſecrete fieri.* Vid. *Tuldenus* ad tit. C. qui pot. in pign. n. 9. *Perez* eod. n. 25. *Mevius* P. 7. D. 139. n. 7. *Brunnemannus* ad L. 11. C. qui pot. in pign. n. 4. Legalis autem hypotheca ex lege, non ex privato quodam inſtrumento venit, adeoque jus pignoris ſuſpicione falſitatis omnino caret. Sed etſi a ratione legis diſceſſeris, tamen illud conſtare videtur, Leonem Imperatorem hypothecis publicis præ legalibus prærogativam nullam dediſſe, adeoque legales eodem, quo antea, ordine conſtitiſſe, ut publica eam non præcedat, ſed utraque ex temporis prioritate æſtimetur. Quam in rem accedit, ſi lex alicui proſpiciat, pleniſſime & cum effectu proſpectum intelligi. Hypothecis autem junioribus publicis conſtitutis & præpoſitis omnis ſecuritas, quam leges ex cauſa publice utili dant, facile intervertitur. Præterea quod jam annotavi §. 1. in hypothecis legalibus cauſa publice utilis intelligitur, inciditque, ut creditores, quibus hæc hypotheca datur, ſibi ipſi proſpicere nequeant. Quamobrem eundem favorem legalis quam publica hypotheca mereri videtur, neque plerumque imputari creditori poteſt, quod de publica expreſſa hypotheca ſibi non conſuluerit. Eamque ſententiam aliis quoque argumentis defendit Dn. *Auguſt. Leyſerus* in Vol. 3. Medit. ad Pand. Spec. 226. n. 1. Et Belgæ, qui omnino ad validitatem pignoris præſentiam judicis, ſeu regiſtrationem requirunt, tamen legales hypothecas & regiſtratas ſecundum ordinem temporis inter ſe collocant. *Voet ad tit. ff. de pign. n. 11. Huber in Præl. ad tit. ff. qui pot. in pign. n. 36.* In Brabantia autem hypothecam judicialem poſteriorem ſpecialem legali priori anteferri, tanquam rem ſingularem plane annotavit, adeoque hac in parte juri Romano derogatum eſſe, ait *Simon van Leuwen* in *Cenſura forenſi P. I. L. IV. C. 9. n. 6.* Sed etſi publica hypotheca privatam ſuperet, adeoque dicendum videatur in concurſu conventionalis hypothecæ privatæ tempore primæ & legalis tempore ſequentis, denique alterius conventionalis poſterioris regiſtratæ ſeu publicæ, regulam obtinere; vinco vincentem te, ergo & te, tamen *Huberus c. l.* §. *29.* oſtendit, eam regulam locum non habere, niſi in æquabili ſucceſſorio, non ubi diverſi ordines, ut hic, confligantur. Statuitque Huberus eo caſu legalem hypothecam eundem locum occupare, quem extra concurſum hypothecæ

posterioris registratæ habuisset, neque per eam collisionem legali præjudicium fieri oportere, adeoque publicam hypothecam auferre pecuniam privatæ hypothecæ competentem, & si plus ipsi debeatur, hoc post legali hypothecæ cedere.

## §. IV.

Argumenta affirmantium.

Ex contrario autem non minus argute dici potest, revera Leonem Imperatorem publicis hypothecis per consequentiam quandam præ legalibus quoque prærogativam dedisse. Nam cum antea omnes hypothecæ, quæ privilegium non haberent, eodem ordine ex temporis ratione consisterent, Leo Imperator publicas, cum privatis scripturis præposuit, revera ex ordine sustulit pauloque altius levavit, legalis autem eo ordine constituta mansit, quo antea fuit. Deinde verum est, minus a majori superari. Atquin major videtur hypotheca publica, quia legalis conventionali privatæ æqualis, non major intelligitur, adeoque publica hypotheca non tantum privatam conventionalem, sed & legalem eidem æqualem ut major superat. Eamque in rem in concursu etiam hypothecæ legalis & conventionalis privatæ tempore priorum, publicæ autem tempore posterioris judicavit summum Tribunal Cellense d. 24. Dec. 1743. in causa des Machinen-Directoris Hansen, als Vormundes des weyland Canzley-Secretarii Langschmids Kinder erster Ehe, contra den Langschmidschen Curatorem bonorum & ad lites, Advocatum Biester und in Sententia prioritatis ihm vorgesetzte Creditores.

# OBSERVATIO CCXII.

## *De hypotheca reservata in re vendita.*

## §. I.

Hypothecæ reservatæ effectus.

Quod quidam tradunt, hypothecæ in re vendita reservatæ tantam vim non esse, ut posterioribus hypothecis publicis præferatur, verum utique non videtur. Quin potius dicendum est, hypothecæ reservatæ tantam auctoritatem esse, ut in re vendita omnes hypothecas, quæ deinceps initium ceperunt, etiamsi privilegio

legio inſtructæ ſint, antecedat. Quod jam dudum alii clariſſimi JCti arg. *L. 7. C. qui pot. in pign. Nov. 97. c. 3. L. 12. C. de diſtract. pign.* convicerunt. Vid. *Hertius de reſervatione dominii vel hypothecæ in re vendita S. 2. §. 11. Voet ad tit. ff. qui pot. in pign. §. 18.* Secundum quod ſummum Tribunal Cellenſe hypothecam hujusmodi reſervatam in concurſu creditorum primo loco ante mercedes famulorum collocavit in cauſa weyland Johann Witten nachgelaſſener dreyer Kinder beſtellten Vormündere, Titje Schlatermund, Peter Witten und Dierk von Drakeln, auch gedachten Peter Witten für ſich, ingleichen Henning Beyen Nahmens ſeiner Ehefrauen Marien Eliſabeth Witten und des Debitoris communis Claus Witten Mutter, Marien Witten, contra das Amt Wilhelmsburg, jetzo die übrige in der Erſtigkeits-Urthel N. 9. act. 1. Inſt. ſub n. 2. 3. 5. 6. 7. 8. 9. 12. 13. 14. 15. 16. 17. & 18. ihnen vorgeſetzte Gläubiger, Appellaten, in puncto prioritatis d. 27. Junii 1743. hunc in modum: Alldieweilen indeſſen mittelſt des zwiſchen Appellantibus und dem nunmehrigen Cridario den 16. Jan. 1736. errichteten n. 13. act. Trib. originaliter befindlichen Erbtheilungs-Receſſus denen darinn ausgelobten Geldern deſſen Inhalt und Zuſammenhange nach ein dingliches Recht in denen Erb-Stücken allerdings reſerviret, ſolchem aber nach Maßgabe beſagter gemeiner Rechte der Vorzug vor allen des Cridarii Gläubigern gebühret; ſolchemnach von Richtern voriger Inſtanzen durch præterirung derer ſub n. 2. 3. 5. 6. 7. 8. 9. 12. 13. 14. 15. 16. 17. & 18. claſſificirten Gläubiger übel geſprochen, wol davon appelliret; So iſt oberwehnte am 4. Apr. 1740. bey Unſerm Amte Wilhelmsburg eröfnete Prioritäts-Urthel nebſt dem Canzley-Beſcheide vom 20. Junii d. a. N. 7. act. 2. Inſt. dahin zu ändern, daß beſagte Appellati denen Appellantibus nicht vor ſondern nachzuſetzen ꝛc.

## §. II.

Neque vero ad jus hypothecæ conſtituendum hypothecæ nomine abſciſſe opus eſt, ſed conſtat, qualiacunque verba ſufficere, ex quibus animus hypothecam & ſecuritatem realem efficiendi intelligatur. *L. 4. ff. de pign. & hypoth. L. ult. C. quæ res pign.* Quamobrem in reſervanda quoque hypotheca quælibet verba ſufficiunt, quæ ſecuritatem realem & jus in re deſignant, veluti zu 4. pro Cent im Hauſe ſtehen bleiben, item; behält Poſſeſſor zu 4. pro Cent auf Intereſſe. Ut in eadem cauſa judicatum eſt. Quibus verbis conſtituatur.

# OBSERVATIO CCXIII.

## *Si creditor juri prælationis ſuo in favorem quorundam creditorum renuntiaverit, quomodo hi in concurſu aliorum creditorum maſſa bonorum deficiente ſuum recipiant.*

Creditor contra alios creditores ſecundo, tertio, quinto, ſexto, ſeptimo, octavo, nono, duodecimo loco & deinde inferius collocatos jus prælationis contendebat & a ſententia prioritatis appellaverat, iis autem, qui decimo & undecimo loco poſiti eſſent, ſeſe cedere declaraverat. Inſecuta ſententia reformatoria ſecundum appellantem, apparebat, prælato appellante corpus bonorum in eo creditore, qui nono loco collocatus eſſet, abſorberi, nec quidquam decimo & undecimo creditori ſupereſſe. Ordo autem inter cereros creditores mutari omnino non poterat, quia inter eos ſententia in rem judicatam tranſierat. Quærebatur, quomodo decimo & undecimo creditoris renuntiatio appellantis in horum favorem facta proficeret. Et viſum eſt, de eo quod appellans per hanc reformatoriam conſecuturus ſit, creditorem decimum & undecimum dimittendum eſſe, quia conſenſit, ut ante ſe dimitterentur, aliorum autem creditorum jura hoc ipſo minuere non potuit. Ut ſummum Tribunal Cellenſe d. 27. Junii 1743. pronuntiavit in cauſa weyl. Johann Witten Kinder Vormünder und Conſ. contra das Amt Wilhelmsburg, jetzo die übrige in der Erſtigkeits-Urthel ſub n. 2. 3. 5. 6. 7. 8. 9. 12. 13. 14. 15. 16. 17. & 18. ihnen vorgeſetzte Gläubiger, his verbis: jedoch weil dieſe (Appellanten) denen ſub n. 10. & 11. placirten creditis die Prioritæt in Actis eingeräumet, gleichwol die nri. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. jenen rechtskräftig vorgeſetzet ſind, das Corpus bonorum aber nach nunmehro erkannter vorzüglicher Befriedigung derer Appellanten bey n. 9. völlig abſorbiret wird, mithin für gedachte nros 10. & 11. nichts übrig bleibet, Appellantes dieſelbe von demjenigen, ſo ſie durch gegenwärtige reformatoriam überkommen, zu befriedigen gehalten.

OBSER-

# OBSERVATIO CCXIV.

## *Qui in concurſu creditorum ſit effectus privilegii ceſſi perſonalis cedente adhuc ſuperſtite.*

Jure ſtatutario Cellenſi in concurſu creditorum cives creditores hypothecarii aliis hypothecariis, chirographarii chirographariis ceteris præferuntur. Quod privilegium ex qualitate perſonæ venit, adeoque perſonale eſt habendum. Ex facto incidit, ut civis creditor ante motum concurſum nomen ſuum per ceſſionem in alium nec civem transtuliſſet & de evictione caviſſet, deinde etiam moto concurſu primus creditor civis adhuc in vivis eſſet. Agitabatur, an privilegium civis perſonale in ceſſionarium quoque tranſiiſſet, ut is cedentis loco collocaretur. Et perilluſtris Dn. *de Coccejis* in *Jure Controverſo L. 18. tit. 4. qu.* 21. pereleganter demonſtravit, perſonalia privilegia ceſſa tam diu ceſſionario prodeſſe, quoad cedens vivat. Cur enim ex mandato cedentis, ut procurator in rem ſuam ceſſionarius non agat, cum mandans ipſe admittendus ſit. Accedebat in propoſito, quod creditor cedens ratione juris prælationis cum jure civitatis connexi evictionem quoque promiſerat, adeoque ceſſionario repulſo cedens ipſe ex ſuo jure acturus erat. Et ita ſummum Tribunal Cellenſe decidit in cauſa Bönkemeyerſcher Creditorum, und zwar Anwalds der Lüneburgiſchen Landſchaft contra den Ober-Baumeiſter Borchmann, Cur. nomine Catharinen Eliſabeth Courgelon, verehelichter von Heins und den Falkenier-Meiſter Binnen, ſodann ermeldten Binnen contra die Lüneburgiſche Landſchaft, wie auch erwehnten Courgelonſchen Curatoris contra die Lüneburgiſche Landſchaft, in puncto prælationis.

# OBSERVATIO CCXV.

## *De curſu uſurarum poſt motum concurſum.*

Uſuras moto etiam concurſu currere, donec ſors ſolvatur, eleganter demonſtravit Dn. *Auguſt. Leyſerus* in *Spec. 488. med. 1.* Neque enim communis bonorum poſſeſſio inter creditores efficit, ut

ut persona debitoris mutetur & creditores sibi ipsi deinceps debere incipiant, sed potius bona debitoris tam diu pignoris nexu obligata manent, donec creditori sors cum omni accessione soluta sit. Secundum quod summum Tribunal quoque Cellense judicavit d. 26. Oct. 1739. cujus verba decreti hæc sunt: In Bülowischer Concurs-Sache werden die von dem D. Christian Henrich Grundgreifer aus Lübeck am 11. Mart. und 22. Jun. a. c. überreichte Vorstellungen ꝛc. dem Curatori bonorum & ad lites, Advocato Sezen copeylich zur Nachricht communiciret und nunmehro von Uns, Georg II. B.G.G. König ꝛc. zum Bescheide ertheilet; daß erwehntem D. Grundgreifer das Agio auf das Capital der 400. Rthlr. nach dem Zinnischen Fusse mit $8\frac{1}{3}$ pro Cent, also mit 33. Rthlr. 12. gr. und wegen der übrigen in Golde auch andern Münz-Sorten erhaltenen 324. Rthl. 3. thl. auf das 100, einfolglich 9. Rthl. 25. Mgr. $6\frac{27}{28}$ Pf. und die rückständigen Zinsen bis auf den 11. Apr. 1738. als den Tag der erstern *Assignation* mit 190. Rthl. 14. gr. in Summa mit 333. Rthl. 15. Gr. 7. Pf. zu vergüten, gestalt ꝛc. In curia autem civitatis Cellensis usu observatur, ut usuræ moto concursu post edictalem citationem sistantur.

# OBSERVATIO CCXVI.

## *De collocandis usuris in concursu creditorum in Comitatu Hoyensi.*

### *Ad Constitutionem Calenbergicam, d. 13. Febr. 1688.*

In Ducatu Luneburgico jus commune servatur, ut usuræ in concursu creditorum eodem loco, quo sors, collocentur. In terris autem Calenbergicis constitutione speciali d. 13. Febr. 1688. cautum est, ut usuræ omnes in concursibus creditorum deductis demum sortibus universis suo ordine solvantur & collocentur. Atque in Comitatu Hoyensi inferiori, qui tum temporis, cum Calenbergica constitutio emissa esset, cum Ducatu Luneburgico adhuc conjunctus fuit, non ambigitur, secundum jus commune, non secundum constitutionem Calenbergicam pronuntiari. Ut Cancellaria Hannoverana quoque judicavit in Concurs- und Prioritæt-Sachen des weyland Landdrosten von Hasbergen Gläubiger, & summum

mum Tribunal Cellense in causa des Fürstl. Holstein-Eutinschen Hofmeisters, Christian August von Eyben für sich und Nahmens dessen Ehefrauen, Elisabeth Sophien Marien von Hasbergen contra den Fürstl. Braunschweig-Lüneburgischen General-Major von Völkening und folgende Hasbergische Gläubiger d. 18. Mart. 1741. Illud vero aliquando gravius agitatum est, an in lex Præfecturis Comitatus Hoyensis superioris, quæ jam a. 1682. a Duce Georgio Wilhelmo Serenissimæ Domui Hannoveranæ cessæ fuerunt, Calenbergica constitutio memorata obtineret. Et summum Tribunal Cellense denique in restitutionis instantia pronuntiavit obtinere. Sententia ita habet: In Sachen Appellationis, modo restitutionis in integrum Anwalds der Closter-Casse, Klägern, Appellaten und Imploranten an einem, entgegen den Land-Raht Curd Albrecht von Hasberg, nunmehro dessen Sohn, und zu dieser Sache sich besonders legitimirten Erben, Georg Albrecht von Hasberg, Beklagten, Appellanten und Imploraten, am andern Theil, in puncto zu locirender Zinsen wird von Uns V. G. G. Georg II. König rc. nachdem aus denen von Imploranten in dieser Restitutions-Instanz beygebrachten novis so viel erhellet, daß die Constitutio vom 13. Febr. 1688. in denen a. 1682. cedirten und a. 1712. reunirten sechs Aemtern der Ober-Grafschaft Hoya allerdings üblich und dadurch die beschriebene gemeine Rechte geändert worden, nunmehro vor Recht erkannt: daß die von Unser Justiz-Canzley den 25. Sept. 1725. eröfnete, wie auch Unsere am 29. Nov. 1729. ausgelassene Urthel hinwiederum aufzuheben, und Implorate nicht anders als nach Maßgebung obgedachter Constitution de a. 1688. usuras zu fordern berechtiget. Die Unkosten aber werden aus bewegenden Ursachen compensiret und verglichen. Wie Wir dann dergestalt erkennen, reformiren und vergleichen. V. R. W. Publ. im Ober-Appellations-Gerichte Celle den 12. Martii 1733.

# OBSERVATIO CCXVII.

## *An concursus creditorum in foro domicilii motus bona extra jurisdictionem & territorium sita ad se trahat.*

In foro domicilii debitoris concursus creditorum recte excitatur, si creditores ibidem tot conveniant debitorem, ut non intelli-

gatur adeſſe, unde omnibus ſolvatur. Explorati enim juris eſt, in foro domicilii tam perſonales quam reales actiones moveri poſſe. Illud autem non ineleganter quæritur, utrum moto concurſu creditorum in foro domiciiii bona extra jurisdictionem & territorium ſita inſtitutum concurſum ſequantur, ut extraneus judex permittere debeat, hæc bona ad concurſum trahi, an potius alienus judex particularem de bonis in ſua jurisdictione ſitis concurſum poſſit excitare. Quod quidem non una viſione definiendum eſſe videtur. Finge enim, creditores hypothecarios, qui particularem concurſum movere poſſint, coram judice domicilii reum jam conveniſſe & nomen profeſſos eſſe; connexio cauſæ exigit, ut cœptum judicium coram judice domicilii & concurſus generalis finiatur. Finge, quosdam creditores forum domicilii ſequi, alios autem rei ſitæ, & in utroque foro jus commune cuſtodiri. Ratio concurſus generalis & cauſarum continentia adhuc exigit, ut coram judice domicilii univerſum judicium finiatur, quia nullum præterea forum generale exiſtit, in quo & hypothecarii & chirographarii ſimul reum debitorem convenire poſſint. Finge autem, alia jura in foro concurſus, alia in foro rei ſitæ oppignoratæ obſervari, veluti circa uſuras vel ordinem collocandorum creditorum, & hypothecarios creditores, quorum intereſt, forum rei ſitæ potius deligere, neglecto & recuſato foro generali domicilii, vix eſt, ut hoc caſu hypothecarii creditores inviti adigi poſſint, ut in foro generali concurſus nomina ſua profiteantur. Nam etſi continentiæ cauſarum magna vis ſit, tamen ejus ratio duntaxat in facilitate litium expediendarum conſiſtit. Quoties igitur continentia cauſæ actori vel reo damnoſa foret, & cauſam ejus deteriorem gravioremque efficeret, forum continentiæ cauſæ merito ceſſat. Neque enim invito jus adimi, ratio legum permittit. Sed etſi dicas, judicem concurſus generalis reſpectu illorum ſecundum jus rei ſitæ pronuntiare poſſe, tamen in ea re tot difficultates fere exiſtunt, ut judicare ita commode nequeat. Vid. Dn. *Auguſt. Leyſerus* in *Spec. 488. med. 10.* Ceterum niſi hæc difficultas deprehendatur, nulla ratio in contrarium intelligitur, cur bona extra territorium vel jurisdictionem ſita forum domicilii generale concurſus non ſequantur, quippe forum continentiæ cauſarum alias in jure fundatum eſt, adeoque magiſtratus quoque extra territorium obligati ſunt, ut fa-

cta requisitione permittant, res sub ipsorum jurisdictione sitas ad concursum trahi. Et secundum hanc regulam summum quoque Tribunal Cellense aliquando jurisdictionem suam fundatam existimavit, ut bona extra territorium sita ad forum concursus generale domicilii traheret deque ea re judicem extraneum in subsidium juris requireret, quanquam irrito eventu factum id est in causa Bülowischer Creditorum.

# OBSERVATIO CCXVIII.

*De exercitio juris retractus in subhastationibus. Ad constitutionem Calenbergicam de 1699. & Ordinationem summi Tribunalis P. 2. tit. 15. §. 21.*

*Constitutione Calenbergica* Electorali d. 3. Januarii 1699. cautum est, ut deinceps in subhastationibus bonorum omnes, qui jus protimiseos vel retractus sive ex causa agnationis sive crediti sibi assererent, in ipso termino subhastationis adessent & aliorum instar plus licitarentur; quod nisi facerent, neque ceteros emtores licitando superarent, audiendos eos ex jure retractus non esse, etsi idem, quod summus licitator, offerrent. Deinde *Ordinatione summi Tribunalis P. 2. tit. 15. §. 21.* paulo aliter hanc in rem provisum est, hunc in modum, ut retrahentes in termino quidem subhastationis comparere debeant, audiantur autem, si statim finita licitatione idem offerant, quod summus licitator obtulisset. Qua lege posteriori an constitutio Calenbergica de 1699. mutata sit, commodissime quæritur. Movet, quod ordinatio summi Tribunalis ad terras Calenbergicas quoque pertinet. Sed enim constitutionem specialem Calenbergicam abrogatam his verbis Ordinationis summi Tribunalis esse, de eo mens legislatoris non intelligitur. Dicendum igitur est, Ordinationis hujus verba ad Ducatum quidem Luneburgicum omnino pertinere, in terris autem Calenbergicis constitutionem specialem de 1699. certe in judiciis inferioribus & Cancellaria Curiaque provinciali observandam esse. Et ita usu summi Tribunalis custoditur. Nam & nuperrime summum Tri-

bunal ex ea cauſa appellationem rejecit in cauſa Bragads Kinder Vormünder contra Amelung.

# OBSERVATIO CCXIX.

## *De effectu redditi chirographi.*

Lucius Sejo quingentos cum deberet, quadringentos ſolvit, quo facto chirographum & pignus recepit, & Sejus nihil ſibi amplius eorum quingentorum nomine deberi, ſed totam ſummam ſolutam eſſe, cavit. Deinde ſexennio fere elapſo Sejus in alia cauſa exceptionem compenſationis oppoſuit, quod Lucius de quingentorum ſumma centum adhuc deberet. Lucius non negabat, ſe tum temporis quadringentos tantum ſolviſſe, id tamen ideo factum dicebat, quia ob majores fructus ex pignore perceptos ita inter eos conveniſſet. Qua de re jusjurandum S. J. deferebat. Sed ſummum Tribunal Cellenſe reciſo juramento ſuperfluo exceptionem compenſationis rejecit. Nam ex ſola chirographi redditione videtur inter me & debitorem conveniſſe, ne peterem, profuturaque ei eſt conventionis exceptio, *L. 2. §. 1. ff. de pact.* vel doli *L. 3. §. 1. & 2. ff. de liber. leg.* Deinde etiamſi veritatis probatio contra apocham poſt XXX. dies admittenda ſit, tamen cum creditor ſimul caviſſet, ſibi eorum quingentorum nomine nihil amplius deberi, pactum de non petendo, ſimile acceptilationi, intelligebatur, quod jure Romano ope exceptionis, moribus autem ipſo jure liberat. Et ita judicatum eſt in cauſa Herman Wulbrand von Alten, Implorantен contra den Cämmerer, Friedrich Edmund von Bennigſen, Imploraten, in puncto eines vor Völkſen belegenen ¼ Korn-Zehentens.

# OBSERVATIO CCXX.

## *De præſumtione pro jure colonario.*

Pro jure colonario utique in dubio præſumendum eſt. *Mev. P. 9. Dec. 74.* Nam & publice intereſt, ut colonaria prædia conſerventur, & melior conditio poſſeſſoris in ea exiſtit. Neque enim conveniens eſt, poſſeſſorem poſſeſſionis ſuæ titulum edere, præſertim

ſertim cum colonorum jura hodie perpetua ſoleant eſſe, ſed petitorem potius oſtendere oportet, ſe plenum dominum eſſe & facultatem de re pro lubitu diſponendi habere. Secundum quod a ſummo Tribunali Cellenſi judicatum eſt d. 3. Mart. 1730. in cauſa des Stifts Coſmæ & Damiani zu Wunſtorf, Adelheit Sibyllen von der Kuhla, Appellantin und Klägerin contra die geſammte Bürgerſchaft und einige Bürger daſelbſt, Appellaten und Beklagte, in puncto einiger Stifts-Länderey, verbis: daß diejenige Wunſtorfſche Bürger, ſo Stifts-Ländereyen unterm Pfluge haben, bey der Poſſeſſion ſothaner Ländereyen ſo lange zu ſchützen, bis Klägerin und Appellantin ihr habendes Recht ſothaner Länderey wider ermeldte Beklagte ſamt oder ſonders gehörigen Orts ausgeführet ꝛc.

# OBSERVATIO CCXXI.

## *De quantitate laudemii in bonis villicalibus.*

### §. I.

Quantitas laudemii in bonis villicalibus niſi lege vel conſuetudine regionis definita ſit, a conventione domini cum colono fere dependet. Vid. Dn. *Struben* in *jure villicorum* C. 8. §. 17. Secundum quòd Cancellaria Regia Stadenſis pronuntiavit d. 18. Sept. 1720. in cauſa weyland Johann Eberhard von der Lieth Erben contra den Hauptmann Bruno Vent und deſſen angegebene Litis Conſorten in puncto quanti des Weinkaufs, ut reus colonus cum domino eodemque actore de quantitate laudemii paciſceretur, niſi quidem probaret, ſe ad certam quantitatem duntaxat teneri. In qua cauſa cum partes inter ſe nollent convenire, ſummum Tribunal denique quantitatem arbitrio judicis definivit. Quomodo definienda.

### §. II.

In eadem cauſa reus colonus contenderat, conſuetudine Ducatus Bremenſis ita obſervari, ut laudemii quantitas canone unius anni abſolveretur. Quod cum dominus negaret, ſummum Tribunal judicavit, reum probare oportere, uſu Ducatus Bremenſis ita cuſtodiri, d. 21. Julii 1724. his verbis: Dannenhero derſelbe . . . . ſchuldig iſt, wegen des Weinkaufs von dem halben Forſte . . mit Appellan- De Ducatu Bremenſi.

pellanten als seinen Gutsherren Handlung zu pflegen, und sich ratione quanti mit selbigen zu vereinigen, oder da sie wider Verhoffen ferner darüber mit einander nicht solten überein kommen können, die vorgegebene Landes-Gewohnheit, daß gemeiniglich so viel, als ein jährlicher *Canon* beträge, von einem Meyer-Gute an Weinkauf pflegete bezahlet zu werden, darzuthun ꝛc. Reus hanc in rem deinde Structuarii & Præfecti Verdensis testimonium hujusmodi produxit: Der Weinkauf wird bey dem Amte Verden, wenn Höfe zu verweinkaufen, mit den neuen Colonis und Wirthen auf ein gewisses dergestalt behandelt, wenn der Hof nicht allzusehr in Schulden, oder durch Unglücks-Fälle in merklichen Abgang verfallen, gehet man gemeiniglich nach dem jährlichen Præstando; jedoch wird dieses dabey in Consideration gezogen, wenn der neue Colonus ein Sohn oder naher Anverwandter oder in den Hof mit der Wittwe und Tochter sich verheyrahtet, der Weinkauf nicht eben so hoch gesetzet, als wenn er einem extraneo ohne einige obbemeldeter Absichten conferiret wird. Werden andere Stücke verweinkaufet, so wird nebst dem alten Weinkauf auf die Verbesserung oder Verringerung gesehen und darnach der Weinkauf aufs neue entweder verhöhet oder gemindert. Verden den 2. Sept. 1724. Dominus vero & actor huic testimonio ut parum sufficienti contradicebat & præterea contendebat, a bonis colonariis tributariis ad immunia equestria minus recte concludi. Quo facto summum Tribunal d. 6. Febr. 1726. judicavit, reum consuetudinem jactitatam non probasse, verbis: und weilen er den in Unserer Urthel vom 21. May 1724. nachgelassenen Beweis der angegebenen Landes-Gewohnheit nicht gehörig dargethan ꝛc.

# OBSERVATIO CCXXII.

## *Pignoris possessor an colonum destituere possit.*

Destituendi coloni potestas procul dubio penes dominum est, & ratio ejus in dominio & contractu colonario collocatur. Ad creditorem igitur, pignoris possessorem, nisi dominus nominatim permiserit, pertinere vix potest. Neque enim creditoris in pignore aliud jus est, quam ut rem custodiat & fructus percipiat, bonique viri officium impleat. Itaque causam destitutionis domino denun-

nuntiare poteſt & debet, ipſi autem, niſi dominus ipſi permiſerit, deſtituere non poteſt, quia neque dominus eſt, neque cum colono contraxit. Secundum quod ſummum Tribunal Cellenſe judicavit d. 26. Maji 1731. in cauſa Cord Behren aus Müllingen, Amts Coldingen contra den Regiſtratorem des Hannöverſchen Marienroder Stipendien-Regiſters, Georg Wilhelm Gottſchall, in puncto reluitionis & liquidationis, in hæc verba: Da Appellant Curd Behr weder daß er von der erſten Verpfänderin Metke Engelke, Hans Segers Wittwe, noch der letztern Geſche Segers, Wedemanns Wittwe abſtamme, oder einiges Recht von denſelben an den Hof erlanget habe, dargethan, auch nicht der Meyerdings-Mann, noch die getreue Hand iſt, ſondern nur den Hof cultiviret, mithin ſich zur Einlöſung der verſetzten Güter keinesweges legitimiret, hergegen auch der Einnehmer des Marienroder Stipendien-Regiſters nichts mehr als ein Pfand-Recht erhalten, ſo hat ſo wenig die gebetene Einlöſung und Liquidation, als die Abmeyerung Statt ꝛc.

# OBSERVATIO CCXXIII.

## *Colonus an diſponere de bonis colonariis ullo modo poſſit.*

In Ducatu Luneburgico colonum de bonis colonariis ne inter liberos quidem diſponere poſſe, etſi dominus conſentiat, res expedita eſt, & conſtitutione de a. 1702. manifeſtatur. Vid. Dn. *Struben Jus villicorum Cap. 3. §. 30.* In terris autem Calenbergicis diſpoſitio coloni, conſentiente domino, præſertim inter liberos, admittenda eſt, ceterum domino non conſentiente usquequaque irrita eſt. Domini enim intereſt, quem colonum habeat, adeoque jam olim Conſtitutione d. 25. Maji 1649. cautum eſt, ne quis villicus bona villicalia ſine domini conſenſu alienet, vel liberis ſuis, filiis ſeu filiabus, multo minus aliis propinquis in dotem vel donationem propter nuptias det, vel alio quocunque modo oneret, ſeinen Söhnen, Töchtern, oder Anverwandten zur Ausſteuer, Gegen-Vermächtniß oder ſonſt mit zugeben, noch in andre wege zu beſchweren. Eodem pertinet conſtitutio d. 14. Apr. 1719. qua cavetur, ne co-

loni

loni novi inſtituantur, vel pacta dotalia confirmentur ſine dominorum conſenſu. Ceterum domino conſentiente ratio idonea non apparet, cur diſpoſitio non valeat. Secundum quod ſummum Tribunal Cellenſe pronuntiavit d. 23. Apr. 1725. in cauſa Annen Margarethen Engelken, jetzo Barthold Gieſeken Ehefrau, contra ihre Tochter erſter Ehe, Ilſen Annen Wieſen, in puncto ſucceſſionis in einem Meyerhofe, his verbis: Zumalen da von keinem Gutsherrlichen Conſens dazu ex Actis conſtiret, ein Meyer im Fürſtenthum Calenberg aber ohne expreſſe Gutsherrliche Einwilligung von ſeinem Meyer-Gute ſo wenig unter deſſen Kindern als Fremden diſponiren kan. Probato deinde domini conſenſu ſummum Tribunal d. 28. Jul. 1725. in eadem cauſa ita judicavit: Weilen es in Sententia de 23. Apr. a. c. keine andre Meynung gehabt, als daß die a. 1699. errichtete Eheſtiftung wegen ermangelnden Gutsherrlichen Conſenſus vor ungültig erkannt, dieſer aber nunmehro erlangt und beygebracht worden, ſo bleibet der Appellatin, Annen Ilſen Wieſen ihr an dem ſtreitigen Hofe durch gedachten Gutsherrlichen Conſens nunmehro erlangtes Recht nach Appellantin, als ihrer Mutter, Tode allerdings frey und bevor; wie dann die Mutter nicht befuget, zum Præjudiz dieſer Tochter erſter Ehe ſolchen Hof an den Sohn anderer Ehe zu vermachen, oder ſonſt auf andre Weiſe wider der Gutsherren Willen zu übertragen. Maſſen dann beſagte Urthel auf die Weiſe hiemit declariret wird. Quo facto cum mater reſtitutionem in integrum interpoſuiſſet, d. 22. Sept. 1725. ſequens decretum tulit: Weilen einem Meyer im Calenbergiſchen nicht frey ſtehet, ohne Einwilligung ſeines Gutsherrn über das Meyer-Gut ſo wenig zum Beſten ſeiner Kinder, als eines Fremden, auf einigerley Weiſe zu diſponiren; die Gutsherren aber wegen künftiger Bemeyerung ſich vor Ilſen Annen Wieſen, als der Appellantin Tochter poſt ſententiam d. 23. Apr. a. c. ſattſam erkläret haben, ſo kan jetztgedachter Appellantin Suchen keinesweges deferiret werden, ſondern man läſſet es alles unerheblichen Einwendens ohngehindert bey vorigem Decreto declaratorio lediglich bewenden.

OBSER-

# OBSERVATIO CCXXIV.

## *Operæ pecunia annuatim redemtæ an præſcriptionem recipiant.*

## Vom Dienſt = Gelde.

Coloni quidam a tempore hominum memoriam excedente certum uniforme pretium operarum, vel mercedem, Dienſtgeld, domino annuatim ſolverant, præterea duodecim dierum operas quotannis præſtiterant, qui vocantur Ueber-Tage, quia præter illam pecuniæ quantitatem exhibentur. Quæro, an coloni præſcriptione immemoriali libertatem a ceteris operis pecunia redemtis acquiſiviſſent. Quod in propoſito vix procedit. Eſt enim præſertim in Ducatu Luneburgenſi & Comitatu Hoyenſi receptum, dominisque & colonis utile, ut coloni pro operis certam pecuniæ quantitatem domino permittenti ſolvant, & præterea aliquot dierum operas in natura præſtent, qui Ueber-Tage vocantur. Quod pretium vel merces operarum ubivis fere locorum ſecundum operarum qualitatem ex conſuetudine determinatum jam eſt. Ex quo intelligitur, colonos pecuniam pro operis præſtantes ex conventione quadam cum domino & conductione ſæpius repetita præſtitiſſe, etſi de origine conventionis non conſtet. Sed etſi alias dubitari poſſet, an utique coloni omnes olim operas quoque exhibuiſſent, tamen in propoſito res dubitationem nullam recipit, cum coloni præter pecuniam duodecim dierum operas adhuc præſtarent, & nomen Ueber-Tage oſtendat, pecuniam pro ceteris diebus dari, horum autem duodecim dierum operas dominum in conventione antiqua ſibi reſervaſſe. Manifeſtum igitur eſt, colonos in propoſito omnino operas in natura olim exhibuiſſe. Quamobrem quod deinde dominus commoditatis gratia pro operis pecuniam accepit, locatio & conductio fuit. Conductor autem nihil præſcribit, quia non eo animo poſſidet, ut præſcribat. Igitur coloni quoque operas præſcribere non potuerunt, quia non eo animo pecuniam exſolverunt, ut operas præſcribant, niſi quidem domino exigenti operas contradixiſſent, & deinde dominus per XXX. annos nihilominus pecuniam accepiſſet. Vid. *Balthaſar de operis ſubd.* C. 10. ibique alleg. Ddr. *Ockel de præſc. immem.* C. 2. §. 18. in f. *Berger Oeconom. Jur. L. 1.*

*tit. 2. §. 8.* & *L. 2. Resp. 296.* & in *Supplem. ad Elect. Discept. for. P. 1. p. 86.* & *P. 2. p. 187.* ubi hanc in rem præjudicia extant. Quod ex natura quoque rerum meri arbitrii & meræ facultatis intelligitur. Omnino enim in facultate & arbitrio domini positum est, siquidem operæ ipsi debentur, pretium an operas habere malit, quamdiu dominus ad recipiendam pecuniam obligatus non fuit. Cum igitur in proposita specie nihilominus coloni ad probandam præscriptionem immemorialem per rem judicatam admissi essent, deinde autem post probationem peractam ad summum Tribunal appellaretur, judicatum quidem retractari non potuit. Ne autem præjudicium inde metueretur, summum Tribunal hunc in modum pronuntiavit: Ob zwar regulariter ein jeder Meyer und Guts-Mann, so Dienst-Geld giebet, auf Erfordern des Gutsherrn den Dienst hinwiederum in natura zu leisten gehalten, nachdem jedoch in gegenwärtigem Fall Bekl. und Appellant die am 13. Apr. 1718. bey hiesiger Justiz-Canzley eröfnete Urthel in verbindliche Kraft Rechtens ergehen lassen, Kl. und Appellaten auch darauf dasjenige, was ihnen in sothaner Rechtskräftigen Urthel zu erweisen vorbehalten, und sie sich angemasset, durch die von ihnen angegebene eydlich abgehörte Zeugen nohtdürftig erwiesen, da hingegen, was an Seiten des Bekl. und Appellanten dawider in der Appellations-Instanz reprobando angebracht, von gar keiner Erheblichkeit ist, so sind ermeldte Klägere und Appellaten zwar mit denen von ihnen wöchentlich geforderten 2. Span-Diensten in natura alles Einwendens ohngeachtet, nunmehro zu verschonen, und in so weit es bey der Urthel a qua zu lassen, mithin selbige zu purificiren; Als aber der Appellaten selbst eigene Zeugen in denen Rotulis zugleich eydlich deponiren, daß Appellaten ausser denen 12. Ueber-Tagen noch den Zehenten von Grauen und Tostede an das Weyhische Gut zu Bötersheim gefahren und fahren müssen, so ist Appellant mit dem jährlich hergebrachten Dienst-Gelde der 7. Rthlr. und denen 12. Ueber-Tagen an Spann-Diensten allein friedlich zu seyn, und sich zu begnügen nicht schuldig, sondern ausser denenselben die Zehent-Fuhren von Grauen und Tostede gleichfals zu fordern wol befugt ꝛc. In causa des Land-Rahts und Drosten Christian Ludwig von Weyhen, Appellanten und Beklagten, contra Gerd und Dietrich Meyer zu Ehmen Amts Moisburg, Appellaten und Klägere, d. 15. Oct. 1729.

OBSER-

# OBSERVATIO CCXXV.

## *De assignatione agrorum incultorum.*

## Von Ausweisung einiger Ländereyen aus gemeiner Heyde.

Terræ incultæ & communia ericeta, quæ in terris Brunſuicenſibus & Luneburgenſibus frequentia deprehenduntur, paſcendis quidem ruſticorum vicinorum pecoribus inſerviunt, in dominio autem Principis fere ſolent eſſe. Ex quo intelligitur, ſi portio hujusmodi terræ incultæ cuidam excolenda forte detur, eam conceſſionem & aſſignationem cameræ regiæ & electoralis eſſe, niſi quidem dominium fundi ad privatum pertineat. Vid. die erneuerte Calenb. Amts-Ordnung §. 14. Vol. Policey-Ordn. p. 1032. Receſſus prov. Hoyenſis de 1697. §. 22. Reſcriptum Cameræ Cellenſis d. 29. Mart. 1697. Vol. Policey-Ordn. p. 997. Nihilo tamen ſecius ii, quorum intereſt, veluti qui jus paſcendi in iis locis habent, audiendi ſunt, neque fieri aſſignatio poteſt, ſi appareat, paſcua alendis pecoribus non ſuffectura eſſe. Rec. Gandersh. §. 15. 21 Rec. Hoyenſis §. 22. Ceterum ſi appareat, paſcua nihilominus ſufficere, ruſticorum querelæ merito repelluntur. Neque enim qui jus ſervitutis in fundo alieno habet, domino re ſua utenti & de ea disponenti contradicere poteſt, ſi appareat, uſum ſervitutis nihil impediri, neque cauſam ejus deteriorem fieri. *L. 21. ff. de ſerv. præd. urb. L. 13. §. 1. ff. de ſerv. præd. ruſt.* Quo pertinet, quod Celſus in *L. 9. pr. ff. de ſervit.* ſcribit, ſi cui ſimplicius via per fundum cujuspiam cedatur, in infinito, videlicet per quamlibet ejus partem ire, agere licere, *civiliter* modo. Quod & rationi & æquitati conveniens eſt. Secundum quod ſummum Tribunal Cellenſe judicavit in cauſa Anwalds des Amts Meinerſen contra die Eingeſeſſenen zu Utze und Conſorten, his verbis: Wenn gleich das Befugniß, Plätze aus gemeinen Heyden anzuweiſen, und deshalber Vergünſtigungen zu ertheilen, Unſerer Rent-Cammer zuſtändig iſt und bevorbleibet, alldieweilen jedoch in den Landes-Verordnungen ausdrücklich verſehen, daß ſelbige auf die begründete Contradictiones derer Intereſſenten an ſothanen gemeinen Heyden Acht haben ſollen ꝛc. & deinde: dahingegen wird

die von Unserm Amts-Anwalde erbetene Commissio zu Untersuchung der qu. Hut und Weyde, und ob Klägere, wenn auch gleich die 8½ Morgen angewiesener Länderey abgehen sollten, noch Weyde genug für ihr Vieh übrig behalten? auf den Amts-Vogt von Alten zu Burgwedel damit erkannt. Ceterum contentione desuper exorta, causa coram ordinario judice decidenda est, neque mera cameralis causa haberi potest, ut summum Tribunal in eadem causa judicavit.

# OBSERVATIO CCXXVI.

## *De re molendinaria.*

### §. I.

*De molendinis novis instituendis.*

Recessu provinciali Gandersheimensi art. 13. cautum est, ut ne quis molendina sive aquatica sive pneumatica nova instituat, nisi veniam ejus rei a Serenissimo Principe nominatim consecutus esset, veluti si quis in suo fundo in utilitatem publicam sine detrimento molendinorum vicinorum instituere vellet, neque molendinorum vicinorum possessores desuper auditi sufficientem prohibendi rationem afferrent, quo casu causa cognita veniam a Principe dari possit. Verba hæc sunt: niemands aber ohne des gnädigen Landes-Fürsten ausdrückliche Bewilligung von neuen Wasser- oder Wind-Mühlen zu bauen zugelassen, gleichwol dasselbige, wenn es auf eines unstreitigen eigenthümlichen Grunde und Boden zu Beförderung des gemeinen Besten ohne Schaden, Nachtheil oder Abgang der benachbarten Mühlen geschiehet, und die deswegen interessirende, so vorher vom gnädigen Landes-Fürsten darauf zu hören, nichts beständiges dawider einzuwenden haben, und also cum causæ cognitione vergünstiget werden. Omnino igitur ex hac lege publica molendinorum possessores ipsi contra institutionem novorum jus prohibendi habent, etiamsi de lucro cessante tantum agatur, ut Consilium sanctius Regium & Electorale ad Curiam provincialem Calenbergicam rescripsit d. 2. Jun. 1735. in puncto einer von dem Brinksitzer Nortmeyer zu bauenden neuen Windmühle, his verbis: zumahln der Gandersheimische Land-Tags-Abschied nur alsdann verstattet, neue Mühlen mit des Landes-Herrn Bewilligung anzulegen, wenn es ohne Schaden, Nachtheil oder

Abgang

Abgang der benacharten Mühlen geschiehet, als durch welches pactum publicum alle Mühlen-Herren auch ratione lucri cessantis des juris prohibendi theilhaftig werden.

## §. II.

De bannariis molendinis & an possessores quoque molendinorum, ne bannaria nova instituantur, jus prohibendi habeant.

Bannaria quidem molendina neque in Ducatu Luneburgico, secundum Recessum provincialem de 1686. §. 8. neque in Ducatu Calenbergico noviter institui possunt, ob verba Recessus Gandersheimensis art. 13. quibus cavetur, ut subditi in ipso Principatu molendino, quocunque malint, pro arbitrio uti possint, nisi forte quidam antea alio ire prohibiti per XXX. annos deinde prohibitioni paruissent & uno molendino semper usi essent. Verba hæc sunt: soll allen und jeden Unterthanen, welche nicht auf beschehenes Verbot anderswo zu mahlen 30. Jahr nach einander auf einer Mühlen stets sich des Mahlens gebraucht haben, an welchem Orte sie wollen, jedoch innerhalb Fürstenthums (deswegen dennoch die Nohtfälle ausbescheiden bleiben, dazu einmal in dieser, das andre mahl in einer andern Mühlen mahlen zu lassen frey = = = zugelassen ꝛc. Quod merito ita accipiendum est, ut molendinorum quoque possessores jus prohibendi habeant, ne bannaria molendina noviter instituantur, neve subditis usu libero molendinorum interdicatur. Secundum quod summum Tribunal Cellense judicavit d. 31. Oct. 1737. in causa des Mühlmeisters zum Steuerwalde, Wahlbrechts contra das Amt Calenberg, sic: daß es bey der wegen des Mühlen-Zwanges von den Beamten zum Calenberg gemachten Verfügung nicht zu lassen, sondern dieselbe als widerrechtlich und gegen den klaren Inhalt des Gandersheimischen Land-Tags-Abschiedes von 1601. Art. Zum dreyzehnten ꝛc. streitend wieder aufzuheben, derer benachbarten Dörfer Eingesessene, insonderheit der Wülfinger Korn auf der Rosen-Mühle zum Mahlen oder Schroten anzunehmen, und ermeldtes Unser Amt Calenberg aller Beeinträchtigung in dieser Gerechtigkeit sich zu enthalten schuldig sey.

# OBSERVATIO CCXXVII.

## *De exercitio juris piſcandi in rivo communi.*

### §. I.

Modus eſt ſervandus.

Cum plures jus piſcandi in eodem fluvio vel rivo habent, ita quemque jure uti ſuo convenit, ut virum bonum decet. Modus igitur in ea re ſervandus eſt, ut ne unus eorum ceteris gravis exiſtat, vel piſcatione abutatur. Nam ſimilis eorum cauſa eſt, quæ in uſufructu communi intelligitur, de quo Ulpianus in *L. 7. §. 10. ff. comm. divid.* ita ſcribit: *Cum de uſufructu communi dividundo judicium agitur, judex officium ſuum ita diriget, ut vel regionibus eis uti frui permittat, vel locet uſumfructum uni ex illis vel tertiæ perſonæ, ut hi penſiones ſine ulla controverſia percipiant; vel ſi res mobiles ſint, etiam ſic poterit, ut inter eos conveniat, caveantque per tempora ſe uſuros & fruituros: hoc eſt, ut apud ſingulos mutua vice certo tempore ſit uſusfructus.* Quamobrem niſi forte de modo piſcandi ipſi convenerint, judex ex æquo & bono moderabitur. Et ita ſummum Tribunal Cellenſe in ſubjecta ſententia pronuntiavit.

### §. II.

An jus tale vendi vel locari poſſit.

Quæro, an jus piſcandi in communi rivo, quod poſſeſſores prædiorum aliquando habent, vendi vel locari poſſit. Et conſtat, uſumfructum vendi & locari poſſe, *L. 67. ff. de uſufr.* etſi uſus non poſſit. *L. 8. pr. ff. de uſu L. 10. §. 1. ff. comm. divid.* Neque intelligitur, cur idem in re vel uſufr. communi ratione ſociorum non liceat, ſi emtor vel conductor ad eundem æquitatis modum fruatur. De quo aliquando hujusmodi ſpecies incidit, ut ceteri ſocii negarent, jus eſſe, facultatem piſcandi ſeparatim cuiquam locare. Sed ſummum Tribunal Cellenſe judicavit, omnimodo locare licere, modo conductor æque viri boni modum ſervaret, ut ceterorum conditio deterior non exiſtat.

### §. III.

Sententia ſummi Tribunalis.

Subjeci hanc in rem ſummi Tribunalis ſententiam in cauſa der verwittweten Forſtmeiſterin von Voſs, Klägerin und Appellantin contra die Beamte zu Diepholz, Beklagte und Appellaten, in puncto der Fiſcherey

scherey auf der Lahne d. 16. Mart. 1729. quæ ita habet: daß die Klägerin und Appellantin ihre Fisch-Gerechtigkeit an wen sie wolle, zu verpachten oder zu überlassen, wol befugt, deren Pächter oder Cessionarius aber sich derselben in alle Masse und Weise, wie sie die Klägerin und Appellantin selbst denen Rechten nach dazu verbunden, mit gebührender Moderation und ohne alle vorzunehmende Neuerung zu bedienen, und so mäßig zu exerciren schuldig, daß dadurch das gemeinsame Fisch-Wasser nicht ruiniret werden, noch die übrige Mit-Interessenten Schaden und Nachtheil erleiden mögen, und weilen der Amts-Anwald durch seine übergebene Probatorial-Articul darzuthun intendiret, daß wegen des Exercitii der Fischerey mit allerseits Interessenten Consens vor verschiedenen Jahren ein gewisser modus beliebet seyn solle, so werden die übergebenen Articuli probatoriales cum denominatione testium der Klägerin und Appellantin communiciret, und darauf in nächster Ordinaria mit Vorbehalt ihres Gegen-Beweises und wider die Personen derer Zeugen etwa habenden Exceptionum zuläßige Interrogatoria einzubringen, da dann in puncto modi piscationis, auch allenfalls ex officio einer solchen benöhtigten Verordnung wegen ergehet, was Recht ist.

# OBSERVATIO CCXXVIII.

## *De Venatione inferiori.*

### §. I.

Venationis distinctio in superiorem & inferiorem (mediam enim in terris Brunsuicensibus & Luneburgensibus, item Bremensibus & ceteris annexis ignoramus) pervulgata est. Alta vel superior cervos & apros comprehendit, inferior reliqua ferarum genera. Et de alta vel superiore venatione hoc loco nihil dicam. Inferioris autem olim hujusmodi ratio videtur fuisse, ut si quis nobilis, vel ipse, vel ratione villicorum & colonorum suorum, in quadam sylva & districtu lignario, Markung, consors esset, in eodem districtu etiam jus venationis inferioris haberet. Nam domini quidem lignarii prærogativa forte fuit, ut is altam quoque exerceret. Certe ex hoc consortio lignario mihi illud videtur venisse, quod

Venationis inferioris ratio.

quod in Ducatu Luneburgenſi adhuc dum nobiles in iis locis, ubi villicos vel decimas habent, jus venandi exercent.

## §. II.

Regale non eſt.

Intelligitur, jus venationis inferioris regalibus minus recte adnumerari. An ſuperior, de eo dicere hoc loco nihil intereſt, cum de inferiore tantum agere propoſui. Certe jure Romano in ſuo fundo cuique venari licuit. Quæ facultas etſi moribus ad villicos & colonos non pertineat, tamen eorum domini, qui & caſæ vel villicationis domini ſunt, in prædiis iſtorum recte venationem ſibi vindicant. In diſtrictu autem lignario communi, cujus conſors vel dominus vel colonus eſt, illud merito conceditur, ut nobiles vel per ſe vel ut colonorum domini cum aliis conſortibus venari poſſint, quatenus nulla in venando prærogativa intelligitur. Quæ certe in venatione inferiori non intelligitur. Nulla itaque idonea ratio eſt, cur inferior venatio in regalibus referatur.

## §. III.

Quatenus Advocatus fiſci jus prohibendi habeat.

Niſi autem ſufficiens ratio intelligatur, cur prædiorum poſſeſſores in loco quodam eorum nec proprio nec communi jus venandi exerceant, Advocati fiſci intentio ex conſuetudine fundata eſt, ut poſſit venatione prohibere, quoad de jure ſit edoctum, niſi forte in eodem loco alius privatus jus venandi ſolus haberet, quo caſu Advocati fiſci intereſſe nihil poteſt. In probando autem jure præſcriptio quadragenaria, ut in aliis rebus contra fiſcum admittenda merito eſt. *L. 4. C. de præſcr. 30. vel 40. ann.* Quam in rem de Ducatu Bremenſi ſummum Tribunal Cellenſe d. 28 Sept. 1719. in cauſa des Lieutenants Henning Johann Luttermann contra den Advocatum Fiſci D. Otto Roſenbruch in puncto der Nieder-Jagt pronuntiavit in hæc verba: daß der Spruch von dem 30. Aug. 1718. dahin zu declariren; wenn der appellirende Luttermann innerhalb 6. Wochen, welche ihm dazu ſub præjudicio geſetzet werden, rechtlicher Gebühr erweiſen würde, daß ſein Gut zu Bothel entweder ein ohnſtreitiges adeliches freyes Gut, und in dem Herzogthum Bremen beſtändig hergebracht ſey, daß alle Beſitzere dergleichen adelichen Güter auf denen nahe um ihr Gut belegenen Feldmarken gleich ihren eigenen Gründen die Nieder-Jagt frey und ohngehindert exerciren dürfen, oder ſeinem in Actis ge-

geſchehenen Erbieten nach, daß er und ſeine Vorfahren ſolche Jagt-Gerechtigkeit in der Boſteler Feldmark öfters und allſtets geruhig 30. bis 40. Jahr exerciret, der Advocatus Fiſci auch in dieſem Punct, wenn er will, mit ſeinem Gegen-Beweiſe der Gebühr vernommen, daß ſo dann in der Sache ferner ergehen ſolle, was Rechtens ꝛc.

# OBSERVATIO CCXXIX.

## *De parochianorum etiam nobilium ad reparandas eccleſias obligatione.*

Ad reparandam eccleſiam parochianos in ſubſidium teneri, non ambigitur. *Brunnem. Jus Eccleſ. L. 2. C. 2. §. 8. & 9.* ibique *Stryk* in not. *Carpzov. Jurispr. Conſiſt. Lib. 2. def. 339. Schilter Inſt. Jur. Can. L. 2. C. 7. §. 4. Bœhmer* in *Jure paroch. S. 7. C. 3. §. 3. 4. Mev. P. 3.* D. 183. n. 3. *Petr. Peckius de reparandis eccleſiis C. 9. n. 8. & ſq.* Neque ab eo onere nobiles parochiani eximendi ſunt, ſive feudalia bona ſive allodialia teneant, quia obligatio hæc non in qualitate bonorum, ſed in reſpectu parochiani fundata eſt. Vid. *Bœhmer c. l. §. 7. Brunnemann. c. l.* Ex facto incidit, ut in diſtrictu quodam, qui pars Ducatus Bremenſis fuerit, a Rege autem Sueciæ jam ante occupatum Ducatum Bremenſem potentiſſimi Regi noſtro pignoris nexu obligatus erat, eccleſia parochialis reficienda eſſet, neque reditus eccleſiæ ſufficerent. Quærebatur, an conductor molæ cujusdam immunis & nobilis, quem dominus ipſe & locator defendebat, ut ceteri parochiani, ad vecturas præſtandas teneretur. Allegabatur hanc in rem conſuetudo totius Ducatus Bremenſis, ſecundum quam nobiles & liberi homines ab hujusmodi onere immunes eſſent. Cum igitur ex jure communi privilegium immunitatis nullum intelligeretur, ſummum Tribunal Cellenſe probationem conſuetudinis poſtulavit, in cauſa des von Schaden Vormünder contra die Stadt Wildeshauſen d. 24. Dec. 1712. in hæc verba: Würden Appellantiſche Vormünder zuförderſt ihr Aſſertum, daß in dem Herzogthum Bremen dem Herkommen und Gewohnheit nach die Adeliche und Freye niemals zu dergleichen Kirchen-Gebäuden und darzu erforderten Fuhren concurriren, gebührend erweiſen, wozu ihnen dann proxima ordinaria, welche einfällt den 27. Martii künftigen Jahres, pro

termino anberahmet wird, alsdann in dieser Sache ferner ergehen soll, was recht ist.

# OBSERVATIO CCXXX.

## *De probanda consuetudine.*

In eadem causa deinde de modo probandæ consuetudinis agitabatur. Præter testimonia quædam privatorum injurata articuli probatorii erant oblati duoque testes propositi. Sed etsi pro re nata duo testes ad probandam consuetudinem utique admittendi sint, ut si forte consuetudo vici cujusdam vel oppidi probanda sit, quo casu quisque omnium actuum notitiam habere potest, tamen in proposito de probanda consuetudine totius Ducatus Bremensis agitabatur, neque testes denominati qualitatem istam necessariam testimonii dicendi de toto Ducatu habebant, ut præsertim de ratione scientiæ possent deponere, quod merito requirit *Schilterus ad ff. Exerc.* 2. §. 20. Erant enim testes præfecti, quorum quisque de præfectura sua commode testificari poterat, ratione totius Ducatus autem idonea scientia non intelligebatur. Præterea articuli ipsi ad universum Ducatum accommodati non erant, sed eo pertinebant, ut quisque testis de sua tantum præfectura testimonium redderet, quo ipso testes singulares quoque efficiebantur. Summum igitur Tribunal d. 6. Julii 1715. in eadem causa pronuntiavit hunc in modum: Daß Appellant durch die vorgebrachte Atteſtata und Articulos Probatoriales dem ihm auferlegten Beweis kein Genügen gethan, sondern wo er durch Atteſtata sein Assertum von dem Herkommen des Herzogthums Bremen darzulegen vermeyne, er keine von privat-Personen, sondern entweder von denen im Bremischen vorhandenen bestellten Collegiis, dem Consistorio, oder Ministerio Ecclesiastico, wie auch, wo diese etwan durch den Krieg zerstreuet, von einigen ehemaln darinnen gesessenen beeydigten Membris selbige und zwar solchergestalt beybringe, daß nicht nur das allgemeine Herkommen darinnen generaliter, sondern auch ein und andre Actus in specie, wobey es dergestalt gehalten worden, bezeuget werden, wo er aber den Beweis durch Artikul und Zeugen zu führen gewillet, so lieget ihm ob, noch über die zwey vorgeschlagene mehrere der Sachen wahrscheinlich Kundschaft habende Zeugen zu produciren, und dann nicht nur auf ein oder ander Amt, sondern zuförderst

derſt generaliter auf das ganze Herzogthum Bremen, daß daſelbſten ein ſolches rechtbeſtändiges Herkommen überall im Lande, und von Zeugen kein anders weder geſehen noch gehöret ſey, zu articuliren, und dann dieſes generale Aſſertum durch ein und andre exempla und ſpeciales im Bremiſchen geſchehene Kirchen-Reparationes, die ohne Zuziehung der von Adel geſchehen, zu beſtätigen ꝛc.

# OBSERVATIO CCXXXI.

## *De fatali querelæ nullitatis in ſummo Tribunali Cellenſi contra decreta & ſententias judiciorum ſuperiorum introducendæ.*

### *Ad Ord. Summi Trib. P. 2. tit. 1. §. 11.*

In Ordinatione ſummi Tribunalis Regii & Electoralis Cellenſis P. 2. tit. 1. §. 11. cautum eſt, ut qui contra decreta vel ſententias judiciorum ſuperiorum nullitates in ſummo Tribunali deducere velit, ſive ſanabiles nullitates ſive inſanabiles ſint, poſt acceptum decretum vel publicatam ſententiam in proxima diæta ſummi Tribunalis querelam introducat, qui autem hoc fatale neglexerit, deinde minime audiatur. Quæro, an hoc fatale locum habeat, ſi quis poſtea demum, elapſo jam fatali, ex inſtrumentis antea ignoratis nulliter judicatum eſſe intellexerit, veluti ſi ſententia contra rem judicatam lata ſit, rei autem antea judicatæ notitia poſtea demum elapſo jam fatali accipiatur. Quod vix eſt, ut dicatur. Ordinatio enim eos demum ad fatale alligat, qui poſſunt nullitates jam deducere, facere autem negligunt, ideo ad eum caſum, cum in facultate litigatoris nondum eſt, de nullitate queri, non pertinet. Neque impeditis ſed negligentibus fatale ſcriptum eſt. Secundum quod ſummum Tribunal Cellenſe judicavit d. 23. Mart. 1743. in cauſa Levin Carls von Lathauſen und Conſ. contra Jobſt Philipp von Lathauſen in puncto einiger Landerey vor Pattenſen, compenſationis & retentionis.

# OBSERVATIO CCXXXII.

## *De insinuatione testamentorum & donationum.*

Testamentorum & donationum insinuationem in actibus jurisdictionis voluntariæ haberi & coram quocunque judice admittendam esse, in libro de Jurisdict. Germ. P. 1. C. 4. §. LVI. sq. defendi. Ex quo deinde §. LXXI. sq. effeci, posse insinuari coram judice alieni districtus, etsi is extra suæ jurisdictionis limites in alieno districtu insinuationem recepisset. Atque hanc sententiam summum Tribunal Cellense jam dudum assensu suo firmavit. Nam d. 25. Maji 1734. appellationem rejecit in causa des Quartals-Commissarii Dietrich Schulten und Hauptmann Christian Ulrich von Düring, uxorum nomine, Appellanten, contra den Regierungs-Raht von Bardenfleth cur. nomine Joh. Fried. von Issendorf, Appellaten, in puncto testamenti & hæreditatis, in qua causa testamentum nullum dicebatur, quod Præfecti Osterholtani extra districtum Præfecturæ in domo & prædio testatoris nobili testamentum ejus recepissent. Neque absimiliter summum Tribunal judicavit in causa Reck contra Kiepen, in qua de eo lis agitabatur, quod Wicgravius urbis Mindensis extra urbem in domo & jurisdictione nobilis, quanquam eodem consentiente & petente donationem inter eundem Nobilem & conjugem ejus recepisset.

# OBSERVATIO CCXXXIII.

## *De judiciis lignariis.*

*De judiciis lignariis formulam hujusmodi subjeci:*

*Actum* Grossen Muntzel den 5. *Sept.* 1605.

Frage

Ob es nicht so viel Tages sey, daß man wegen Serenist. Unsers G. F. und Herrn ein Holtz-Gericht hegen und halten möge?

Eingebracht

Es sey wol so ferne am Tage, daß es geschehen möge, Hassewort, Scheltwort verbothen, und niemand zu werben, er thue es mit Recht und Vorsprache.

Frage

Frage

Wem allhie gebühre das Holtzungs-Gericht zu halten?

Eingebracht

Dem Gnädigsten Landes-Fürsten, oder wer an Ihro F. G. statt allhier ist.

Frage

Wem das Holtzungs-Gericht gebühre zu sitzen?

Eingebracht

Dem Holtz-Greffen.

Frage

Wem neben den Holtzgreffen gebühre das Holtzungs-Gericht zu bekleiden?

Eingebracht

Es gebühret dem G. Landes-Fürsten und Herrn, der Holtzgreffe zur rechten und die Abtißin zur linken Hand.

Frage

Wem die Hoheit in der Muntzeler Marck gebühre?

Eingebracht

Dem Landes-Fürsten.

Frage

Wer nechst Ihr. F. G. der nechste Erbe sey?

Eingebracht

Die armen Leute.

Frage

Was die Abtißin für Gerechtigkeit in der Muntzeler Marck hat?

Eingebracht

Zu voller Mast mit 60. Schweinen und 1. Kempen.

Frage

Wer nechst der Abtißin sey?

Eingebracht von Thielen Höfener.

Die Blumen jetzo die von Walthusen zu voller Mast mit 60. Schweinen und 1. Kempen.

Frage

Wer nechst den Blumen sey?

Eingebracht

Die von Stedern zu voller Mast mit 60. Schweinen und 1. Kempen.

Frage

Wer nechst den von Stedern erkandt?

Eingebracht

Das Closter Barsinghusen zu voller Mast mit 60. Schweinen und 1. Kempen.

Frage

Was dem Closter über das zuerkandt werde?

Eingebracht

Jährlich 2. Bäume, 1. bey Loffe und 1. bey Riese, und die Tellgen und Spone müssen sie bey der Stelle lassen.

Frage

Was das Closter dagegen zu thun schuldig?

Eingebracht

Dagegen soll es 6. Stiege Herrn Brod 3. Schincken 6. Schillye und 2. Hoge Käse alle Jahr geben.

Frage

Wer nechst dem Closter der nechste sey?

Eingebracht

Die von Heimburg.

Frage

Was der von Heimburg Gerechtigkeit in der Marck sey?

Eingebracht

Zu voller Mast mit 60. Schweinen, als 3. Tage im Muntzeler Holtz und 3. in Goltern zu hüten, und mit dem Hauen nicht.

Frage

Warum sie ihnen mit dem Hau in der Marck nicht erkennen?

Eingebracht

Daß er von Alters mit dem Hau nicht berechtiget, und können auf dißmahl derwegen nicht anders erkennen. Es hat die von Heimburg Mutter einesmahls einen Baum gehauen, aber die von Stedern haben damals als Innhaber des Gerichts Muntzel den Baum wieder genommen.

Frage

Wer nechst den von Heimburg erkandt wird?

Eingebracht

Die von Boltesen wegen des Guts Holtensen.

Frage

Womit sie die Boltensen in die Marck erkennen?

Eingebracht

Eingebracht

Mit 4. Schweinen und 1. Kempen vom Steinhoff und von dem Hoffe zu Holtensen mit der Dahlzucht.

Frage

Wer nechst den von Boltensen sey?

Eingebracht

Der Osterhoff von wegen der Haßjagt.

Frage

Womit er in der Marck berechtiget sey?

Eingebracht

Mit 60. Schweinen und 3. Kempen.

Frage

Was er dagegen zu thun schuldig sey?

Eingebracht

Den Jägern Essen u. Trinken und das Brod müssen die Leute austhun.

Frage

Wer nechst dem Osterhoffe sey?

Eingebracht

Der Holtzgreffe.

Frage

Was sie denselbigen zuerkennen?

Eingebracht

Mit 60. Schweinen und 1. Kempen zu voller Mast.

Frage

Was sie ihn denn weiters zuerkennen?

Eingebracht Sand

Weilen der Holtzgreffe ausser der Marck gesessen, seyn ihm 2. Bäume 1. bey Laub und 1. bey Rise geständig, welcher aber mit ihnen in die Marck bey ihm gesessen seyn sie ihm die Bäume nicht geständig, sondern allein sein zimliche Nohtdurfft.

Frage

Was der Holtzgreffe dagegen zu thun schuldig sey?

Eingebracht

Dagegen sey er schuldig mit den Knechten zu Tage und Nacht in der Marck herum zu gehen, und was wrachbar befunden, anzumelden.

Frage

Wenn er des Vermögens nicht were, daß er selbst solches verrichtete, ob er nicht einen an seine statt verordnen mögte? Ein-

Eingebracht

Er mag wol einen an seine statt ordnen, doch mit Vorwissen des Landes-Fürsten und der Marckgenossen, und denselbigen gebührlich lohnen.

Frage

Wer nechst den Holtzgreffen erkandt wird?

Eingebracht

Die 3. echten Höffe und jeglich mit 60. Schweinen zu voller Mast, dagegen muß ein jechliger 1 Schincken 2. Gr. zu geben.

Frage

Wer nechst diesen 3. Höffen erkandt werde?

Eingebracht

Der Pastor zum Hambostel mit 4. Schweinen.

Frage

Was den Holtzknechten für ihre Aufwartung gebühret?

Eingebracht

Zu voller Mast jechlichen 4. Schweine.

Frage

Was sie dagegen zu thun schuldig, ist bey andern gedacht.

Frage

Wer sie auf- und abzusetzen?

Eingebracht

Der Landes-Fürst und Holtzgreffe.

Frage

Wohin und wie weit die Schneide dieser Marck gehe?

Eingebracht

Hinter der Lampenwiesche an, vor dem Schaumburgischen Kinke uf, biß uf die Landwehr zum Beckendahl, den Weg entlang, oben den Ponß her für den Ponß her biß auf den Horn, von dar biß auf die Münchewiesche, von dar hinter Taschen Wisendahl, biß an das lütke Heinholz, biß an die schonen Heister von den Lehschehter, von dar biß an den fehlen Camp, hinter den Burchser Wiede, biß an den Creutz-Graben, von dar die Ohnhorst entlang biß auf die Klemper-Wische, von dar biß auf den Lutken Horde, die Tiede entlang, biß an das Eßlo, von dar biß auf den Schnadstein, von den Stein an biß auf 3. Catrinen Kampe die dustern Wege ein von dar auf die Molken-Camer zu Diestorf.

OBSER-

# OBSERVATIO CCXXXIV.

## *De censu protectionis*, Schutz-Geld.

§. I.

Censum protectionis judici civili vulgari extra Ducatum quidem Luneburgicum assignandum passim non esse, sed potius, si advocatia loci judex civilis destituatur, ad jurisdictionem altam referri, id jam in libro *de Jurisdict. German. P. 2. S. 2. C. 2. §. 173. & S. IV. C. un. §. 122.* annotavi. Plane in Ducatu quoque Calenbergico multi judices civiles vulgares censum hunc percipiunt, sed ex consuetudine potius singulari, quam ex jurisdictionis indole. Eaque res de Ducatu Calenbergico in judicio contradictorio aliquando agitata est. Cœnobium enim Hilwartshausen contra Præfecturam Brakenberg obtinuerat, ut in possessione jurisdictionis inferioris in pago Meensen defenderetur. Præterea idem cœnobium jam a. 1595. auctoritate Ducis Heinrici Julii cum Præfectura ita transegerat, ut cœnobio imperium, mulctæ & alii jurisdictionis inferioris actus cederent. Igitur lite de jurisdictione finita cœnobium contendebat, tributum quoque protectorium sibi deberi. Esse enim fructum jurisdictionis inferioris, in cujus possessione defensum cœnobium sit. Præfectura autem excipiebat, sese a tempore, cujus memoria non extet, censum hunc percepisse, præterea nihil magis naturale esse, quam ut census protectorius ei solvatur, qui plenissime possit defendere, videlicet præfecturæ Regiæ, quæ jurisdictionem altam quoque teneat. Cancellaria Regia & electoralis Calenbergica d. 31. Oct. 1730. judicavit, oportere cœnobium probare, sibi tributum protectorium deberi, hunc in modum: Würde klagendes Closter seine angeblich habende Befugniß der Erhebung des Schutz-Geldes von denen Häuslingen im Dorffe Meensen besser, als bishero geschehen, erweisen . . . ergehet darauf ferner, was Recht ist. Inzwischen wird beklagtes Amt bey dem bisherigen Besitz des quæstionirten Schutz-Geldes billig geschützet. A qua sententia cum cœnobium ad summum Tribunal appellaret & de observantia Principatus Calenbergici & Gœttingensis quædam attulisset, d. 22. Jan. 1731. decretum tulit hujusmodi: Weilen dem Closter Hilwartshausen in sententia

Cccc a qua

Cui judici cedat.

a qua noch zur Zeit nichts hauptsächliches aberkannt, vielmehr annoch ein besserer Beweis reserviret worden, dabey demselben auch bevorbleibet, dasjenige, was von einer Observanz im Calenbergischen und Göttingischen angeführet, in Judicio a quo vorzustellen, und sonst rechtlicher Gebühr nach auszuführen . . . so kan dem geschehenen Suchen um Erkennung derer processuum nicht deferiret werden. Probatione deinceps instituta Cancellaria Regia d. 20. Febr. 1734. nihilominus pronuntiavit, actorem non probasse, adeoque reum absolvendum esse: daß Anwald des klagenden Closters dasjenige, was ihm besser zu erweisen auferleget, und er sich angemasset, wie sich zu Rechte gebühret, nicht erwiesen, und dahero Anwald des Amts Brakenberg von der wider ihn angestellten Klage zu absolviren. Plane enim consuetudinem Ducatus Calenbergici, tributum protectorium passim ad jurisdictionem vulgarem civilem pertinere, cœnobium non probaverat & præterea possessio Præfecturæ ei obstabat, neque sententia super possessione jurisdictionis lata ad ea proferri poterat, quæ cœnobium antea non possederat. Summum igitur Tribunal appellatione interposita sententiam Cancellariæ d. 28. Nov. 1739. confirmavit. Etsi autem deinde in restitutionis instantia cœnobium consuetudinem totius Ducatus probare contenderet, tamen d. 15. Aug. 1740. decretum tale accepit: daß man es der ohnerheblichen Causalium und Beweis-Articul ohngeachtet bey der Sententia contra quam um so mehr bewenden lasse, als die Nieder-Gerichtsbarkeit selbst dem imploritenden Closter vermöge der von ihm am 17. Oct. 1731. allhie producirten Canzeley-Urthel vom 6. May nur erst in possessorio zuerkannt worden, mithin solch possessorium auf das, was das Closter geständlich nicht besessen, nicht extendiret werden mag.

## §. II.

A quibus solvatur.

Illud quoque aliquando agitatum est, utrum tributum protectorium duntaxat ab hospitibus, qui Einlieger vocantur & alieno foco utuntur, an ab inquilinis quoque recte peteretur, qui domum totam inhabitarent, famulitium autem pro annua mercede nemini præstarent, sed vel in singulos dies vel hebdomades operas suas locarent. Species autem hujusmodi incidit. Quidam negotiatori cuidam ad fabricandas merces pro mercede singulis hebdomadibus constituta operas præstabat, simul in horreo ejusdem mercatoris

sub

ſub urbem cum familia ſua habitabat. Præfectura igitur Regia Cellenſis cenſum protectionis ab eo exigebat. Movebat, quod ignem proprium haberet, nec hoſpes dici poſſet. Sed ſummo Tribunali Cellenſi viſum eſt, conſtitutiones provinciales Luneburgicas ad eos quoque pertinere, qui horreum ſeparatim occupaſſent, bona autem propria immobilia non tenerent, nec famulitium pro mercede annua, ſed in ſingulos dies vel hebdomades operas exhiberent. Nam Ordinatio quidem Politica Luneburgica Cap. 50. §. 1. ad eos quoque accommodata eſt, qui in horreis ſeparatis commorantur. Verba hæc ſunt: und an etzlichen Oertern von den Bürgern und Bauern ſonderliche Spieker, darinnen mehr als eine Parthey ſolches Geſindleins zuſammen liegen, erbauet werden. Præterea Reſcriptum Regiminis d. 29. Mart. 1658. nominatim eos duntaxat exemit, qui in famulitio eſſent & uxores item bona haberent, quique pro annua mercede ſervirent, non autem in ſingulas dies operas ſuas locarent. Atque ita ſummum Tribunal judicavit d. 24. Dec. 1743. in cauſa der Burg-Vogtey zu Zelle contra weil. Joh. Lohſen Wittwe und Erben, jetzo den Factor Anthon Reinhard Lohſen, in puncto Schutz-Geldes, his verbis: Alldieweilen die jährliche Abgifft der 8. Rthlr. ſo von des Klägers Spieker an unſer hieſiges Zoll-Amt entrichtet werden, ein onus reale iſt, folglich die auf ſolchem Spieker wohnende Häuslinge vom Schutz-Gelde als einem onere perſonali nicht befreyen mag, der auf ſothanem Spieker zur Zeit der erhobenen Klage ſich aufgehaltene Lorenz Goldſchmid auch, da derſelbe bey weil. Joh. Lohſen Wittwe und Erben nicht in ordentlichen Dienſten geſtanden, ſondern eignem Geſtändnnß nach dem Factor Lohſen auf ſeiner damaligen Tabacks-Fabrique für wöchentliches bezahltes Tage-Lohn gearbeitet, und nur für die Bewahrung der auf dem Lohſiſchen Spieker befindlichen Wahren die freye Wohnung genoſſen, als ein in fremdem Hauſe auf eigner Hand und Gewerbe ſitzender Häusling anzuſehen, und in dieſer Qualitæt nach klarer Vorſchrifft der Landes-Conſtitutionum Schutz-Geld zu geben, allerdings verbunden iſt, daß demnach beklagte Burg-Vogtey von vorhin bemeldten Lorenz Goldſchmid und andern etwa künfftig auf dem qu. Spieker wohnenden Häuslingen Schutz-Geld einzufordern, wol befugt, mithin von der dieſerhalb gegen ſie angeſtellten Klage zu entbinden und loszuſprechen ſey. Wie wir ſie denn davon abſolviren, und Decretum a quo auf ſolche Weiſe reformiren ꝛc.

# OBSERVATIO CCXXXV.

## *Jurisdictio inferior an contineat jus privativum apprehendendi facinorosos & primam in causis criminalibus notionem.*

Judicem civilem vulgarem in criminibus majoribus manifestis apprehendere facinorosum posse, alti autem judicis potestatem in ea re non excludi, in libro *de Jurisdict. Germ. P. 2. S. 4. C. un.* §. 102. explicavi. Dictisque conveniens est, ut idem judex regulariter in causis criminalibus primam quoque notionem non habeat. Quod ex separata jurisdictionis criminalis & civilis natura intelligitur. Haud absimiliter summum Tribunal Cellense d. 12. Apr. 1717. pronuntiavit in causa des Obrist-Lieutenants und Licent-Commissarii, Henrich von Uslar contra den Amtmann zu Friedland, Friderich Conrad Hornhard, hunc in modum: So viel aber den Appellanten Uslar privative & indistincte prætendirten Angriff eines Delinquenten in Sieboldshausen, auch præliminarische Untersuche derer an diesem Orte vorfallenden in die Criminalitæt schlagenden Delictorum betrifft, ist der Bescheid: Kann und vermag gedachter von Uslar erweisen, daß ihm solches von Uns also concediret, oder daß er gegen Unser Amt Friedland dieses beständig also hergebracht habe, ergehet auch also dann diesfalls ferner was Rechtens.

# OBSERVATIO CCXXXVI.

## *An pœna corporalis lege statuta in pecuniariam a judice converti potest.*

Judex pro re nata pœnam lege definitam, si legis ratio admittat, mitigare potest, ceterum si nihil occurrat, quod arbitrium judicis recipiat, pœnam corporalem a lege propositam, præsertim inconsulto Principe, in pecuniariam pœnam convertere nequit. Quis enim non intelligit, substituta pœna pecuniaria mitiorem subrogari? Lege autem mitior judex, minister legis, esse non potest.

Idem

idem in ſubſtituta alia pœna mitiori dicendum eſt. Et ita ſummum Tribunal Cellenſe judicavit d. 12. Apr. 1717. in cauſa des Obriſt-Lieutenants und Licent-Commiſſarii, Henrich von Uslar contra den Amtmann zu Friedland, Fridrich Conrad Hornhard, cujus ſententiæ verba ita habent: Nachdemmaln vermöge Unſerer am 27. Julii 1715. publicirten Conſtitution die Feld-Dieberey und deren Verhelung mit dem Karrenſchieben zu beſtrafen, und dannenhero Appellanten nicht gebühret hat, desfalls ein Hals-Eiſen oder Geld-Strafe zu dictiren, daß dannenhero ſo viel die Reſtitution der erhobenen Geld-Straffe betrifft, von Unſer Hannöverſchen Juſtiz-Canzley wohl geſprochen, übel davon appelliret, und es dannenhero diesfalls bey dem Decreto a quo lediglich zu laſſem ꝛc.

# OBSERVATIO CCXXXVII.

## *Ad Conſtitutionem Luneburgicam de redhibendis equis d. 30. Dec. 1697.*

Georgius Wilhelmus Dux Brunſvicenſis & Luneburgenſis in edicto d. 30 Dec. 1697. emiſſo terminum redhibendorum equorum ſemeſtrem ad tres menſes reſtrinxit & coarctavit. Agitabatur aliquando in judicio quodam extraneo, an ſecundum eam conſtitutionem nihilominus probare oporteret, quod jure communi conſtitutum eſt, vitium latens tempore venditionis jam extitiſſe. Movebat termini coarctatio a legislatore facta, & ita obſervari jactabatur. Sed Cancellaria Cellenſis & ſummum Tribunal in opinione de ea re ad Regimen transmiſſa reſponderunt, Ducem Georgium Wilhelmum præter termini coarctationem nihil de jure communi immutaſſe, neque contrariam obſervantiam probatam eſſe, adeoque actorem nihilominus probare oportere, vitium tempore venditionis extitiſſe. Principio enim conſtitutio commercii juvandi gratia & in favorem mercatorum & negotiatorum lata eſt, ut hi quidem ratione regreſſus equis aliunde advectis ſecuriores efficiantur. Deinde in ea re de jure communi nihil intelligitur immutatum eſſe. Neque enim legislator ſtatuit, inſpiciendum non eſſe, an vitium latens tempore venditionis extiterit, vel tam repente pro-

ditum sit, ut tempore venditionis extitisse præsumatur, in quo casu JCti triduum solent respicere. Quamobrem in hac parte ex jure communi constitutio explicanda est. Ut respondit summum Tribunal in causa des Bader Heinen contra den Bremischen Pferde-Händler, Daniel Ratken.

# OBSERVATIO CCXXXVIII.

## *An liberi non succedentes ceteris partem in legitima faciant.*

### §. I.

Exhæredatus an partem faciat.

In hac quæstione illud primario inspiciendum est, de quo hucusque diu graviterque inter Ddres disceptatum est, faciatne exhæredatus in computanda legitima ceteris partem. Et facere, demonstravit *Vinnius* in *Sel. Quæst.* L. 1. C. 21. & *Huberus* in *Prælect. ad tit. ff. de inoff. test.* §. 14. solidissime autem & commodissime Perill. *L. B. de Coccejis* in *Jure Controverso tit. de inoff. test. qu. 18. & 29.* Conf. *Hilliger ad Donellum* L. 19. C. 9. Quæ sententia & æquitati & juri congruit. Neque enim fas est, factum unius ceteris liberis aut nocere, aut prodesse. Nocebit autem aliquando, si non succedentes partem non faciant. Est præterea legitima portionis ab intestato debitæ portio, seu pars ejus, quod ad filium esset perventurum, si intestatus paterfam. decessisset. *L. 8. §. 6. de inoff. test.* Exhæredatio vero unius filii vel quorundam ex testamento venit, adeoque posita exhæredatione casus testati, non intestati, existit. Tantoque minus exhæredatio unius ceterorum liberorum jura potest minuere, quia legitima neque omnium neque singulorum liberorum testamento patris minui potest, & revera tot legitimæ portionis, quot liberi, intelliguntur. Sed nec legum testimonia expressa desunt. Nam in legitima quidem computanda exhæredatum partem facere, Ulpianus ex Papiniani auctoritate dicit in *L. 8. §. 8. ff. de inoff. test.* his verbis: *Quoniam autem quarta debitæ portionis sufficit ad excludendam querelam, videndum erit, an exhæredatus partem faciat, qui non queritur; ut puta, sumus duo filii exhæredati, & utique faciet, ut Papinianus respondit; & si dicam inoffi-*

*officioſum, non totam hæreditatem debeo, ſed dimidiam petere. Proinde ſi ſint ex duobus filiis nepotes; ex uno plures, tres puto, ex uno unus; unicum ſescuncia; unum ex illis ſemuncia querela excludit.* JCtus in relatis verbis proprie de caſu noſtro legitimæ computandæ tractat, & querelæ inofficioſi tantum incidenter mentionem injecit. Quod exemplum quoque ſubjectum manifeſtat, ut Perill. *L. B. de Coccejis* c. l. perbelle demonſtravit. Neque alia in contrarium lex afferri poteſt. Nam ceteræ, quæ a diſſentientibus objiciuntur, ad querelam inofficioſi, vel bonorum poſſeſſionem contra tabulas pertinent, ut *L. 17. pr. ff. eod. L. 16. pr. ff. eod. L. 10. §. 4. ff. de bon. poſſ. contra tab. L. 1. §. 5. ff. de conjung. cum emancip. liber.* In querela autem inofficioſi ad reſcindendam totam hæredis inſtitutionem agitur, olim ad reſcindendum teſtamentum univerſum, & juris ratio fert, ut teſtamento vel hæredis inſtitutione reſciſſa, is qui repudiante vel non querente fratre cohæredem non habet, ſolus hæres ſit. Idemque in bonorum poſſeſſione contra tabulas obtinet, ut filius in bona univerſa mittatur. *L. 20. pr. ff. de bon. poſſ. contra tab.* Quamobrem in legitima computanda nihil quoque intereſt, juſte exhæredatus filius ſit, an minus, querelam repudiantis animo omiſerit, an ſecus, quod quidam ſine idonea ratione ſtatuunt, ut egregie item animadvertit *L. B. de Coccejis c. l.*

## §. II.

Videamus igitur, ſi filia, quæ ſtatuto ab hæreditate paterna excluſa non eſt, accepta dote vivo patre hæreditati futuræ renuntiaverit, an certis liberis ad computandam legitimam partem faciat, ut in numero liberorum computetur. Quod multo magis dicendum eſt. Nam certe hujusmodi filia pro portione hæreditaria vel legitima dotem vivente patre præcepit, neque excluſa ab hæreditate dici poteſt, etſi mortuo patre nihil amplius accipiat. Quod factum ceteris liberis nec nocere nec prodeſſe debet. Et plane ſi ex jure Romano ſpecies hæc dirimenda eſſet, dicendum foret, filiam in ea portione, quam pro legitima acceperit, a patre inſtituendam hæredem eſſe. In qua viſione tanto facilius intelligitur, filiam, quæ renuntiaverit, partem ceteris liberis in legitima facere, ut in numero liberorum computetur. Et hoc nonnulli quoque defendunt,

Filia, quæ accepta dote hæreditati paternæ renuntiavit, an partem faciat.

dunt, qui exhæredatum patrem facere negant, ex ratione *Novellæ 18.* per quam ideo inductum eſt augmentum legitimæ, quod pluribus concurrentibus ſingulorum portio eſſet exigua. Vid. *Zæſius* ad tit. *ff. de inoff. teſt. n. 90. Voet* eod. §. 49. Atque ita Cancellaria Regia Hannoverana pronuntiavit d. 23. Febr. 1732. in cauſa des Lieutenants Chriſtoph Gottfrieds, und Majors, Johann Hindrich, Gebrüdere von Daſſel, Klägere, contra weyl. Friderich Thedel von Daſſel nachgelaſſene Wittwe und deren Kinder conſtituirten Curatorem ad lites, Chriſtian Friderich Gerken, Beklagte, in puncto læſionis in legitima. Vid. §. V. Quæ ſententia deinde in ſummo Tribunali Cellenſi confirmata eſt.

## §. III.

De filiabus omnino per ſtatutum excluſis.

Quod ſi filiæ ſtatuto omnino ab hæreditate excluſæ ſint, ut ne legitima quidem ipſis debeatur, tum ſane fratribus forte quibusdam in legitima inſtitutis partem facere non poſſunt. Legitima enim ſingulorum ſecundum ſtatum inteſtati determinanda eſt, adeoque ſi filiæ ab inteſtato cum fratribus non ſuccedunt, utique repugnat, partem eas fratribus in legitima facere. Ut hactenus recte tradunt *Zæſius* & *Voet* c. l. Et putem, nihil intereſſe, dos filiæ ex ſtatuto debeatur an minus, ut Doctores perperam forte diſtinguunt. Nam etſi tam inhumanum ſtatum vix reperietur, quod filiabus ne dotem quidem aſſignet, tamen ſi legitima filiæ ex ſtatuto non debeatur, ſive dotem accipiat, ſive minus, utique ſemper caſus exiſtit, ut patrem filii ejus recipiant, quod conſecuturi ſint, ſi paterfam. inteſtatus deceſſerit. Igitur non intelligitur, cur filiæ, quæ ab inteſtato partem nullam habent, partem faciant. Aliud in filia renuntiante probavi §. II. Aſſumſi enim, filiam renuntiantem, niſi renuntiaret, hæredem fore & legitimam ei deberi. De origine autem renuntiationum filiarum in Germania dicere hoc loco nihil attinet.

## §. IV.

Filiæ renuntiantis portio cui cedat.

Quæro, ſi filia ſtatuto ab hæreditate non excluſa ſucceſſioni renuntiaverit, cui portio ejus legitima cedat. Et merito iis cedit, in quorum favorem filia renuntiavit. Filia igitur renuntians in computanda legitima partem quidem facit, ſed pars hæc relinquenda

iis

iis eſt, in quorum favorem renuntiavit. Vid. Perill. Dn. *de Cramer* in Comment. *de pacto hæreditario renuntiativo filiæ nobilis* C. 2. §. 47. 48.

## §. V.

Intelligitur autem filiarum renuntiatio, quam pater vel ſimpliciter pro ſe, vel in ſpecie pro hæredibus recepit, filiis certe omnibus prodeſſe. *Sam. Stryk de ſucc. ab inteſt. Diſſ. 8. C. 10. §. 85.* Et ita Cancellaria Hannoverana d. 23. Febr. 1732. pronuntiavit in cauſa des Lieutenants Chriſtoph Gottfried und des Majors Johann Heinrich Gebrüdere von Daſſel, Klägere contra weyl. Friderich Thedel von Daſſel nachgel. Wittwe und deren Kinder conſtituirten Curatorem ad lites Chriſtian Friderich Gerken, Beklagte. Nam etſi pater in teſtamento unum filium præ ceteris dilexiſſet, adeoque filius magis dilectus, ejusque hæredes contenderent, ſibi partem renuntiantium filiarum cedere, tamen judicatum eſt, eam partem ad fratres omnes pertinere, in hæc verba: Und nachdemmalen bemeldter Henrich Jeremias von Daſſel 5. Kinder, als 3. Söhne und 2. Töchter hinterlaſſen, alſo daß hier die legitima ſeminiſſem bonorum ausmachet, wann ſchon, wie in Actis vorgekommen iſt, die älteſte Tochter vivente patre ausgeſtattet worden, und aber auch beyde Töchter hier ad ſupplendam legitimam nicht klagen, ſo iſt doch nach ſolcher Anzahl der Kinder die Legitima qu. vor Klägere auszurechnen, und kommt denenſelben billig mit zu gute, was denen ausgeſtatteten zwo Töchtern über die ihnen erweislich gefolgte Ausſtattung pro legitima zukommen möchte, es wäre dann, daß entweder die ſich ihrer hierinn etwa habenden Rechtſame nicht begeben wollten, oder aber Beklagte binnen 4. Wochen * * * rechtlicher Gebühr beyzubringen vermöchten, daß eine oder die andre Tochter allein *in favorem* des *a patre communi beneficirten* Erben, weyland Friderich Thedel von Daſſel, auf die übrige Erbſchafts-Maſſe behörig *renuntiiret* hätte. Rei etiam in hoc puncto ad ſummum Tribunal appellaverant, ſed ſententia Cancellariæ in appellationis inſtantia pure confirmata eſt. Cedit fratribus omnibus.

## §. VI.

Quid ſi parens duos liberos in legitima inſtituat, reliquos duos hæredes quidem ſimpliciter ſcribat, ſed ita, ut unus eorum ea, quæ a vivo parente acceperit, pro portione hæreditaria ſua habeat, neque Quid ſi unus ex liberis hæres in acceptis inſtituatur.

que amplius quidquam ex hæreditate conſequatur, quomodo inter tres ſuperſtites triens bonorum dividatur. Poteſt videri, duos liberos in legitima inſtitutos ſemiſſem trientis, ſingulos autem quadrantem trientis capere, & reliquos duos quadrantes apud eum permanere, qui, quod ſupereſt in hæreditate, capiat, propterea quod filia renuntians partem faciat. Sed verius eſt, quadrantem hoc caſu omnibus accreſcere, & ſingulos in trientem trientis maſſæ bonorum ſuccedere. Nam etſi filia, acceptis contenta partem in legitima faciat, tamen ſi hoc caſu faceret, ceterorum legitima portio ſecus quam fas eſt, diminueretur. Oporteret enim ab uno hærede accepta in hæreditatem conferri & deinde ita recipi. Quo facto legitima ceterorum portio creſceret, quæ contra non facta collatione diminueretur. Ne igitur legitima ceterorum liberorum minuatur, collatione unius ceſſante, ſinguli merito in trientem admittendi ſunt, præſertim ſi accepta ab uno hærede difficulter in collationem veniant, nec liquidum effici facile poſſit. Et ita in propoſito ſummum Tribunal Cellenſe judicavit in cauſa der Vormundſchaft Friederiken Luiſen, Gräfin von Platen Kl. und Appellantin contra den Grafen Georg Ludwig von Platen und Hallermund, wie auch Sophie Charlotte, Freyin von Bülow, gebohrne Gräfin von Platen, Beklagte und Appellaten, in puncto computationis legitimæ.

# OBSERVATIO CCXXXIX.

## *Ad repetendam ex feudo dotem an illatio ſufficiat.*

Ad repetendam contra agnatos dotem plerique ajunt ſufficere, illationem probari, in feudum autem verſionem in dubio præſumi. *Hartmannus Piſtor L. 1. Qu. 4. n. 16. 17. ſq. Struv. Synt. Jur. feud. C. 14. aph. 15.* Vid. Dn. *Senkenberg Prim. Lin. Jur. Feud.* §. *421.* Sed verius eſt, verſionem in feudum probandam eſſe, neque ex ſola illatione eam præſumi. Nulla enim idonea ratio intelligitur, cur ex ſola illatione in feudum verſio præſumatur, & hoc ſi admittatur, eveniet, ut in arbitrio poſſeſſoris ſit, feudum onerare. Plane exacta probatio in re hac difficili requirenda utique vix erit, ſed demonſtratio merito recipienda, præſertim quia dotium quo-

quoque magnus favor est. Quam in rem summum Tribunal Cellense d. 11. Junii 1735. in causa Georg Erich von Torney und derer übrigen Torneyischen Agnatorum in Actis benannt, modo des erstern nachgelassenen Sohne, und Consorten, Appellanten, contra des weyl. Land-Hauptmanns, August Friderich von Torney hinterlassene Wittwe, Lucie Beate gebohrne von Freytag, hunc in modum pronuntiavit: Hiernächst aber so viel die Haupt-Sache betrift, Appellatin zu dem von Richtern erster Instanz erkannten Erfüllungs-Eyde noch zur Zeit nicht zu lassen, sondern da die angegebene versio dotis in feudum annoch nicht gebührend dargethan, vielmehr aus der Appellatin und ihres nun verstorbenen Ehemanns eignen Anführungen und Geständnissen bereits so viel hervorscheinet, daß wenigstens die gesammten Brautschatz-Gelder der zwey tausend Thaler zum Besten der Lehn-Stücke nicht verwandt, mehrerwehnte Appellatin ob und wie fern solches geschehen, in proxima besser, wie bishero geschehen, beyzubringen, und darauf nach Befinden fernere rechtliche Erkenntniß und Verordnung zu gewärtigen habe; Solchemnach aber im Fall sie die Verwendung eines Theils ihrer Illatorum in die Lehne beybrächte, ihr die in den Ehe-Pactis freygelassene und von ihr bereits dahin declarirte Wahl, daß sie mit Zurücknehmung ihres Brautschatzes sich a feudis separiren wolle, billig zu gönnen ꝛc.

# OBSERVATIO CCXL.

## *De servitute necessaria.*

In iis, quæ ad agrorum culturam pertinent, æqui bonique ratio inspicienda merito est, etsi jure scripto destituamur, præsertim quia publicæ rei interest, ut agri colantur & fructus colligantur. Qua in re Pauli inprimis auctoritate utimur ex *L. 2. §. 5. ff. de aqua & aqu. pluv. arc.* qui ita scripsit: *Quanquam tamen deficiat aquæ pluviæ arcendæ actio: attamen opinor utilem actionem vel interdictum mihi competere adversus vicinum, si velim aggerem restituere in agro ejus, qui factus mihi prodesse potest, ipsi vero nihil nociturus est: hæc æquitas suggerit, etsi jure deficiamur.* Conf. *L. ult. §. 1. C. de serv. & aqua.* Omnino igitur ex mente veterum ICtorum respondent,

qui eo casu, cum quis fundum aut agros confinibus undique prædiis liberis circumdatos possideat, quos nulla alia ratione adire fructusque natos ibi colligere possit, quam si proxime adjacentes tangat, aut transeat, servitutem necessariam refuso tamen pretio imponi pronuntiant. Vid. *Brunnemannus ad cit. L. ult. §. 1. C. de serv. & aqua.* Dum enim pretio justo servitus redimitur, conquerendi ansam vicinus nullam habet, neque sola via constituta domini causa multum oneratur. Neque contraria est *L. 12. C. de serv. & aqua*, ubi expressum est, non modum prædiorum, sed servitutem aquæ ducendæ terminum facere. Hæc enim verba magis ad commoditatem, quam ad necessitatem prædii absolutam pertinent. Non dicam, culpæ forte novi emtoris hac in re subveniendum esse. Possunt autem species incidere, ut culpa domini non intelligatur, veluti si quis absens forte per diuturnum tempus agrum locaverit & conductoris negligentia, cui forte alius aditus patuit, via interciderit, quo casu penes dominum culpa nulla residet. In ipsa autem servitute constituenda modus adhibendus est ex æquitate, ut is ad servitutem constituenda modus adhibendus est ex æquitate, ut is ad servitutem concedendam compellatur, qui minime oneratur. Subjeci hanc in rem sententiam summi Tribunalis Cellensis d. 10. Mart. 1735. in causa Heinrich Schröders zu Stade, Mit-Beklagten und Litis Denuntianten, jetzo Appellanten, contra die Baldovische Erben Klägere, den Advocatum Cameræ zu Stade, D. Otto Rosenbruch, Intervenienten, nomine Tönnjes Postels Erben, Beklagte, den Capitain Hans Henrich von der Deken und den Advocatum und Prætorem, Jeremias Steyer, Litis Denuntiaten, jetzo allerseits Appellaten, in puncto eines Ausweges, in hæc verba: Diesemnach und so viel die Haupt-Sache anbelanget, weil denen Rechten nach in dergleichen Fällen derjenige Nachbar, über dessen fundum am nächsten und füglichsten nicht nur nach dem ordentlichen Wege zu gelangen, sondern auch fürnemlich welcher am wenigsten dadurch beschweret wird, die Ueberfahrt oder Ausweg zu übernehmen schuldig; hingegen aus dem von Appellanten beygebrachten in Beyseyn unsers Advocati Cameræ D. Rosenbruchs untersuchten und richtig befundenen Abrisse, auch durch den per Commissarium eingenommenen Augenschein sich klar herfürthut, daß dem Appellanten Heinrich Schröder und dessen fundo der von denen klagenden Baldovischen Erben prætendirte Ausweg oder

Ueber-

Ueberfahrt zu einer weit grössern Beschwerung gereichen würde, als wenn der Ausweg über die oberhalb an dem Hohen-Wehl belegene in dem Abriß mit F. bezeichnete Postelsche Wiesen genommen wird, auch über dieselbe eher und füglicher, auch mit weniger Beschwerde, als über Appellanten Schröders Wiese und Weyde auf den gemeinen Weg zu gelangen stehet, als wird obangezogene bey Unserm Hofgerichte zu Stade abgesprochene am 9. Julii 1725. publicirte Urthel quoad Gravamen App. I. dahin reformiret: daß Appellant Heinrich Schröder denen klagenden Baldovischen Erben und deren Successori Johann Schulzen den prætendirten Ausweg oder Ueberfahrt über seine Wiese und Weyde zu verstatten nicht schuldig, sondern derselbe von der deßfalls wider ihn mit erhobenen Klage zu absolviren, hingegen aber Beklagte Tönnjes Postelsche Erben solchen Ausweg über ihre oberhalb an den Hohen-Wehl belegene in dem Abrisse mit F bezeichnete Wiesen, wo es sich am füglichsten thun lässet, zu übernehmen, und denen Baldovischen Erben oder dem zeitigen Inhaber der Baldovischen Wiesen solchen Ausweg zu Abführung des auf sothaner Wiesen machenden Heues, jedoch gegen Erstattung eines entweder in Güte unter sich zu behandelnden, oder allenfalls durch der Sachen kundige Personen nach Billigkeit zu determinirenden Pretii zu gestatten, schuldig und gehalten seyn.

# OBSERVATIO CCXLI.

## *De jure legitimatorum a comite Palatino Cæsareo in successione præsertim collateralium.*

### §. I.

Tractaturis de legitimatione, quæ fit per Comites Palatinos Cæsareos ad effectum succedendi, illud ante omnia inspiciendum est, an & quousque Princeps spurios legitimare ad effectum succedendi possit. Et siquidem potestas Principis ex jure publico naturali & universali inquiratur, Princeps majestate præditus qualitates civiles distribuere potest, consequenter & jura agnationis dare, quatenus nemini jus quæsitum inde aufertur. Nulla igitur idonea ratio intelligitur, cur iis, qui patris propinquis naturaliter cognati jam sunt, civilem qualitatem agnationis concedere Princeps ex su-

Quæ sit in legitimando Principis potestas ex jure publico universali.

prema poteſtate nequeat, quatenus jus jam quæſitum nemini auferatur. Ex qua conceſſa qualitate civili jus ſuccedendi in hæreditates agnatorum & cognatorum exiſtit. De quo quidem tanto minus dubitari poteſt, quod ſucceſſio legitima omnino ex civilibus legibus venit, quarum determinatio penes Principem eſt. Et niſi hoc admittas, teſtamenti quoque factio privatorum defendi vix poteſt, quippe paterfamilias teſtamentum condens legislatoris inſtar hæredem legitimum excludit. Plane etſi legitimatio per reſcriptum Principis a Juſtiniano demum introducta ſit, tamen & populus olim teſtamenti condendi facultatem in comitiis dedit, & arrogationes, quæ jus agnationis & ſucceſſionis tribuerent, coram populo in comitiis, deinde coram Principe celebratæ ſunt, neque, niſi in arrogatione impuberum, conſenſus propinquorum requirebatur *L. 7. ff. de adopt.* Nec dici poteſt, agnatis vel cognatis hæredem invitis obtrudi. Habent teſtamenti condendi facultatem & præterea in adoptionibus & arrogationibus idem evenit.

§. II.

Quæ ex jure Romano.

Quod ad jus Romanum pertinet, dixi, Juſtinianum demum legitimationem, quæ fit per reſcriptum Principis, introduxiſſe. Vid. *Nov. 89. C. 9.* Statuit autem Imperator, ut non exiſtentibus liberis legitimis poſſit pater a Principe impetrare, ut naturales liberi legitimi efficiantur, modo ipſi quoque conſentiant, vel ratum id habeant. Et patris quidem conſenſus in ea re omnino requiritur, ne invito ei hæres ſuus agnoſcatur, qui deinde legitimam quoque ex bonis paternis jure exigat. Ceterum propinquorum conſenſus, qui ab inteſtato patri ſucceſſuri erant, non exigitur, quia vivente eo jus ſuccedendi illi non habent, ſed poſt mortem ejus demum conſecuturi ſunt, quam ſuccedendi ſpem incertam & alii eventus & paternum teſtamentum intervertere poſſunt.

§. III.

An modus legitimandi per reſcriptum ad ſucceſſiones collaterales.

Qui modus legitimandi per reſcriptum Imperatoris an eo pertinuerit, ut legitimati propinquis quoque paternis e latere ſuccedant, non inepte quæri poteſt. Plane non omnes legitimatos Juſtinianus ad ſucceſſionem collateralium admiſit, etſi legitimi fierent & patri ſuccederent. Nam etſi curiæ oblatio a Juſtiniano tantum favorem tulit, ut curiæ oblati etiam legitima ſobole exiſtente legitimi

timi fierent & patri succederent, patre quoque defuncto naturales liberi curiæ se offerentes deficientibus legitimis liberis legitimi fierent, *Nov. 89. C. 2.* tamen ad successionem avi & ceterorum adscendentium, sed & collateralium admissi non sunt. *Nov. 89. C. 4.* Verba secundum versionem *Hombergii zu Vach* ita habent: *Filium vero ex tali causa legitimum factum ipsi solum genitori legitimum facimus* non vero eum tertiæ quoque huic cognationi patris (eorum scilicet, ex quibus vel ipse natus est, vel qui a latere sunt, vel qui ex ipso proveniunt) tanquam fictione quadam cognatum facimus. *Sancimus igitur, ut filius naturalis curiæ datus soli patri sit legitimus successor, nil vero commune habeat cum adscendentibus, vel a latere agnatis vel cognatis patris, nec eorum successionem participet, æquale privilegium illi quoque dantes, ut quemadmodum ipse illis non succedit, sic nec illi ad ejus successionem vocentur - - - - Soli enim patri fiunt legitimi, illique cognati esse creduntur.* Sed verius est, per rescriptum Principis legitimatos ad omnem legitimam successionem collateralium quoque admitti, ut Imperator *C. 8. Nov. 89.* nominatim declaravit. Postquam enim in superioribus Novellæ capitibus de successione curiæ oblatorum paulo restricta dixit, ad ceteros a se introductos modos transit, in quibus de successionibus non laborandum esse declarat, his verbis: *Restat igitur, ut modos a nobis introductos percurramus, qui jus legitimorum naturalibus præbent, de quorum successione non laborabimus. Cum enim semel eos legitimos fecerimus, concessimus etiam, ut illas successiones habeant, quas ii habent, qui ab initio legitimi sunt.* Et deinde de modo legitimandi per instrumenta dotalia & per rescriptum Principis tractat. Ex quibus verbis manifestum est, in ceteris per Justinianum introductis legitimandi modis legitimatos, ut legitimos, omnibus paternis agnatis & cognatis succedere.

teralium pertinuerit.

## §. IV.

Quamobrem quod *Mevius* in *Comm. ad Jus Lubec. P. 2. tit. 2. art. 9. n. 70.* defendit, inter agnatos cognatosque patris atque ita legitimatos jura mutuæ successionis non constitui, nisi illis citatis & legitimationi consentientibus, verum non puto, nisi feudalia vel hujusmodi bona sint, quæ ex majorum providentia vel pacto debentur, cum agnati jam vivo possessore jus in bonis habent, quod testa-

An propinquorum consensu opus sit.

testamento ipsis auferri nequeat. Nam in ceteris bonis legitimatos, ut legitimos, putem succedere. Sed neque, ut §. I. jam annotavi, hæres cuiquam invito ita obtruditur, quia testamenti factio in cujusque potestate est.

## §. V.

Quod deinde Imperatores & Pontifices sibi sumserint.

Formam autem a Justiniano Imperatore statutam pontifices & Imperatores deinde non servasse, sed ex plenitudine potestatis multa feciſſe, Dn. *Bœhmerus* in *Jure Eccles. Protest. L. 4. tit. 17. §. 30. 31.* annotavit. Ex quo illud venit, ut legitima etiam sobole extante, sed & mortuo patre, spuriis & illegitimis jus legitimorum cum jure succedendi pleniſſimo, exceptis bonis feudalibus, datum sit, aliquando etiam successio in bonis feudalibus concessa. Succurrunt hanc in rem verba Diplomatis Reuchliniani, quod exhibuit *Georg. Schubart* in diss. *de Comitibus Palatinis Cæsareis* in *app. p. 332.* quæ ita habent: *Insuper eadem Cæsarea auctoritate prædicta ex certa scientia motuque simili tibi concedimus & largimur, quod possis & valeas Naturales, Bastardos, Spurios, Mamseres, nothos, incestuosos copulative aut disjunctive & quoscunque alios ex illicito & damnato coitu procreatos* viventibus vel etiam mortuis eorum parentibus *legitimare, Illustrium tamen Principum, Comitum Baronumque filiis duntaxat exceptis, & eos ad omnia jura legitima restituere & reducere, omnemque genituræ maculam penitus abolere, ipsos restituendo &* habilitando ad omnia & singula jura successionum & hæreditatum bonorum paternorum & patrimonialium, etiam feudalium & emphyteuticorum & generis cujuscunque alterius etiam ab intestato cognatorum etiam agnatorumque, *& ad honores & dignitates, singulos actus legitimos, ac si essent de legitimo matrimonio procreati, objectione prolis illicitæ penitus quiescente. - - - - Dummodo legitimationes hujusmodi per te faciendæ non præjudicent filiis legitimis & heredibus, sed* ipsi legitimandi cum legitimis æquis portionibus suis succedant parentibus & agnatis. *Non obstantibus in prædictis aliquibus legibus, quibus caveatur, quod naturales, bastardi, spurii, incestuosi copulative vel disjunctive vel alii quicunque de illicito coitu procreati aut procreandi non possint vel debeant legitimari sine consensu & voluntate filiorum naturalium & legitimorum, ac aliis quibuscunque legibus, juribus, constitutionibus seu con-*

*consuetudinibus præsenti nostro indulto & concessioni quovis modo contravenientibus* - - - - Similiter Gruenthalense privilegium habet, relatum a *Georgio Schubart* c. l. p. 271. Dazu sollen und mögen solche legitimirte Personen allen und jeglichen, Geistlichen und Weltlichen, durch letzten Willen, Geschäfften, und in andre Wege, auch ab intestato, bevorab und insonderheit ihren Vätern, Müttern und Freunden, ohne Mittel, in Lehen und eigenen, beweglichen und unbeweglichen Gütern succediren, und dieselben, gleich als ob sie von ihnen aus recht ehelichem Stande gebohren und herkommen wären, erben, und aller Legaten fähig, theilhafftig und empfänglich seyn, unangesehen und unverhindert aller beschriebenen und unbeschriebenen gemeinen Lehen- Land- oder Stadt-Rechten, Schatzungen, Ordnungen, Gewohnheiten, so dawieder seyn und aufkommen, verstanden, oder angezogen werden möchten, denen wir in diesem Fall gänzlich derogirt haben wollen, doch denen andern ehelichen Erben in ab- und aufsteigender Linien an ihren gebührenden Legitimis unschädlich.

## §. VI.

An liberis legitimis extantibus hodie legitimatio per rescriptum ad effectum succedendi admittenda sit.

Quod an utique ex jure defendi possit, ut legitimati per rescriptum Principis cum liberis legitimis concurrant, dubitari merito potest. Certe ne arrogare quidem quendam vel adoptare licuit, si pater adoptans liberos legitimos ipse haberet, ne illorum, quos justis nuptiis procreavit, deminuatur spes, quam unusquisque liberorum obsequio parat sibi, ut in *L. 17. §. 3. ff. de adopt. & emanc.* expressum est. Deinde utique liberi legitimi rerum paternarum condomini vivo patre habentur *L. 11. ff. de liber. & posth.* & præterea contra naturales jus prohibendi habent, non tantum, ne legitima ipsorum deminuatur, sed etiam ne hæredes a patre in testamento scribantur, nisi in unam unciam simul cum matre. *L. 2. C. de natur. liber. Nov. 89. c. 12.* Certe hæc mihi potissima videtur ratio, cur Justinianus Imperator in Novella 89. legitimationis beneficium per rescriptum Principis tum demum admiserit, si liberi legitimi deficerent. Nam etsi ex *L. 2. C. de natur. liber.* matre etiam extante naturales liberi simul cum concubina institui demum in uncia possent, tamen respectu adscendentium hoc jus immutatum est in *Nov. 89. C. 12.* ubi sufficere visum est, si adscendentes debitam portionem caperent, ut reliqua bonorum pars naturalibus possit re-

linqui. Nec eſt, quod objicias, patrem poſſe extraneum hæredem in teſtamento, legitima liberis relicta, ſcribere. Hoc enim raro metuendum liberis legitimis eſt, ut extraneum hæredem pater ſcribat, omnino ut naturales liberos cum legitimis hæredes faciat. Sed ſufficit præterea, legitimos liberos jus habere excludendi ſpurios & naturales ab hæreditate paterna, ut ne hæredes quidem a patre inſtitui poſſit, niſi forte cum matre in una uncia. Quod ſi verum eſt, repugnat, Principem illegitimos liberos, legitima ſobole exiſtente, legitimare hoc effectu, ut legitima juſtorum liberorum ſalva, ut vulgo dicuntur, in reliquam hæreditatem paternam æquo jure cum legitimis ſuccedant. Neque enim hac in parte recepto jure Romano tolli legitimorum jus, quod contra ſpurios & naturales habent, ſine gravi injuria poteſt. Quo pertinet, quod de legitimationibus Pontificum Romanorum & Imperatorum *Gudelinus* in *Jure noviſſimo* L. 1. C. 15. annotavit, iis plerumque addi, ut ſi legitimatio abſque præjudicio eorum, qui venirent ab inteſtato.

## §. VII.

An in ſucceſſione feudali.

De illo quoque jure dubitatur, an Princeps ita legitimare poſſit, ut legitimatus cum agnatis in feuda quoque ſuccedat. Habent enim in feudis agnati ex pacto & providentia jus quæſitum, quod auferri ipſis ſine gravi injuria nequit. Vid. *Mevius ad Jus Lubec. P. 2. tit. 2. art. 9. n. 70.*

## §. VIII.

Legitimationis ratio.

Etſi autem legitimatio per reſcriptum Principis a Juſtiniano demum introducta ſit, tamen hæc auctoritas Principis procul dubio ſummæ poteſtatis pars eſt, & ex jure legislatorio venit, cum legem Princeps in perſona aliter determinat, quod ex jure naturali quoque defendi poteſt, ut §. 1. jam demonſtravi.

## §. IX.

De jure legitimandi Principum Imperii.

Igitur non ambigemus, Princeps & Status Imperii ex ſuperioritate territoriali, quam habent, eum in modum, ut in jure Romano expreſſum eſt, ſubditos ſuos legitimare poſſe, quæ legitimationes extra territorium merito conſiſtent, eodem modo, ut leges ſucceſſionum aliæ extra territorium proferuntur, quoniam legitima-

tio

tio dividi commode nequit, & conveniens eſt, ab eo Principe legitimationem fieri, cujus ſubditus pater & filius ſint. Vid. Obſ. noſtra 28. *de ſucceſſione in immobilia utrum ex legibus domicilii defuncti an rei ſitæ procedat* §. 8. Intelligo autem, præſertim ubi Jus Romanum viget, legitimationes ad effectum ſuccedendi non aliter procedere, quam deficiente prole legitima. Nam ceteroquin a Principe legitimatos agnatis & cognatis in bonis non feudalibus & quæ teſtamenti factionem recipiunt, ſuccedere, nullus dubitaverim.

## §. X.

Hactenus de Imperatoris & Principum poteſtate legitimandi tractavimus. Nunc deinceps de Comitibus Palatinis Cæſareis videamus. De his quidem plenius commentatus eſt *Georg. Schubart* in Exercitatione *de Comitibus Palatinis Cæſareis* peculiari, oſtenditque eos in vicariorum, vicedominorum & vicecomitum locum ſucceſſiſſe, præſertim Ludovici Bavari ætate vicarios Cæſaris effectos eſſe, & quæ jura deinceps Palatii Cæſarei Comitibus collata ſint, vicariatui per Italiam tempore Fridericorum & poſtea quoque competiiſſe. Et plane legitimandi poteſtas non ex poteſtate judicis, ſed legislatoris potius venit, adeoque ſi hanc poteſtatem Comites Palatini Cæſarei habent, eam tanquam vicarii Imperatoris exercent.

De Comitibus Palatinis Cæſareis.

## §. XI.

Principio autem annotandum eſt, non omnes Comites Palatii Lateranenſis poteſtatem accepiſſe, ut legitimare ad effectum ſuccedendi poſſint. Quamobrem qui tantam auctoritatem ſibi ſumit, eum merito probare oportet, ſibi id ab Imperatore nominatim indultum eſſe, ut ad effectum ſuccedendi quoque legitimare poſſit. *Berger Oeconom. Jur. L. I. tit. 3. §. 13.* Et retulit *Georg. Schubart*, Ludovicum Bavarum Imperatorem aliquando numerum baſtardorum, quos legitimare Comes Palatinus poſſet, ad XXV, creandorum autem notariorum ad V. determinaſſe. Plane ad ſolam maculam eluendam facilius admittentur, quam legitimationem a vera legitimorum liberorum effectione multum diſtare, oſtendit Dn. *Bœhmer* in *Jure Eccleſ. Proteſt. L. 4. tit. 17. §. 32.*

An omnes eandem poteſtatem accipiant.

## §. XII.

An legitimatio Comitis Palatini Cæsarei ad effectum inprimis succedendi in territoriis Principum Imperii admittatur.

Videamus autem, an in territorio Principis Imperii, præsertim sine ejus consensu, Comes Palatinus Cæsareus legitimare ita possit, ut pleniſſime natalibus spurii restituantur & agnatis cognatisque patris succedant. Est revera legitimatio hujusmodi, ut supra §. VIII. dixi, actus legislatorius, quo jus commune secundum quasdam personas solvitur & lex aliter determinatur, quem actum dispensationis vel privilegii appellatione possis comprehendere. Superioritate igitur territoriali Statuum corroborata & firmata magnopere ambigitur, an præsertim vicarius quidam Imperatoris eum actum sine consensu domini territorii expedire possit, & an hujusmodi potestas delegari ab Imperatore Comitibus Palatinis possit, nisi territorii dominus consenserit. Quam in rem non incommode forte dicetur, Comitivam ita intelligendam esse, ut dominus territorii in ejus exercitium consentiat. Legitimatio enim, ut Pontifex in *c. 13. X. qui fil. sint legit.* expressit, jurisdictionem vel potius potestatem in patris personam requirit, quæ prorogari non potest. Verba hæc sunt: *Insuper cum Rex superiorem in temporalibus minime recognoscat, sine juris alterius læsione in eo se jurisdictioni nostræ subjicere potuit: - - - tu autem noscеris aliis subjacere.* Neque nisi in patrimonio Petri, super quo plenam in temporalibus gerat potestatem, regulariter se legitimare, Pontifex dicit. Igitur hujusmodi potestas in præjudicium domini territorii Comiti Palatino vix concedi potest. Et putem præterea consensum Principis expressum requiri. Multa enim ceteroquin in territorio amplo fieri possunt, quæ ad notitiam Principis non perveniunt. Conf. *Gribneri* diss. *de jure legitim. Comit. Palat. in territor. Princip.* §. 8.

## §. XIII.

Species. Species hujusmodi incidit, ut pater filium illegitimum per Comitem Palatinum Cæsareum legitimari curasset, deinde legitimatus successionem in hæreditatem patruorum & amitarum cum eorum fratrum filiis legitimis affectaret. Atque ne illud quidem constabat, an Comiti Palatino legitimandi potestas ad effectum succedendi data esset. Verba enim bullæ in actis relata magis ad eluendam

dam duntaxat maculam pertinere intelligebantur. Summum igitur Tribunal Cellenſe pronuntiavit, legitimatum ad ſucceſſionem patruorum non admitti, in cauſa Johann, Grethen, und Becken Witmers Erben contra Bolke Witmers, jetzund deſſen Erben d. 6. Dec. 1736. in hæc verba: die Haupt-Sache betreffend, iſt in voriger Inſtanz übel geſprochen, wohl davon appelliret, dannenhero Sententia a qua dahin zu reformiren, daß Klägere und Appellaten als Mit-Erben an weyl. Johann Witmers, auch Grethen und Becken Witmers Verlaſſenſchaften einigen Ausſpruch zu machen, bewandten Umſtänden nach, nicht befugt, vielmehr Beklagte und Appellanten von der dieſerhalb wieder ſie angeſtellten Erbſchafts-Klage zu entbinden und loszuſprechen ſind.

# OBSERVATIO CCXLII.

## *Debita feudalia a vaſallo ſoluta quatenus ab hæredibus allodialibus repetantur.* (*).

### §. I.

Hujus loci non una inſpectio eſt. Fingamus, vaſallum, qui ſolverit, debitorem fuiſſe principalem eumque ſolum, ut ſi debitum a majoribus contractum perſolverit, pro quo ipſe tanquam hæres & poſſeſſor totius feudi ſolus teneretur. Et dicendum eſt, ejus hæredes allodiales ſoluta ab agnatis, qui debitores non fuerint, etſi in oppignorationem forte feudi conſenſerint, repetere non poſſe. Neque enim vaſallus hoc caſu agnatorum, ſed ſuum negotium geſſit, & quod ipſe debuit, perſolvit. Quo facto & extinctum debitum eſt, & nulla contra agnatos ad repetendum actio naſci poteſt Conf. *Lynker Cent.* 4. *Dec.* 345. *& Cent.* II. *Dec.* 1073. *Brunnem. Cent.* 2. *Dec.* 77. Caſus primus.

### §. II.

Fingamus autem, pluribus fratribus exiſtentibus unum dato ceteris pretio ſolum tenuiſſe feudum & debita a communi patre vel avo contracta ſolviſſe, an eodem ſine maſcula prole extincto hæredes ejus allodiales repetere ſoluta a ſucceſſoribus agnatis poſſint, Caſus alter.



(*) Conf. T. III. Obſ. CXXXVII.

quorum communis parens debitum contraxiſſet. Et dicendum eſt, pro ea parte repetere poſſe, pro qua agnati debitoris primi hæredes feudales fuerunt, vel pro ea portione, quæ antea fratribus in feudo obvenerat, ceterum eam partem, quam vaſallus ſuo nomine ſolvit, & pro qua ſolus obligatus fuit, repetere hæredes non poſſe. Ut puta tres fratres in feudum paternum æquis portionibus ſucceſſerunt, primus fratres reliquos dato pretio feudi dimiſit, & deinde multa debita a parente communi contracta ſolvit, poſtea ſine ſobole maſcula decedit, adeoque totum feudum ad Secundum & Tertium, vel eorum filios revertitur. Primi hæredes allodiales a Secundo & Tertio vel eorum filiis duas tertias debitorum a patre ſolutorum repetunt. Finge, vivente Primo Secundum quoque ſine maſcula prole defunctum eſſe, & Tertium vel ejus filios poſt mortem Primi ſolos ſuccedere, Primi hæredes dimidiam duntaxat repetent. Neque vero nos movere debet, Secundum & Tertium portionem ſuam feudi hæreditariam Primo vendidiſſe. Nam hæres quidem vendita hæreditate manet hæres. *Huber Præl. ad tit. ff. de hær. vel act. vend. n.* 1. Deinde cum Primus pretium fratribus dedit, tantum dedit, quantum deducto ære alieno portioni fratrum inhærente ſuperfuit, adeoque revera ipſam portionem feudi deducta demum æris alieni parte fraterna redemiſſe intelligitur. Portio igitur æris alieni fraterna ex ea parte feudi, quæ ob illam cauſam deducitur, ſolvenda eſt, nec Primus eam ratam ita recepiſſe creditur, ut ex ſuis facultatibus ſuoque nomine dispungat. Quamobrem ſi portionem eam ſolvit, non ſuo ſed fratrum nomine ſolvit. Idem eſt, ſi in diviſione feudi ſua cuique pars æris alieni paterna aſſignata ſit, quo caſu quicquid Primus ultra ſuam portionem ſolvit, id vaſallus ſucceſſor actione negotiorum contraria conventus reſtituet. Et ita ſupremum Tribunal Cellenſe judicavit d. 19. Febr. 1725. in cauſa des Oberforſtmeiſters Johann Friedrich von Münchhauſen zu Rinteln und deſſen Brüder, weyl. Liborii, Ludwig und Georg. Otto, nunmehro dero Erben und Lehns-Folger, Klägere und Appellanten ſcontra den Brigadier, Johann Friedrich von Münchhauſen, nunmehro deſſen Wittwe, Anna Dorothea und deſſen unmündige beyde Söhne Beklagte und gleichfals Appellanten, his verbis: die von weyland dem Schatz-Raht an ſeine Brüder wegen Burchardi Güter Portion, ingleichen nach der Mutter und Schweſtern Abſterben vor die zu deren Unterhalt ausgeſetzt gewe-

gewesene Pertinenz-Stücke erlegte Gelder werden dessen Land-Erben billig restituiret, wie auch wo sie erweislich machen könnten, daß er über seine Schulden-Portion noch einige Stücke aus der Creditoren Händen rekuiret, die ihm aber und seinem Burchhard in dem Receß de a. 1668. §. 10. zugefallene und zu bezahlen schuldig gewesene Portion der altväterlichen Schulden seyn dessen Landerben wieder zu fordern nicht berechtiget.

# OBSERVATIO CCXLIII.

## *Instrumento obligationis ex cessione facta, deinde a judice competente annullata, apud tertium existente, an debitor a vero creditore cogi possit, ut apocha liberatoria accepta cautione autem non præstita solvat.*

